



Acerca de este libro

Esta es una copia digital de un libro que, durante generaciones, se ha conservado en las estanterías de una biblioteca, hasta que Google ha decidido escanearlo como parte de un proyecto que pretende que sea posible descubrir en línea libros de todo el mundo.

Ha sobrevivido tantos años como para que los derechos de autor hayan expirado y el libro pase a ser de dominio público. El que un libro sea de dominio público significa que nunca ha estado protegido por derechos de autor, o bien que el período legal de estos derechos ya ha expirado. Es posible que una misma obra sea de dominio público en unos países y, sin embargo, no lo sea en otros. Los libros de dominio público son nuestras puertas hacia el pasado, suponen un patrimonio histórico, cultural y de conocimientos que, a menudo, resulta difícil de descubrir.

Todas las anotaciones, marcas y otras señales en los márgenes que estén presentes en el volumen original aparecerán también en este archivo como testimonio del largo viaje que el libro ha recorrido desde el editor hasta la biblioteca y, finalmente, hasta usted.

Normas de uso

Google se enorgullece de poder colaborar con distintas bibliotecas para digitalizar los materiales de dominio público a fin de hacerlos accesibles a todo el mundo. Los libros de dominio público son patrimonio de todos, nosotros somos sus humildes guardianes. No obstante, se trata de un trabajo caro. Por este motivo, y para poder ofrecer este recurso, hemos tomado medidas para evitar que se produzca un abuso por parte de terceros con fines comerciales, y hemos incluido restricciones técnicas sobre las solicitudes automatizadas.

Asimismo, le pedimos que:

- + *Haga un uso exclusivamente no comercial de estos archivos* Hemos diseñado la Búsqueda de libros de Google para el uso de particulares; como tal, le pedimos que utilice estos archivos con fines personales, y no comerciales.
- + *No envíe solicitudes automatizadas* Por favor, no envíe solicitudes automatizadas de ningún tipo al sistema de Google. Si está llevando a cabo una investigación sobre traducción automática, reconocimiento óptico de caracteres u otros campos para los que resulte útil disfrutar de acceso a una gran cantidad de texto, por favor, envíenos un mensaje. Fomentamos el uso de materiales de dominio público con estos propósitos y seguro que podremos ayudarle.
- + *Conserve la atribución* La filigrana de Google que verá en todos los archivos es fundamental para informar a los usuarios sobre este proyecto y ayudarles a encontrar materiales adicionales en la Búsqueda de libros de Google. Por favor, no la elimine.
- + *Manténgase siempre dentro de la legalidad* Sea cual sea el uso que haga de estos materiales, recuerde que es responsable de asegurarse de que todo lo que hace es legal. No dé por sentado que, por el hecho de que una obra se considere de dominio público para los usuarios de los Estados Unidos, lo será también para los usuarios de otros países. La legislación sobre derechos de autor varía de un país a otro, y no podemos facilitar información sobre si está permitido un uso específico de algún libro. Por favor, no suponga que la aparición de un libro en nuestro programa significa que se puede utilizar de igual manera en todo el mundo. La responsabilidad ante la infracción de los derechos de autor puede ser muy grave.

Acerca de la Búsqueda de libros de Google

El objetivo de Google consiste en organizar información procedente de todo el mundo y hacerla accesible y útil de forma universal. El programa de Búsqueda de libros de Google ayuda a los lectores a descubrir los libros de todo el mundo a la vez que ayuda a autores y editores a llegar a nuevas audiencias. Podrá realizar búsquedas en el texto completo de este libro en la web, en la página <http://books.google.com>

IOHANNIS ALTHUSII,

v. f. d.

P O L I T I C A

Methodicè digesta atq; exemplis
sacris & profanis illustrata;

Cui in fine adjuncta est,

O R A T I O P A N E G Y R I C A ,

De necessitate & antiquitate scholarum.

ACAD.LVGD



G R O N I N G A E ;

Excudebat I O H A N N E S R A D A E U S ,

1 6 1 0 .

A D
ILLVSTRES FRISIÆ
inter Flevum & Lavicam
ORDINES,
Dominos suos plurimū colendos.



V M intelligerem illus-
tres Ordines, priorem
meam sanguographiā poli-
ticam multis probari, et
exemplaribus priorib. di-
fractis, atiam editionē
parari, opera pretiū no-
facturum esse existimavi, si eandem recogno-
scerem, & ad incudem revocarem. Quod cūne
à me successivis horis, quantum inter occupa-
tiones Res. licuit, factum esset, animadver-
ti, secundas meas meditationes opus politi-
cum novum, à priori sanguographiā formū, me-
thodo, & rerum multitudine deversum po-
perisse. Quo in opere, ad suas sedes omnibus
meretheologicis, iuridicis, et philosophicis re-

P R A E F A T I O.

jectis, selegi illa tantum, qua huic scientia & disciplina essentialia, & homogenea mihi esse videbantur. Atque inter alia etiam praecepta Decalogi, & iura maiestatis, de quibus apud alios politicos altum silentium, suis in locis adspersi. Decalogi praecepta, quatenus nimis rum illa consociationi & vita symbiotica, quam tradimus, spiritum vitalem infundunt, faciem preferunt & vita socialis huic, quam quarimus, viam, regulam, cynosuram atque sepem societati humanae constituunt & prescribunt. Hac si quis politica ademerit, ipsammet tollit, imo omnem symbiosin atque socialem vitam inter homines tollit. Quid enim vita humana sine pietate prima, & sine justitia secunda tabula? Quid Respubl. si ne communione et communicatione utilium & necessariorum ad vitam humanam? In quibus charitas per varia bona opera est efficax. Maiestatis capita qui politica admittit, universalem consociationem tollit. Quod enim hac aliud habet vinculum, quam hoc unicum?

P R A E F A T I O.

unicum? Ex hisce illa constituitur & hisce conservatur, quibus sublati, corpus illud ex symbiotis varijs consociationibus constans, dissolvitur, et id quod erat, esse definit. Nam quid rector & princeps, administrator & gubernator Reip. sine potestate necessaria, nsi, & exercitio maiestatis? Nec tamen hoc modo qua theologia, vel juris prudentia sunt propria, adimo. Politicus de facto, et capitibus maiestatis agit. De jure, quod ex his erit, jurisconsultus differit. Ille factum explicitat, hic jus & meritum facti. Nam sicut jurisconsultus informationem, instructionem & notitiam de rebus ex artibus illis sumit, quarum res illa sunt propria, ius vero, vel meritum facti ex propria scientia: sic etiam quarundam rerum notitiam ex politica sumere eundem, mirum non est. Quatenus ergo res & materia maiestatis ac Decalogi, est theologica, ethica, vel iuridica, atque forma et fini artium illarum convenit, catenus artes illas suam iusiam ex Decalogo, & maje-

P R A E F A T I O.

statis jure qua delibant, sibi propria vindicant. Atque atenus et ego materiam Decalogi et maiestatis, tanquam à politica alienam, et heterogeneam, non attingo. Propriam verò politica vindico, quatenus spiritu & vita symbiotica inspirat, eam informat, & conservat, quo modo illi est essentialis et homogena, et in aliis artibus heterogena. Sic itaq; re ipsa sum expertus, quod politicus ibi desinat, ubi incipit jurisconsultus, sicut ubi desinit ethicus, ibi incipit theologus, & ubi physicus, ibi medicus. In praxi verò omnes artes conjunctas, nemo negat. Exempla politica ex politijs laudatis et probatis, ex historijs vita humana, rebusque gestis sumpsi meritò, in ea arte, que vita illius politica proba dux et symbiosis omnis informatrix atque imago vita socialis bona esse debet. Sacrarum literarū exemplis frequenter utitur, quod illa, vel Deum autorem, vel pios viros habent, & quod nullam ab initio mudi politiam sapientius et perfectius fudorum politia, constituta existimē. A qua quo-

rīce

ties in similibus factis et circumstantijs discedimus, errare nos arbitror. Jura praterea maje-
statis, que vocant, non summo magistratui,
sed Reip. vel consociationi universalii attri-
bui. Pleriq; juris consulti & politici hac soli
principi & summo magistratui propria ad-
scribunt, adeo ut, si illa tribuantur et commu-
nicentur populo, vel Reip. eo ipso pereant &
amplius non sint. Contrarium ego cum paucis
alijs statuo, adeo nimirum hac corpori symbiotico consociationis universalis propria esse,
ut huic spiritum, animam, et cor attribuant,
quibus sublati, corpus illud, quod dixi, etiam
pereat. Administratorem, procuratorem, gu-
bernatorem juriū majestatis, principē agno-
scō. Proprietarium vero et ususfructuarium
majestatis, nullum alium, quam populu uni-
versum, in corpus unum symbioticum ex plus
ribus minoribus consociationibus consocia-
tum. Quā majestatis jura, adeo meo iudicio,
illī consociationi propria sunt, ut etiā si illa se
bis velit abdicare, eaq; in aliū transferre, et

P R A E F A T I O.

alienare, nequaquam tamen id posset, non minus quam civitatem suam, qua quis fruitur, alij cōmunicare potest. Nam hac iuria maiestatis, consociationē universalem cōstituunt, et conservant. Atque ut à populo, scis membris Reip. cuel regni incepérunt, sic non nisi in illis constere possunt, et ab illis conservari. Horū quoq; administratio, qua mortali homini unico, nimirū principi, cuel sumo magistratui à populo est concessa, illo mortuo, cuel ex auctorato, ad populum, qui ob generationes, perpetuò sibi succedētes, immortalis dicitur, recurretur, & alij ab eodem demandatur, atque ita per mille, cuel plures annos quoq; unicveritas durat, apud eandem manet. De qua relate ago, c. 9. c. 18. c. 19. c. 24. c. 38. Ad quod ipsum demonstrandum etiam uestrum et reliquarum confederatarum provinciarum exemplum laudabile producere possum. Nec enim, bello contra Hispania regem potentissimum suscepto, iudicis maiestatis iuria id illi inseparabiliter coherere, ut extra illū non sint, sed

P R A E F A T I O.

sed potius eorum usum, et exercitium ijs abu-
tentia adimendo, & quod vestrum erat repe-
tendo, jura hec ad consociatam multitudi-
nem, et populum singularum provinciarum
pertinere declarasti. Quod tanta animi for-
titudine, sapientia, fide, et constantia factum,
ut quos populos huic vestro exemplo confe-
ram, non inveniam. Atq; hoc me inter alias
causas movit, ut vobis hasce meas politicas
meditationes inscriberem. Movit me etiam,
quod in his sapissime pro illustris praeceptis
politiciis, exempla quoque à vobis, ab urbibus,
constitutionibus, moribus, rebus gestis vestris,
& confederatarum aliarum provinciarum
Belgicarum desumpta petam. Movit me
quoque ad hoc ipsum vestra propensio, studi-
um, & affectio, quam cum ceteris confedera-
tis vestris, reipsa sapè declarasti erga Rép.
illam, cui aliquot annos in servio, imò etiam
ergo, quando ante aliquot annos me
ad illustris & per celebris vestra Academia
Franquerana professionem juridicam ha-

P R A E F A T I O.

nostis sane cōditionibus vocare dignati estis.
Quamobrem aqua esse iudicavi, ut hac in-
 scriptio ~~Est~~ a ~~2000~~ quinque ~~hac~~ beneficia vestra
 agnoscere, & publicè predicare, atque
 virtutis vestras, quibus Rmp. vestram
 per Dei gratiam à tyrannie et iniuria, non
 solum vindicatis, et conservatis, sed etiam
 illustriores reddidistis, ego alij instar
 publicè commendarem. Nam karissimæ vobis
 satisque vestris proclarè gestarum rerum
 tam exuberans est fructus, ut is quoque in
 vicinas regiones, immò in totam Germaniam,
 et Galliam rediret, quem etiam Indorum
 regiones, et regna plura, Iberi arabis vexata,
 à vobis curò, & ceteris vobiscum junctis
 provinciis in protectionem suscepit & de-
 fensa, senserunt. De quibus omnibus, cùm
 annales & historia edita, cum nominis ve-
 stri eterna gloria loquantur, malo tacere,
 quam minimam earum partem dicere. Det
 Deus Opt. Maxim. ut in hac vita politi-
 ea & symbiosis viventes, illigata, & homi-
 nibus

P R A E F A T I O.

nibus utilia, & salutaria præstamus, atque
ita finem, qui huic disciplina est præpositus,
assequamur. Quo voto hoc alloquium clau-
do. Embda 21. Februarij Anni 1610.

Illustrem vestram magnificentiam reverenter ac
submissè colens & observans

JOHANNES ALTHUSIUS D.

I N D E X C A P I T U M

P O L I T I C A E,

D E generalibus politice, cap.	1.
De privata domesticâ consociatione, cap.	2.
De consociatione propinquorum, c.	3.
De consociatione collegarum, cap.	4.
De consociatione universitatis ejusque causis, c.	5.
De civitatis speciebus & civium communicatione c.6.	
De juris provincialis communione, c.	7.
De juris provincialis administratione, c.	8.
De jure majestatis ecclesiastico, cap.	9.
De lege ejusque executione, cap.	10.
De speciali jure seculari majestatis, cap.	11.
De collatione regni ordinaria, cap.	12.
De collatione regni extraordinaria, c.	13.
De muneribus personalibus regni, c.	14.
	De

I N D E X.

De concessione privilegiorum in regno, cap.	15.
De protectione universalis consociationis, cap.	16.
De cura bonorum corporis cōsociati & comitiis, c.	17.
De ephoris eorumque officio & speciebus, c.	18.
De regni commissione, cap.	19.
De promissione obsequiorum & homagio, c.	20.
De lege, ad quā Reip. administratio est instituēda, c.	21.
De usu legis propriæ judiciorum, c.	22.
De natura & affectione populi, cap.	23.
De natura & affectione regni duplici, cap.	24.
De auctoritate summi magistratus, c.	25.
De usu, experientia & delectu summi magistratus, c.	26.
De consiliariis summi magistratus, cap.	27.
De administratione ecclesiastica, cap.	28.
De sanctione legum & administratione justitiae, c.	29.
De censura, cap.	30.
De studio concordiæ conservandæ, c.	31.
De procurandis mediis ad vitæ socialis commoditates necessariis, cap.	32.
De conciliis universalibus, cap.	33.
De cura & tractatione armorum tempore pacis, c.	34.
De cura & administratione armorū tempore belli, c.	35.
De gestione belli, cap.	36.
De administratione civili rerum publicarum & privatuarum, cap.	37.
De tyrannide ejusque remediis, cap.	38.
De speciebus summi magistratus, cap.	39.

JOHANNIS.

JOHANNIS ALTHVSI V.I.D.
Politica methodice digesta, atque exem-
plis sacris & profanis illustrata.

C A P U T P R I M U M.

De generalibus Politicæ



Politica est ars homines ad vitam socialem constituendam, colendam & conservandam consociandi. Vnde *συμβιωτικὴ* vocatur.

Præposita igitur politica est consociatio, quâ pacto expresso, vel tacito, symbiotici inter se invicem ad communicationem mutuam eorum, quæ ad vitæ socialis usum & consortium sunt utilia & necessaria, se obligant.

Hominis politici symbiotici finis est *sæcunda, justa, commoda & felix symbiosis*, & vita nulla re necessaria vel utili indigens. Ad hanc vero vitam vivendam, nemo hominum per se est auctoratus, vel sufficiens ex satis à natura instrutus. Nam quando ille nascitur, omni auxilio destitutus, nudus & inermis, quasi ex naufragio, rebus omnibus amissis, in hujus vitæ erumnae ejicitur, qui neque materna ubera appetere, neque injuriam temporis ferre, neq; moovere se loco, ubi effusus est, pedibus possit, nihil aliud, quam vitam miserrimam à fletu & lacrymis auspicari valens, ad omen certissimum urgencis & instantis infelicitatis, consilij & auxilij omnisi, quibus tamen quam maxime tumeget, inops: sibi subvenire nequit, nisi alio interveniente & juvante. Etsi vero maxime est corpore emarginatus, non tamen animi lumen exercere potest, neque in adulta etate etiam externa illa, quibus in vita commode & sancte degenda opus habebit, in se & apud se invenire, cum suis viribus omnia vitæ subsidia parare nequeat. His enim supplendis & procurandis mulierum vires & industria sudant. Quandiu itaque præratim sibi vivit, atq; societas hominum

nam se non immisceret commode & bene vivere minime potest, in tanta esse rerum necessariarum & utilium inopia. Cum itaque remedium & audi-
licium illi ostendatur in vita symbiotica, ad hanc, si commode & bene, in eo
si vivere cupit, amplectendum ducitur, et quasi impellitur, in qua ad exerci-
cium & actionem virulentum, quae non nisi in symbiose bac esse potest,
invitatur. Atque sic incipit cogitare de medijs, quibus symbiosis talis,
ex qua tot utilitates & fructus expedit, inveniatur, colatur & con-
seretur, de quibus in sequentibus per Dei gratiam sumus dicturi.

Politie vocabulum tria præcipue significat, ut notat Plutarchus in libro de tribus Res. generibus. Primum enim communicationem iuris, quod est in Res. indicat, quod Apostolus politesum vocat. Phil. c. 3. 20. Deinde significat rationem administrandi & instituendi Rempub. Denique ordinem & constitutionem ciuitatis, ad quam omnes ciuium actiones diriguntur, nosat. Iuxta hanc significationem politie vocem etiam Ari-
stoteles lib. 3. c. 4. lib. 8. c. 10. politie accipit.

Symbiotici igitur hic sunt συμβόλοι, qui vinculo pacti cons-
juncti & consociati communicant de suis, quæ ad animi &
corporis vitam commode degendam expediunt, & vicissim
concurant, communionis sunt participes.

Communicatione illa mutua, seu ζωνωπαξία, quam dixi, fit
rebus, operis, iuribus communibus, quibus indigentia varia &
multiplex singulorum & universorum symbioticorum sup-
pletur, & αὐθαρεῖσα, καὶ βοηθεῖται τῷ θεῷ & societate humana perficitur,
seu vita socialis constituitur & conservatur. Vnde
Cicero dixit, populum esse certum juris consensu & utilitatis communione
consociatum. Atque hac communicatione commoda & onera
in qualibet consociatione pro natura ejusdem percipiuntur
vel sustinentur.

Rerum communicatio est, quæ symbiotici res ad socialem vi-
tam utiles & necessarias, in communione singulorum, vel universorum
symbioticorum commodum conferunt.

Operarum zonaria est, quæ ministeria & negotia sua vita
socialis causâ, symbiotici conferunt.

Iuris

DE GENERAL. POLIT.

Iuris communio est, quā symbotici justis inter se legibus in communi vita vivunt & reguntur. Vocatur lex consociationis & symbiosis, jus symbioticum, in ἀὐταρκείᾳ, εὐρομίᾳ & εὐταξίᾳ potissimum consistens.

Lex ejusmodi est duplex. quædam enim socialis vita directioni & gubernationi inservit: quædam vero rationem & modum res & operas communicandi inter symbioticos prescribit.

Lex directioni & gubernationi symbiosis inserviens, est communis, vel propria.

Communis & perpetua lex est, ut in quavis consociatione & symbiosis specie sint quidam imperantes, praestites, praepositi, praefecti, seu superiores: quidam vero obsequentes, seu inferiores. Nam omnis gubernatio imperio & subjectione continetur. Et statim ab inicio genus humanum ab imperio & subjectione incipit. Adam enim dominus & monarcha à Deo consciens fuit uxoris, ex eaq̄ omnium nascitarorū & reliquarum creaturarum Genes. cap. 1. 26. 27. c. 3. 16. Stracid. c. 17. ideoque omnis potestas & gubernatio politica, à Deo esse dicuntur. Roman. c. 13. Et nihil, ut Cicero lib. 3. de legib. ait, tam aptum est ad jus conditionemque naturæ, quam imperium, sine quo nec domus illa, neque civitas, neque gens, nec hominum universum genus stare, nec rerum natura omnis, nec ipse mundus potest. Pet. Greg. Tolos. lib. 6. num. 1. 2. & seqq. de Repub. Aret. 2. tom. problem. 103. & seqq. Quod si borum imperantium & obtemperantium idem est consensus & voluntas, felix & beata vita eorum redditur. ad Ephes. c. 5. 21. subiecti invicem in timore Domini, Colos. c. 3. 18. & seqq.

Praefectus, praestes, seu imperans administrando, disponendo, jubendo, monendo, vel vetando, cogendo, aut abstrahendo, cum autoritate dirigit & gubernat vitæ socialis negotia ad obtemperantium singulorum, vel universorum utilitatem. latè Pet. Greg. lib. 1. c. 1. num. 18. & seqq. sicuti animus in corpore humano reliquis membris praesideret, eaque secundum proprias singulis membris ad signatas functiones convenientes dirigit & gubernat, singulis mem-

*bris profficit & procurat debita utilia & necessaria, que privatim utilia.
1. Corinth. c. 12. & universis simul, seu toti corpori quæq; publicè utilia,
ut vita socialis conservetur, ita quoque in civili societate necesse est, ut
unus reliquis imperet ad singulorum & universorum utilitatem & salu-
tem.*

Imperare igitur, gubernare & præsidere hic nihil aliud est,
quam aliorum utilitatibus inservire & consulere, uti parentes
liberis imperant, vir uxori, ut dicit Augustinus, lib. 19. c. 15. de
civitate Dei, & Senec. epist. 91. Marius Salomonius de princip. lib. 2.
Bosser. de incremento urb. c. 1. lib. 1.

Gubernatio superiorum respicit animum & corpus obse-
quentium inferiorum: animum, quo ille doctrinâ & scientiâ
rerum in vita humana utilium & necessiarum informetur
& imbuatur: corporis, quò huic de victus ratione & cæteris,
quibus indiger, prospiciatur. Prior igitur cura disciplinam,
posterior corporis sustentationem & protectionem continet.

Disciplina ergo versatur primò in institutione & informa-
tione inferiotum ad veram Dei agnitionem, ejusque cultum;
atque in officiis prescribendis, quæ proximo præstata debent.
*Deut. c. 6. c. 11. c. 28: deinde in malorum morum & erratorum
correctione. Illa salutari cognitione rerum sanctarum, justarū
& utilium imbuuntur: hac in officio continentur inferiores.*

Sustentandi corporis cura est, qua sollicitè & diligenter in
omnibus, quæ ad vitæ hujus usum pertinent: 1. Corint. c. 6. 3.
inferiores à superioribus suis reguntur, commoda eorundem
procurauntur, & incommoda avertuntur. Roma. c. 1. 2. qui præf.
in sollicitudine præf. 1. Timoth. c. 5. si quis suorum & maxime domesti-
corum curam non habet, fidem abnegavit, & infideli est deterior.

Protectio est ab injuriis & vi illata defensio legitima, quæ à
superioribus, securitas inferioribus, contra læsionem, vim
& injuriam quamvis inferendam corpori, famæ vel bonis ip-
sorum præstatur, & illata lictus mediis vindicatur & compen-
satur.

Ob-

DE GENERAL. POLIT.

Obsequens inferior est, qui ad arbitrium præstitis sui, vel
præfeci, non impiè, vel inique imperantis, negotia socialis
vitæ peragit, & vitam & actiones suas componit cum submis-
sione.

Propriæ leges sunt cujusque consociationis peculiares, qui-
bus illa regitur. Atque hæc in singulis speciebus consociationis
aliæ atque diverse sunt, prout natura cujusque postularat.

Leges, quibus rerum ministeriorum, operarum & actionum
communicatio fit, sunt, juxta quas commoda & onera inter
symbioticos pro indigentia & natura cujusque consociatio-
nis distribuuntur & conferuntur.

Aliquando communicatio est major & amplior, aliquando
minor restrictiorque, prout natura cujusque consociationis
postulare videtur, vel intersymbioticos est conventū & con-
stitutum.

Quæ cum ita sint, rectè cum Plutarcho de civili administratione ad
Trajan. effera, Remp. optimam & felicissimam tunc esse, cùm magistra-
rus & ciues conferunt omnia sua ad salutem, vel commodum Rœpub. neq;
prætermittunt quemquam, vel quemquam aspernantur, qui Rœpub. pro-
desse possit. Proximi nostri commoda querenda & promovenda, monet
etiam Apostolus, adeò ut etiam de jure nostro, quò majus malum caveatur,
ob alterius commodum maius, libentius cedere debeamus. Pbilip. c. 2. 4. 5.

6. 1. Corin. c. 10. 24. c. 12. 25. 26. Gala. c. 1. 3. 5. c. 5. 14. Rom. c. 12.
18. 20. c. 13. 8. 40. quò facit l. 2. de legib. l. servus. de servis export.
Tolosan lib. 1. c. 1. nn. 1 5. et seqq de Rœpub. Dane. l. 1. polit. Non enim
nobis nati sumus, sed ortus nostri partem patria vindicat, partem amici. l.
1. 9. 1. 5. de vent. in posseß. mittend. l. 19. postl. minium, s. filius decapitv.
& postlim. revers. Cicer. lib. 1. Offic. Aris Eocæles lib. 8. politic. c. 1.
Huc pertinet summa secundo. tabula Decalogi: Diliges proximum tuum,
sicut te ipsum; quod tibi vis fieri, etiam alteri feceris, & contra, quod
tibi non vis fieri, etiam alteri non feceris: & honestè vivere, nemini m-
ladere & suum cuique tribuere. March. c. 7. c. 22. Siracid. c. 2.
vir sapiens, qui operam suam denegat Rœpublicæ, & thesaurus ab-

Ieconditus , cui haec duo profunxeruntur. Ex quibus deciditur quaestio , an vita contemplativa (σὸ θεωρητικὸς , καὶ φιλοσοφικὸς) vita activa (qua dicitur Bios πολιτικός , καὶ πρακτικός) sit preferenda de qua latè Tolosan. lib. 4. c. 10. de Rep. & Aristoteles lib. 1. polit. c. 1 . c. 2. lib. 7. c. 3. Daneus lib. 2. polit. c. 3. Planè homo naturâ suâ est animal gregabile ad societatem cum alijs hominibus colendam natum , non autem ut fera belua , naturâ suâ solitarium , non ut aves , vagum. Itaque eremita μυστήρων & ἀπόλιθος , sine certo lare , foco , vel domicilio & sede vivēt , planè per se miseri , neque sibi , neque alijs utiles sunt. Nam quomodo proximi sui commoda promovere bi posseunt , nisi societati humanae se insinuerint. Eccle. c. 4. 5. 6. 7. 8. ubi Iunius notat utilitates vita socialis. 1. Cor. c. 12. 7. & seqq. Quomodo caritatis opera aliis possunt prestare , quando extra consortium hominum degunt: Quomodo ecclesia edificari & reliqua prima tabule , officia commode præstari possunt? unde rectè Keckermannus Philosophus in Systemate politico ait , politicam omnium aliarum disciplinarum finem ultimum ad extrellum gradum deducere , atque adeò ex privata felicitate publicam facere: Hac de causa Deus homines , non per Angelos , sed per homines instituere & docere voluit. Calvin. lib 4. infit. c. 3. sedl. 1. Ob quam causam etiam Deus opt. max. sua dona variè distribuit inter homines. Non enim uniculit omnia , sed aliis alia , ut ego tuus , tu meis indigeres , ita ut quasi necessitas communicandorum necessiorum & utilium hinc nata sit , qua communicatio non nisi in politica vita sociali fieri poterat. Ideo Deus voluit , ut alter alterius operâ & auxilio egeret , ut de vinciret omnes & singulos amicitia , ne alias alium floccipenderet. Huic sententia obstat & vita & doctrina solitariorum , monachorum & eremitarum , suam bæresin & errorem male defendensium ex Luc. c. 10. 4. 1. Hebra. c. 11. 3. 8. 1. Reg. c. 19. 8. Luc. c. 1. 80. qualem vitam scriptura reservat inter maledictiones. vid. Deut. c. 28. 64. 65. Psalm. 107. & psalm. 144. 14. Genes. c. 4. 14. l. 26. quidam C. de Decurion. Caino fraticida erronea & vagabunda vita pro supplicio imposita fuit. Genes. c. 4. 14. Exempla contraria pessimorum hominum activam politican vitam amplexorum extant passim in scriptura sacra. Porro ex his , que dicta sunt , colligimus , causam efficientem consociationis politicæ

DE GENERAL. POLIT.

Politice esse consenserit pactum ciuium communicantium. Formam vero
 & se consociationem per collationem et communicationem ultra citroquo
 satam, quam homines politici instituunt, colunt, continuant et conservant
 humana vita consorte: um per xviij*ad ueritatem utilium et necessiarum re-*
rum ad vitam banc socialem. Finis politica, est usus vita commoda,
 utilis, & felicis, atque salutis communis. 1. Timoth. c. 2. 2. ut tranquillitas
 & quietam vitam degamus cum omni pietate & honestate. Luc. c. 1. 7. 4.
 7. 5. psalm. 107. 7. 3. 6. ut domi vera in Deum pietas, & inter ciues
 justitia exerceantur, soris contra hostes defensio, & semper aquibique concor-
 dia & pace rigeat. Esa. c. 28. 5. 6. vid. Genes. c. 1. 6. 2. c. 2. 1. 30. 2. Sam.
 c. 13. 2. 2. psalm. 72. 1. 2. 3. & seqq. Deut. c. 4. 6. 1. 8. 40. 6. 27. c. 28.
 Proverb. c. 20. 8. 26. 2. Sam. c. 5. 6. 10. 12. c. 8. 1. Reg. c. 10. 8. Dana,
 lib. 1. & le. 3. Finis quoque est conservatio humanae societatis, causus finis est,
 habere vitam, in qua possis sine errore & quiete Deo inservire. vid. Per.
 Greg. li. 5. c. 5 de Republ. Subiectum politica sunt precepta de communi-
 catione quarundam rerum, operarum & iuris, que ad suuicitivum & com-
 mune commodum vitae socialis conferimus, quisque pro virili ex aequo ei
 bono. Atque ad hanc socialem vitam, & mutuam communicationem
 hominem etiam naturam suam terri docet. Aristotele lib. 1. politic. c. 2. Est
 enim homo animal omnis ape, omni que animante gregabilis, & vilis, atque
 ideo homo natura ipsa sociale anima est, longe magis, quam apes, formicae,
 grue, & eiusmodi genera, que gr. g. etiam aluntur, & gregarii e inventur.
 At cum Deus ipse per naturam dederit: ebus singulis facultatem se con-
 servandi, suisque conparatis resistendi, quantum ad incolam partem salutis
 opus est, nec homines facultatem hanc exequi dispersi possint, insin-
 gulus iussu adiectus est gregarium vivende, societatemque civilem consti-
 tuendi, ut adunati & coniuncti alij alij sufficerent, viximumque faciliter
 complures quam singulis compararent, cuius ab incursu ferarum et hostium
 degerent. Si quidem nemo hominum sufficit sibi ad bene et feliciter vivendam.
 argum. Eccles. c. 4. 10. Genes. c. 2. 1. 8. Quia ratione manifestum est,
 civitatem, id est, civilem societatem naturam consilire, hominemque naturam
 esse civile animal, eamque consociationem sensim appetere. Ita Cicerone praecl.
 quaf. c. 1. nro. 2. ex Aristotele et Cicerone refert. Quod siquies in societate
 est

Si neque aut nihilo indiget, propter copiam, is pars civitatis non habetur.
 Itaque aut bestia est, aut Deus, ut asserit Aristoteles lib. 1. politic. c. 2. ad-
 dict. Pet. Greg. lib. 19. de Republ. et lib. 1. cap. 1. nu. 7. 16 et seqq. et c. 3.
 nu. 12. et seqq. de Rep. Potrò per perpetua illa gubernatio et obsequium in
 hac sociali vita etiam naturae consentanea sunt. Nam imperare, regere,
 subjici, regi, et gubernari, sunt actiones naturales, ex jure gentium profectæ,
 ut aliter promonstrò haberetur, non minus quam videre corpus sine capite,
 et caput sine membris legitime et convenienter ordinatis, aut cum decesserat
 illorum. Vitæ enim est maxime singulis, quæ sibi sufficere nequeunt, ab
 alio juvari, & conservari, ei id melius dicetur, quod et sibi sufficit, et alijs
 prodebet potest: et quod magis bonum communicatum, eò melius præstan-
 tisque est. Deinde tanta tamq; admirabili's est mandi hujus diversitas,
 ut nisi a qua symmetria subordinationis colligaretur, et certis legibus
 subjectionis et regiminis temperaretur, confusione sua brevi tempore con-
 sumendus esset, nec possent partes tam diversæ in eo perseverare, si sin-
 gula vellent per se promiscue et indifferenter opera sua perficere, atque
 potestas potestari æquali occurrens perpetuâ discordia esse irreconciliabi-
 lissima pessundaret, alienaque, quæ regere non norit, nec conveniunt,
 usurparet cum sua pernitie. Et dum quisq; secundum voluntatem suam
 cogitat vivere, regulam disciplina omitterebat. argum. ludic. c. 17. 6 cul.
 in fine; ubi pro radice malorum ponitur, quod non esset gubernator su-
 perior; et idem pro pena ponitur Esa. c. 3. Deinde conservatio et duratio
 omnium rerum consistit in illa ordinacionis, et subiecti'nis concordia:
 Nam sicut ex diversis toni fidibus, ad symmetriam intensis, sonus dul-
 cissimus oritur, et melodus suavis, gravibus, medijs, et acutis conjun-
 ctus: ita conventus et societas in rep. imperantium et obedientium se
 habet, et ex diversum pauperum, artificum, sednariorum et id genus
 diversorum graduum personarum statu, quam suadissima oritur et con-
 venientis harmonia; et si ad concertum reducatur, efficitur concordia lau-
 dabili's, felix et perle diuina, et durabilior. Quod si vero omnes æquales
 fuerint pro arbitrio vellent alios regere, et alij recusarent regi'bit, fa-
 cultas est discordia, et ex discordia dissolutio societatis: nullus esset gra-
 vius virtutis, nullus meritorum, et sequeretur, ut ipsa æquitas esset sum-

maiusqualescas. ac Petr. Greg. recte differit lib. 6 c. 1. de Rep. Et sic inter
figura iuris de iure referuntur, quando bac imperantium & obtemperantium
symmetria, eiusq; ministri, & duces non sunt. 2. (bron. c. 15. et Daniel. c.
3. 31. 37. Addo his. quod in iuris si potestoribus ex predilectionibus
dominari & imperare inferioribus, sicut quoq; in iuris inferioribus vis-
deratur, obtemperare. Sic in bonis iuris dominatur in corpus, mens vero
in appetitu, qui obsequium praefatis. Sic masculus, quia praeferens, im-
perat feminine, tanquam imbecilliter, que parer. Superioris etiam est securitas
bonis fratre quodam ratione ex legi, et imperio voluntaria est, ne suspicim
boni in barathrum perditionis precipitem, dicit argum. Psal. 9. 23. 72d.
Petr. Greg. d. lib. 6. cap. 1.

CAPUT II,

*De privata domistica & naturalis confociationis communicatione,
et seq; specie priore, minorum de confociatione conjugali.*

DE generalibus politice hucusque. Sequitur de speciebus
confociationis, seu vita symbiotica.

Confociatio omnis est duplex: una simplex, privata. Altera
mixta, publica.

Simplex privata est, quia speciali quorundam pacto, vita so-
cetas & symbiosis initur, & quidam coadsecentur ad quid pe-
culiare inter se communione habendum & conferendum, prout
conditio ipsorum & virginitas requirit, hoc est vita symbio-
tica instituta necessitas & utilitas. Talis confociatio merito
prima vocari potest, & reliqua omnes ab hac ortae. Nam sine
prima hac reliqua esse non possunt, neque consistere.

Huius confociationis & symbiosis simplicis privata cause efficientes
sunt singuli quidam homines pacientes inter se de communicandis nece-
ssarijs & utilibus in vita privata instituenda & degenda. Vnde con-
junctio & societas particularis & privata inter hosce pacientes, cuius
vinculum est sedes de communicandis mutuo auxilio, consilio, & iure. Atq;
talis confociatio, probat est minor publica universalis, ita quoq; minore
communicatione, subsidij & administrabilis indeget.

Huius consociationis private membra sunt symbiotici singuli, qui concordia & contentu suo colligantur sub uno spiritu tanquam membra eiusdem corporis. Quemadmodum enim, ut ut Tolosan. lib. 5. c. 5. de Repub. alius finis est, cuius gratia narrata efficit pollicem, alias cuius gratia manum, siue pedem, alius rursum, ad quem eorum efficit hominem: sic alius finis est, ad quem hominem dirigit singularium, alius quoque ad quem familiam, etenique alias ad quem concilient & regnum. At finis ille existimandus est optimus, cuius gratia eorum hominem propagavit. Ieaque non est praecendunt, cum proprij cuiusque eatus certas sit finis, nullum esse eotius: cumque humana vita partibus infelix ordo, in universo genere vita esse confusionem. Et deniq; cum partes ob finis unius intentionem inter se habeant unionem, eorum ipsum esse dispersum.

Peculiare illud, quod speciali eiusmodi pacto inter quosdam symbioticos communicatur, & quo illi, eeu vinculo quodam, inter se coniunguntur, consistit in iure symbiotico, & eius communicandi ratione atque utraq; in ordine, animorum confessione, operis mutuis, & commendo communi. arg. Genes. cap. 33. vers. 9. 10. & sequentib. Iudic. cap. 20. vers. 1. 2. 3. 2. Samue. cap. 19. vers. 15. 1. Corin. c. 1. 10. 11. 12. & seqq, Actor. c. 4. 32. 33. c. 2. 46. Philip. c. 2. 3. 4. Galat. c. 5.

Ius symbioticum est, quod privatus symbioticus symbiotico privato praestare tenetur in privata consociatione, quod pro natura cuiusque privatæ consociationis est varium & diversum.

Communicandi huius juris ratio est ordo & sumptus, quæ actiones hominum sociatorum, seu coniuctorum, juxta eorum conditionem a præstite attemperantur & distingu-

sigillatur. arg. 2. Corinb. 14. 40. Gen. 12. per vos.

Conscilio est, quā communiorum symbiorum anima & eorū unum est, idem volens, agens, nolens, ad communem conjunctōrum utilitatem, arg. Rom. cap. 9. 2. v. 15. 1. Corinb. cap. 1. vers. 10. & sequentib. vid. Iudic. cap. 20. vers. 1. 1. Samue. cap. 13. vers. 7. 2. Samue. cap. 5. vers. 1. 3. Reg. cap. 2. vers. 1. 2. 3. Nehem. cap. 8. Alter. cap. 4. vers. 24. 32. cap. 1. vers. 14. que dicuntur unicus confederatio & conspiratio: Sine hac concordione & mutua concordia nullus omnino societas & amicitia confidere potest. Marti. cap. 12. vers. 25. omnis urbs, aut domus dissident adversus se ipsam, non habet. Contra concordiam mutuā, firma, & constans redditor, inde Scylax factum de sagittis drystim facilius contrahitis, coll. Quidam etiam validissimis & infractis manentibus ostendit. Concordia etiam res parvae crescent, discordia maxima dilabuntur. Vnde Etrici concordiam Deam fecerunt, cui remplum exaserunt. Tiberium Cesarem tradid. Suverinus concordia a deo consecrata, quam prius Lycus master eius reverat. Xenophon sostinet corvi jurae concordiam, & se juramento hoc obligare. Concordiam collega nibil firmius ad cunctam Rē publicam, & discordi collega nibil porculosius ad eandem revertendam, ut refert Lex. lib. 1. Decad. 1. & discordia rerum gerendarum opinio occasiones amittuntur, que ruina Rē publica precursor. Concordia inter fratres pulebarum imparetur, Socrat. cap. 25. Maret. cap. 9. Pucum habec, iner. vos, dicitur tristis us. Genes. cap. 13. Ne quoque iurginum sis sacer. 16. me, & pastores nostros. Psalms. 13. Ecce quam bonum & quam iucundum, habitat frātēs in unum, & vers. sequent. & vers. ult. Quoniam illic mandarit Dominus benedictionem & vestram usque in seculum. Psalm. 34. 3. 13. quis est homo, qui nult. vitam, diligat dius videlicet bonus. 14. prohibe linguam tuam à malo, exaltabo te, ut non loquaris de dum, 15. Diverte à malo, & fac bonum; inquere placitum, & persequere eam, Roman. cap. 2. si fieri potest, quantum in nobis est, cum omnibus dominibus pacem habec. Eichr. 5. 2. Patrem sequimini cum caritate

¶ c. 3. *Caritas fraternalis maneat in vobis.* Mathe. x. 5. *Bonum pacificum,*
quia filius Dei vocabuncar. 1. Petri. x. 2. *omnes enim eorum concordes, maritus*
molestiarum sensu affecti, fraternaliter predici caritate: talis concordia inter
membra corporis predicatorum. 2. Cor. xii. 5. & seqq. Ephe. 4. 4. 16.
Nam si nos in unum commordeamus et comedamus, fuscum est, in dictis
Apóstolus, ut alij ab alijs consumamus. Galat. x. 5. 3. 15.

¶ *Opera mutua sunt, qua communem symbioticorum sit-*
larem & communem concessionem. Genes. x. 34. p. 10 ss. 6. 12.
 & 8. 2. & 12. 23. 1. Corinths. x. 12. 14. & seqq. Ecclesi. x. 4. 7. 8. & seqq.

Communum communis est, cuius participes sunt omnes de
 singuli, tanquam membra unius corporis: uti est lex communi-
 tatis, item negotiorum & arca communis, hancque opera communia.
 arg. Rom. x. 1. 16. 17. & seqq. Genes. x. 34. 1. 11. & seqq.

Species privatae & simplicis hujus consociationis sunt dñi.
 Est enim alia naturalis, alia vero civilis.

Privata naturalis consociatio symbiotica est, quam naturali
 affectione & necessitate postulantur conjuges, consanguinei &
 affines in symbiosis, & communionem quandam inter se con-
 sentiantur. Vnde societas hæc individua, naturalis, necessaria,
 economica, domestica, perpetua inter hosce vitæ locos symbi-
 oticos contracta dicitur, quæ eisdem, quos vita terminos
 habet.

Quare merito eruditissima vocatur societas, amicitia, necessaria ex com-
 punctione, que est substantium omnis consociationis symbioticae. unde socij
 symbiotici necessarij, propinquoi, conjuncti & amici vocantur.

Simplex & privata naturalis hæc consociatio symbiotica
 alitur, sovetur & conservatur ministerijs & functionibus pri-
 vatis, quibus hi consociati symbiotici, omnia subsidia &
 auxilia, quibus symbiosis hoc opus habet, sibi invicem coen-
 trahuntur ad arbitrium præstitis, secundum utramque & idem
 summe leges ab eodem inferioribus symbioticis prescriptas.
 Functiones ciuium modi sunt rustice, vel mechanicæ, vel utri-
 que instrumentales, uti est usus commerciorum.

Rustica functio est, quâ rus colitur, & brutorum ad symbioticam vitam privatam utilium, vel necessariorum cura habetur, ut ex ijs necessariae vitaçe privateç subsidia ad victimum, & animalium symbioticorum pertinentia adquirantur.

Rustica functio est. duplex: agricultura, vel pecuaria, quarum singulæ hominem aere poslunt & sustentare.

Agricultura potissimum ea, quæ ad victimum & alimentum corporis pertinent, adquirit. In hac enim agricolæ seminant, arant, colligunt, conservant & communicant omnis generis frumenta, alimenta, & alia ad victimum necessaria, quæ habentur ex seminatione, fructuum collectione, perceptione, conservacione & communicatione. Vnde herum officia & munera prorsus negotiosa & operosa. Ideoq; homines & cultores habent expeditos, robustos, agiles, exercitatos laboribus, & temperantes, tolerantes & patientes frigoris, assūsus, ēnedie et laboris, à seditionibus, turbis, rixas, factionibus, discordijs alienos. Inservit igitur agricultura animo, prodest corpori, fortunis et facultatibus commodaet, hominem et bestiam alit. Hac officia D E V S primo homini condidit demandavit, que exercuerunt p̄ij et praestantes viri: Genes. c. 2. 15. c. 3. 17 et seqq. c. 4. 2. c. 9. 20. c. 25. 27. c. 30. 1. Sam. c. 21. 5. Alec. ab Alezan. lib. 3. c. 11. Bodm lib. 3. de Rep. c. ult. Parie. de Republ. lib. 1. sit 7. et agricultura commendatur Stracid c. 7. Luc. c. 13. Matth. c. 20. Lorie. c. 25. 1. Corint. c. 9. c. 15. Prov. c. 12. Exempla vid. Gen. c. 3. c. 4. c. 9. c. 21. c. 46. c. 26. Exod. c. 3. Amos. c. 7. 1. Reg. c. 19. 1. Chron. c. 27. 26. et seqq. c. 4. 39. 40. 41. et seqq. 2. Ebron. c. 28. 18. 19. 20.

Pecuaria functio est, quâ ex pecudib; victimus queritur. Nam omnes terræ bestia in usum hunc à D E O creata, et hominis imperio subiecta sunt. Gen. c. 9.

Pecuaria functio est duplex: pastoritia, vel venatoria.

Pastoritia est, quæ variorum pecorum, jumentorum, bestiarum, pecudum curam habet, quorum fructibus symbiotici aluntur, pellibus, lana, pilisve vestiuntur & quorum servitio in agricultura alijsq; laboribus utuntur, magno suo commodo:

*V*eriusque huius functionis rufica homines in symbiotica vita privata necessarii & utiles. l. nunquam. C. de agric. & confit. lib. 11. c. 11. C. ne rusti-
can. ad nulla obsequia de vocent. Siracid c. 5. 8. & c. 26. per eot. ferè. 2.
Chron. c. 26. 10. 11. Greg lib. 4. c. 8. De functionum verò barum antī
quitate videre licet in Gen. c. 4. 2. c. 9. 20. c. 25. 27. 1. Sam. c. 21. 5.
Ieremi. c. 52. 16. quarum laudes Cicero lib. 1. Offic. va[d]e predicat, à
quibus nobilissima plures familia cogomina sua sumserunt Roma, uris
familia Fabiorum, Lenciorum, Pisonum, Taurorum, Visciliorum, Por-
ciorum, & similium vid. Greg. lib. 4. c. 8. de Republ.

Venatoria functio, est qua capiendis bestiis feris, quæ nul-
lius sunt, vitæ præsidia queruntur. Estque hæc vel in fera-
rum terrestrium in silvis aut alibi vagantium venatione pos-
ta, vel in aucupio volatilium, vel in aquatilium captura.

Mechanica functio, est quæ industriâ & labore ex materia
quadam, homo necessaria vitæ præsidia sibi & aliis parat &
conficit. Sic itaque hæ functiones mechanicae, quæ artificia &
opificia dicuntur, non solum labore corpus exercent, sed
etiam alia ad vitam occurrentia suppeditant. vid. ArisCor lib. 7.
pol. c. 8. Pet. Greg lib. 4. c. 9.

Harum cultores sunt forenses, mercenarii, viliores agri-
colis & pastoribus, proni ad factiones, coitiones & collegia,
sodalitates, commerciorum exercitia, & dedita, fraudibus,
deceptionibus, astutia, intemperantia, voluptatibus va-
riis, Cicero lib. 2. Offic. Quid numerem, inquit, arcum, mulecum,
dinem, sine quibus vita omnino nulla esse potuisse? Quis enim a-
gres subveniret, que esset oblettatio valentium? quis videt, me-
cylitus corporis, nisi tam mulae nobis ares ministrarent? & latè
Siracid cap. 38. vers. 35. ibi, omnes isti manibus suis fidem habent,
& quisque procurat, ut sapiat in opere suo. 36. sine istis non edificatur
civitas, neque ci[us] res incolunt, neque ambulant in ea, & vers. 26. & se-
quent. ideoque horum artificum penuria periculum & damnum socio-
epii adferi. vid. 1. Sam cap. 11. 19. scuti horum copia utilitatem; ar-
gum. Exod. cap. 31. 2. & seqq. pro pena reputatur defectus artificum.

Apoc.

Apoc. c. 8. ob hanc causam sc̄atim cum humano genere hæc opificia ex-
perunt. Gen. c. 4. 1. Chron. c. 4. 15. 23. c. 27. a propter convenientia vita la-
borique, cui homines post lapsum sunt addicti. Gen. c. 3. 19. Psal. c. 128.
labore manuum tuarum vives. 1. Thess. c. 1. 11. operam deis, ut quieti
fis, & ut vestrum negotium agatis, & operemini manibus vestris, sicut
præcepimus vobis. Discenda ideo præcipiantur & exercenda, quamvis non
singulis omnia necessaria, que etiam pii viri exercuerunt. Acto. c. 18.
Matth. c. 13. 35.

Sunt autem inter se hæc artes mechanicæ ita conjunctæ
& colligatae, & mutuas sibi operas præstant, ut vix una sine
alterius auxilio & mutuo officio exerceri possit. Sic enim
agricultura opus habet fabro ferrario ad romerem, falcem, ligo-
nem, securim, et fabro lignario ad aratum et jugum præparandum, et
rebus ad rugurum et stabulum pro boibus constituendum. Es
denique nisi pistoris artificium accedat, universa agricultura evanescit.
Et ita etiam aliae mechanicæ alias artes ad auxilium sui con-
vocant, ita ut sine his ope inutiles illæ permaneant. ita Greg. d.
loc. De artibus bise mechanicis, earumque variis speciebus vide
Zuinger. volum. lib. 1. & sequentibus. Melchior. Iun. lib. 1. Poliz.
quæst. 62.

Hujus generis sunt ars molinaria, pistoria, coquina-
ria, architectonica, libraria, ars metallica, arculariorum,
victorum, carpentiarum, ars lanaria, & linaria, textroria, sus-
toria, sartoria, fullonia, coriaria, ars balneatorum, pictorum,
sculptorum, opificia vestorum, aurigarum, nautarum, &
sculpium plurimorum, qui ideo vulgares & plebei vocan-
tur, gregarii, humiles, obscuri & viles. Menoch. lib. 2. cas.
71. arbitr. judic. quæst. Tiraqni de nobil. cap. 37. num. 30. &
sequent.

Ex his sordida opificia vocantur, quæ faciendo, tractan-
do, multum sordium & fuliginis contrahunt, qualis
est ars carbonaria, ferraria, lignaria, vitriaria, carminaria,
distillatoria omnis, & quæ his similes,

Quædam

Quædam opifia ex his illiberalia non nihil, quæ in hominum odia incurunt, velut portitorum, publicanorum & fœnectorum, co'lybistarum, *Matt. 6. 18. 17.* institorum, interpolatorum, propolarum, & similium, qui ex mendacio & vanitate lucrum facere solent. *vid. Cic. lib. 1. Offic.* quæ etiam refero mercenariorum opifia mechanica, quæ necessaria & utilia: *arg. Lev. c. 19. 13. Deut. c. 24. 14. Matt. b. 6. 10. 11. Jacob. c. 5. 4. 1. Reg. c. 5. 14. & seqq. c. 7. 13. & seqq. c. 9.*

Functiones, quæ usibus hominum minus necessarijs, vel minus honestis opinione hominum inserviunt, sunt viles & serviles. Vnde has tractates vocantur viles, ignobiles, nullius estimationis, sortis infimæ, & humiles, atque abjecti. *Menoch lib. 2. cas 71 arb. judic. Farin. lib. de vestib. quest. 57. nn. 54. & seqq. lib. 3. quam distinctionem licet etiam observare in sacra scriptura. 2. Reg. 25. 11. 12. c. 24. 15. Psalm. 49. 3 21. Iob. c. 30. 1. 2. & seqq. ubi Iomus. 2. Sam. c. 9. 8. 9 c. 3. 8. 1. Sam. c. 24. 15. 2. Reg. c. 8. 13. c. 25. 15. Matt. c. 15. 26. c. 10. 42. 2. Sam. c. 3. 8. Nebhem. c. 8. 1. 1. Corin. c. 3. 1. 1. Sam. c. 15. 17. c. 9. 21.*

Voluptuarijs & minus necessariis usibus inserviant gyneciarij, plumarij, gladiatores, xystici, Thymelici, arenarij, pugnantes cum bestijs, gymnici, mimi, pantomimi, histriones, incenici, circenses, theatrales, comœdi, tragedi, ganeones, ludiones, scurre & similes. *vid. Chassane. confiderat. 42 part. 11. glor. mundi. Menoch. d. loc. & Farin. d. loc.*

Minus honestis, ex opinione hominum, usibus & indecoris inserviunt suarri, Ostiarij, tonsores, muliones, in piltrijo verstantes, carnifices, balneatores, stabularij, pelliones, bajuli, lecticarii, præbitores paravedorum, perangariarum, carbonarij, ligatores & similes plures. *de quibus Bodin. lib. 3. c. ult. de Rep. Si racid. c. 3. 8. 3. 5. & seqq. Exod. 28. 3 c. 3. c. 35. & lib. 12. c. justinianoi.*

Artes impiez vel prorsus curioze, vel hominum laetis mortibus noxiæ, vel vitæ humanæ inutiles, non sunt in Republica tollerandæ. *arg. Ad. c. 19. 19.*

Hac de

continetur

Hac de functione rustica, agraria est mechanica: singulis hisce inserviens functio est promeritis, qua per communicationem rerum, vel operarum cum alijs factam, necessaria & utilia, quae detinunt nobis, procuramus & symbioticis subministrantur, vel ea, quibus abundamus, ad alios cum nostro commodo exportantur.

Functio hæc proberbis est vel minor, in permutatione rerum, ad vitæ privatae permutantium indigenam: vel major ad abundantiam & lucrum & commodum permutantium, qui hinc mercatores vocantur.

Mercatores & negotiatores, ideo consociationi utiles & necessarii, ut superflua exportent, aliisque utilibus & necessariis permueant, & aliunde, quæ incolis & regno necessaria sunt, & in eo non inveniuntur, importent, sub honesto lucro, quod laboris sit stipendum, circa dolum, fraudem & peccationem
 1. Thess. c. 4. Sirac. c. 26. 27 & denique nocturnam, nec fruadinem atque familiaritatem cum exerceris nobis concilient, & secundum aliorum explorant. Ideoque mercatores sunt quasi pedes corporis politici, qui necessaria deliquis apportant, & cum exerceris communionem conciliant. Atque hæc mercatura referunt inter artes, que bene & male exerceri possunt. Petr. Greg. lib. 4. t. 7. de Rep. Prover. c. 20. 14. 2. Chron. c. 9. 21. 1. Reg. c. 9. 26. 27. 28. lib. 1. C. de commercio. et mercat. tit. C. negotiar. ne milt. Quamquam Placo. 4. de legibus ex illius mercaturam corrumpere ingenuos & virtutem animos. Ex ea enim habet dolosos animos, et res inestimabiles & infideli in moribus, quem refutat Aristot. lib. 7. polit. c. 6. ubi casus. Quicquid vero serum commercium & negotiatio non contesta sic, vide apud Iul. consullos passim & tridentes. Inter. V. sacrae rem de verbis oblii. tit. ad 1. Fab. de plac. Novel. de Lenocin. tit. C. quæ se deportat. & passim alibi. Exemplum mercatura extant Genes. 37. 1. Reg. c. 5. c. 1. 24. 23. 2. Chron. c. 2. c. 9. Prover. c. 31. Esa. c. 23. Ezach. c. 27. Al. c. 16. Apocal. c. 1. 8. Ezach. c. 22. Amos. c. 8. c. 2. c. 3. de lentibris dati & accepti. Siracid. c. 4. 2.

Exercetur vero male mercatura. s. quando non habetur

*ratio temporis. vide Nebem. c. 13. in diebus cultui divino conse-
cratis. i. i. Loci prohibiti. Matib. c. 21. i i i. Ratiōe personarū,
quando prohibitæ personæ eam exerceant. 2. Timo. c. 2. 3 i i l.
Ratione modi, quando pōderibus, menuris, moneta, iniustis,
mendacijs, aut aliis illicitis modis exercetur. 1. Thess. c. 4. Levit.
c. 19. Iac. c. 4. i 3. V. Quando eius cura & studium a cultu dī-
vino homines avocat. Luc. c. 14. 19. 20. 21.*

*Ceterā, quomodo ha private functiones inserviant consociationi &
symbiosis publicæ, & provinciali, dicetur suis locis in cap. seqq.*

Porrò naturalis privata consociatio symbiotica domestica,
in duas species abit. Est enim coniugum, vel propinquorum.
de priore Genes. c. 3. & 4. de posteriore c. 10.

Consociatio & symbiosis conjugalis est, quā coniuges, ma-
ritus & uxor sibi invicem devincti communicant commoda
& onera vitę conjugalis.

Bona ex singulorum collegarum collatione communicata ad conservandam collegij dignitatem, vel promovendam ejusdem utilitatem, vel onera illius relevanda collegio soluto ad singulos conferentes, prò rati parte, redeunt; quæ durante jure collegij, sive singulorum, proprietate universorum collegarum, seu collegii sunt. *I. i. in fin. de colleg.*

Bona aliunde collegio acquisita ad commodum collegij & universitatis spectant, ne que sunt singulorum. Ex hisce bonis unus

unus ex collegio discedens nihil; aufert collegio verò soluto in totum, quilibet collega aliquid pro rata parte ex ijs auferit. l. 3. de colleg. il. 1c. Bart in ult. d. t. Meno. cas. 597. arb. jud. quest.

Habet collegium quandoque bona quædam, quæ inter collegas distribuuntur; tum si dissolvitur collegium respectu unius discedentis, hujus protio apud collegium remanet; si vero in totum collegium dissolvitur, bona ejusmodi ad superioriorem deferuntur. Menob cas. 597. arb. judic. quest.

Operarum inter collegas communicatio est ex mutuo collegarum consensu definita inter collegas. Operarum artifici- alium communicatio plerumque ultra citroque in eisdem artificiis & professionis seu vocationis officijs, negotijs, com- modis promovendis & in commodis avertendis consistit, se- cundum modum, formam & præscriptum, quibus tacite, vel expresse inter collegas est concertum.

Ejusmodi operæ sunt pares & æquales, vel dispares & in- æquales inter collegas.

Hæ non singulis collegis, sed aliquibus, vel uni incumbunt, uti principi collegii, ius & onus collegas convocandi. Iohann. c. 11. 47. 57. Act. c. 5. 21. c. 6. 2. c. 9. 1. 2. 14. 21. Bodinus id jus seniori, vel majori collegij parti tribuit: jus proponendi ea, de quibus est deli- berandum. Act. c. 1. 15. c. 2. 14. 15. 38. c. 1. 5. 7. 8. 14. 15. item suffragia collegarum rogandi, colligendi, Matth. c. 26. 57. 6. 2. 63. 65. 66. Mar. c. 14. 62. 63. 60. 61. literas aliunde scriptas ad collegium resi- gnandi sigillum, arcam privilegia & alia bona collegij custodiendi; & collegium dimittendi, & si quæplura sunt, quæ ex communi collegarum consensu inter collegas sunt distributa vel opera reciproca & ambu- latoria, vel communi procuratori, aut Syndico collegij injunctæ, & im- posita. tit. quod cujusque universi.

Iuris communificatio inter collegas facta est, quâ collegæ co- de n' inter se jure & legibus in collegio suo vivunt, reguntur & obligantur, atque ipsis etiam ex causis inter se puniuntur, modò hæc fiant sine præjudicio magistratus, aut alienæ

jurisdictionis usurpatione. Bod.lib.3.c.7.de Rep. Heig.p.1.q.23.

Ius cōmune collegii, vel collegarum describi solet in libris collegii, (in den Zunftbüchern) q̄ j̄s, vel ex cōmuni collegarū contentu receptum & introductū est inter collegas: vel speciali privilegio superioris magistratus collegis cōcēlum & indultū.

Major pars collegii minorem vincit suffragio suo, in rebus & causis communibus ad omnes, seu universos simul collegas communiter & universaliter pertinentibus, quæ collegas singulos seorsum à communitate non afficiunt, sed tantum universos l. quod major. 19. ad municip. l. nominationum. 45. C. de Curion. lib. 10. l. 3. l. 4. quod cuiusq; universi. ubi Bartol. & Castr. Geil. lib. de pign. Obs. 20. num. 2. 3. & 7. per alleg ibid. Sic etiam in iis, quæ ex necessitate sunt facienda à collegio, sufficit majorem partem collegii facere. c. cum in cunctis. d. bis que fiant à maj. part. l. 20. c. comm. divid. Bodin. lib. 3. cap. 7. Ad decernendum autem satis est, duas partes collegii adesse. l. 3. l. 4. quod cuiusque universi. Geil. de pign. Obs. 20. num. 2. 7 per 46. nominationem. l. 2. c. de Decurion. l. 2. l. 3. de decret. ab ordin. fac. Ratio est, quod hic, quod commune est, meum non est. l. in tantum. 9. universitatis. ubi Bartol. de rer. divis. Geil. d. num. 7.

In rebus vero & causis communibus ad omnes singulatim sive ad singulos collegas pertinentib. non vincit major pars, sed quod omnēs tangit, ab omnibus quoq; approbati debet. l. fin. C. de aut. pft. l. in concedendo. l. si autem de aqua pluv. arc. l. duo ex tribus de re. jud. l. nam ita, de adoption. l. nominationes. c. de appell. adeo, ut unus etiam contradicere possit. l. per fundum. de servit. rufi. l. fin. com. predior. Ratio est, quia hic quod commune est, meum quoq; est. Geil. d. obs. 20. n. 4. & 7. In his etiā, que sunt merē voluntatis, nihil debet fieri, nisi omnes unanimiter cōsentiant, l. Sabinus. com. divid. collegialiter, cōmuniter, non singulariter, sc̄paratione, diversitem. potib. l. 7. & hodie de pact. Geil lib. 2. obs. 5 & n. 6 Bod. lib. 3. c. 7. de Rep.

Decrēta, vel iusta collegij, non a singulis personis collegiis, sed ab universis collegialiter in loco collegij, non seorsum, congregatis dantur l. planè quod cuiusque univ. nom. sicuti & omnes

actus

actus, qui apud collegium resident, tantum ab universis collegialiter congregatis, non à singulis exerceri possunt. *Farinac. quæst. 24. num. 129. & seqq. Menoch. cas. 598. Bod. d. lib. 3. c. 7. de Rep.* Plus ergo poterunt duas partes collegatū simul coactæ, quam omnes collegæ seorsum consentientes. *Bodin d. loc. Non enim fit pro collegio, quod collegæ seorsum faciunt. Accurs. in l. sicut. quod cujusque universi. nomi. Bartol. in l. 16. aut facta de pan.*

Ex hoc jure inter collegas, communī singulorum consensu recepto, collegæ etiam mulctari possunt, quando contra leges collegij, aliquid admittunt. Vnde fieri potest, ut unus collegarum in singulos, non universos, coercionem habeat.

Mulcta hæc fisco, seu arca communi collegij infertur.

Benevolentia mutua & reciproca est affectus & charitas collegæ singularis erga collegam, cum concordia, quâ idem volunt collegæ & nolunt ad communem utilitatem, sine dissidio erg. i. Cor. c. 1. 10. 11. Rom. 12. 16. & Gal. 5. Hæc benevolentia cōvivijs convictu & agapis publicis alitur, fovetur, & cōservatur.

Species collegiorum secundum personarū, artificiorum & munierū conditionē variè esse possunt. Hodiè plerūq; sunt collegia pistorū, sartorum, architectorum, fabrorū, futorum, agricolarum, laniorum, naviculariorum, figurorum, mercenariorum, monetariorum; vel philosophorum, Theologorum, Decurionum & similiū; quibus civitas quælibet pro usu & necessitate vitæ socialis indiger. *Pet. Gregor. lib. 13. c. 2. de Repub.*

Ex his quedam collegia sunt ecclesiastica rerum divinarum, quedam secularia, humanarum rerum causa instituta.

Ecclesiastica sunt Theologorum & philosophorum collegia.

Secularia sunt magistratum & judicium collegia, & artificium variorum & diversorum.

Magistratum collegia præcipua sunt, quæ reliqua omnia & singula & universa pro jure sue potestatis moderantur.

Quando diversorum collegiorum homines & collegi in unum corpus coëunt, non dicuntur collegium, neque universitas, sed corpus quoddam. *Bodin. lib. 3. cap. 7. de Repub.*

Corpus populi Romani quatuor collegiorum generibus continebatur. In principio populus in triginta Curias, sive paræcias distributus erat, quarum curiarum præfeti, curiones & curionum decuriones, appellabantur; postea vero populus distribuebatur in tribus tres, quarum præfetti & principes fuerunt tribuni. Servius Tullius eundem postea in classes sex ex censu, hoc est, estimatione rerum & bonorum, secundum quam tribus pendebant classes singulae, distribuit. Clasis vero constabat suis centurijs.

Visitator de iisque populi Romani distributione fuit in ordines tres: quorum primus erat ienitrius, secundus & intermedius equestris, tertius & infimus pl. bejus. vide Sigon. lib. 2. de antiquiur. ci vium Romanor. ex his quilibet ordo sua separata habebat collegia, in quibus de communibus suis negotiis tractabat ejusdem ordinis homines. Senatorij ordinis viri consilio, auctoritate & dignitate excellebant, qui erant co scripti, vel alleli & adscripti in senatum, vel pedarij in priorum sententias discedentes. Equestris ordinis erant nobiles & patritij, singuli, equum Reipub. alentes & censem equestrem praestites, Plebis urbana vel rustica erat, de quibus latus Alex. ab Alexand. genial. dierum lib. 1. c. 29. Pet. Greg. lib. 4. c. 1 de Repub. Sigon. & loban. Rosin. in antiquis Roman. Zlinger. theat. volu. 28 de person potest.

Populus Iudaicus distributus erat in 12 tribus, seu familias. Iosu. c. 24. c. 7. 4. & seqq. & num. c. 6. c. 26 Exo. c. 1. & seqq. hinc contribules. 1. Thes. c. 2. 1. 4. 1. 5. Tribus singulae suas rursum habebant familias, quarum quælibet sua separata collegia habebat, in iisque suos principes & philarchos, familiarum capita. Num. c. 1. c. 7. c. 3. 6. Iob. c. 14. c. 21. 1. Chro. c. 22. c. 24. Deut. c. 29. 10. 11. c. 31. 28. Iob. c. 23. 3. c. 24. 1. 2. 2. Sam. c. 9. 21. c. 10. 21. qui Græcis vocatur patriarchæ, archipatriotæ. Familiae singulae domos familie sue habebant, tanquam specialia collegia. Num. c. 1. Ios. c. 7. 14. 17. 18. 19. vid. Sigon. lib. 7. c. 5. 6. 7. de Repub. Hebr. officium præcipuum horum erat, ut familias, quibus præerant, convocarent, ad easque referrent, qua ad Rempub. pertinerent, Sigo. lib. 7. c. 5. de Repub. Heb. Vide infra cap. 7. de provincijs. Ex familij singulis primogeniti in ceteros

teros suos fratres & sorores imperabantur. Num.c.3.11.12. & seqq.c.18.
8.15.16.Gen.c.4.8.5.6. 2.Cbron.c.21.3. Exod.c.11.5. Dent.c.21.
17.Levit.c.27.3.4.5.6. 1.Cbron.c.5.

Distribuebatur etiam populus Iudaicus in subditos praefectis milienis,
subditos praefectis centenis, subditos praefectis quinquagenis & decurioni-
bus. Exod.c.1.18.21.25. Deut.c.1.14.15.1.29.18.31. 1.Cbron.c.2.6.
1.2.3.c.29.6.7. Sigerus de Repub. Inde.lib.7.c.7. Erant etiam quidam
seniores ex coro populo promiscuè electi. Iosu.c.23.2.c.24.1. Num.c.1.1.
1.6.17.Exod.c.1.18.2. & seqq. Act.c.4.5.8.33.c.5.21. Erant seniores
tribuum, seniores familie & seniores civitatis. Ruth.c.4. & postea alibi

Alier quoque populus Iudaicus distribuebatur in classes, numerum in pa-
pularem, sacerdotalem Leviticam, hoc est, in ordinem ecclesiasticum, vel po-
blicum, quibus addebatur quandoque dediticij, recepti in jus civicatu-
deorum, Ios.c.23.2.c.24.1. Esa.c.2.9.1.12.17.c.3.6.1.5c.1. Cbron.c.
9.2. ubi Jun.2. Reg.c.2.5.15. lob.c.7.47.4.8.4.9. 2.Cbro.c.24.17.2.3.
2.Reg.c.24.16.17. Alii dividuntur in seniores, judices & sacerdotes. 1.
Chr.c.11.3.c.23. per tot. Ios.c.8.3.3.c.23.2.c.1.24.1.c.17.4. Dicit.c.3.1.2.8
Alii in scribas, hoc est, leges peritos, & phariseos, hoc est, theologos. Mat.
c.19.2.Cbro.c.3.4.1.3.20.1.8.1. Ed.c.2.c.7.6. Alio in loco in potentiores
principios & infime sortiti homines. 2.Reg.2.24.14.16.17.c.25.15. Neb.
c.8.1. Ies.c.3.6.c.5.13.15.2 Cbron.c.24.17.2.3. c.12.5.6.c.26.11.
.12.c.28.14.c.29.20.3.0. c.13.0.2.3. c.17.8. & seqq. 2.Sam.c.9.12.c
3.8.1. Sam.c.24.1.1.15. Alio in loco in magistratum superiorem, prin-
cipes, sacerdotes & prophetas. Nebam.c.9.3.2.3.4.c.10.3.1.8.1.5.3.0.
Ios.c.13.15.16. Alio in loco in principes populi & sacerdotum. Iere.c.2.6.
8.9. & seqq.c.3.8.2.5.c.3.9.8.1.0. & c.4.0.7.c.4.1.1.10.4.2.1.c.3.2.1.2.c.
3.4.2.1.1.0.1.9. Alio in loco in optimates, summos sacerdotes & Seniores.
1.Machab.c.12.6.10.13.36. Marc.c.1.5.4.3.2. Macab.c.1.1.2.7. vel in
principes sacerdotum, scribas & seniores populi. Machab.c.2.6.3.14.2.5.20.
6.9.c.2.7.1.6.2.5.3. Quia omnes populi dist. rebariones partim ex ordini-
bus, partim ex collegijs, quibus utabantur, sunt sumptua v.d. infra cap. 8a
circa finem. Alias distributiones populi vide apud Pet. Grego lib.4.c.8.
& seqq. de Repub. & Carol. Sigerus lib.5. de Repub. lib.2.c.4.

Egyptij populum distribuerunt in sepiem ordines, seu collegia, quorum primum fuit sacerdotum alterum pugnarum, tertium bovum pastorum, quartum servitorum, quintum rusticorum, sextum interpretum, postremum gubernatorum navalium: Arabes in sacerdotes, agricolas & milites. Galli olim in Druides & equites: Atheniensis in nobiles doctosque; in agriculturam in artifices. Aristoteles sex ordines voluit esse: sacerdos, primum agriculturarum & pastorum, obvium: secundum opificum, propter instrumenta variorum militum, propter arma: quartum divitium, propter pecuniam: quintum sacerdotum, propter divinarum rerum procurationem: postremum judicium & senatorum, propter judicia et consultationes. Aristoteles, lib. 7. politic. c. 9.

Hodie in multisque locis provincie vel regni, aut politicis ratione professionis sue & vocationis, seu ex vita instituzione generis & diversitate in tres ordines, status, sive generalia maiora collegia distribui solent. Primum collegium est Ecclesiasticorum. Alterum est nobilium. Tertium est populi, seu plebis, quae ex scholasticis hominibus, agricolis, mercatoribus & opificibus existit. Singula eiusmodi collegia & corpora rursum sua specia-
lia minora inter se habent collegia: uti sunt collegia praecipua iudicium & magistratum; collegia ministrorum ecclesiarum: collegia variorum artificum, mercatorum, in vita sociali necessaria-
torum & utilium: de quibus suis in locis infra. De variorum populorum & regionum collegijs. vid. Theod. Zuinger. heat. vol. 28. lib. 2. in personis politicis & variis ciuium ordinib. & Greg. l. 4. c. 1. c. 2. c. 3. de Repub.

C A P I T V.

De consociatione universitatis ejusque causis.

HAEC tenus de confociatione & symbiotica civili privata, sequitur de publicâ. Nam societas humana certis gradibus ad progressionibus minorum societatum à privatâ ad publicas societas pervenit. Consociatio publica est, qua plures confociationes privatae ad politimum constituendum, cōsociantur. Vocari potest corpus consociatum, & per excellentiam politica confociatio-

Quod maior verò est consociatio hæc, & plures consociatio-
nis

mis species sub se continet, eò pluribus subsidijs, administris & medijs, tam quoad animi, quam quoad corporis vitaq; aut ratiōne & sufficientia, opus habet & maiorem, ampliorēq; rerum & operarum communicationem, utrūq; & utrūq; requirit.

Politeuma in genere est jus & potestas communicandi & participandi utilia & necessaria, quæ ad corporis constituti vitam à membris consociatis conferuntur. Vocari potest jus symbioticum publicum.

Publica consociatio, seu symbiotica hæc est duplex. Particularis, vel universalis.

Particularis est, quæ certis definitisque locis est comprehensa, intera quæ jura illius communicantur.

Particularis hæc rursum est universalis, vel provinciae.

Universalis hæc est plurium conjugum, familiarum & collegiorum, in eodem loco habitantium, certis legibus facta consociatio. Vocatur alias civitas, vel corpus plurium & diversarum consociationum. l. 30. veram. de usucap. l. 11. quod enjusquam universi quibus adde Bodin. lib. 3. de Repub. c. 7. Deut. c. 13. 12. 13. 15. Genes. c. 34. 16. 22. Exod. c. 1. 1. 2. 3. 4. Iosue. c. 8. 1. 2.

Membra universitatis sunt privatæ diversæque consociationes conjugum, familiarum & collegiorum, non singuli cuiusque consociationis privatæ, qui hic non conjuges, cognati, collegave, ut supra in cap. præced. sed cives ejusdem universitatis dicti sunt à coeundo, ideo, quod ex privata symbiotica transentes coeunt in unum corpus universitatis. His opponuntur exercitii, advenae alienigenæ, peregrini. Deut. c. 15. 1. 2. 4. 12. Genes. c. 23. 3. 4. 5. c. 34. Ruth. c. 1. c. 2. c. 2. Iohann. c. 15. 24. 25. 26. 27. Exod. c. 21. 2. 1. c. 25. 9. quorum officium est, nihil præter negotium suum agere, nihil de alieno inquirere minimeque in aliena Repub. curiosos esse Cicer. lib. 1. offic. & moribus loci & civitatis, in qua vivit, se quantum bene conscie nullum fieri potest, accommodare, ne alijs sit scandala. vid. Genes. c. 19. 9.

Politeuma universitatis est jus vivendi, fruendi utilibus & necessarijs inter cives ejusdem universitatis, constitutis ad vita

huius usum & confortium. De hac voce Philip.c.2.20. & Plutare. in lib.de trib.Reip.generibus.aliter accipitur à Clapmario lib.1.c.10.de ancen.Rerump. b.

Civis (πολίτης) est duplex: plenè & propriè civis, vel ex parte, quadam tenus & impropre civis.

Plenè & abolutè civis est, qui plenum in universitate politie um habet, atque omnibus commodis & iuribus loci illius, in quo civis est, uti potest, atq; imperio universitatis obligatur.

Plenè civis Hebreus erat, qui ex semine Iacobi legitimè natus ac circumcisus, ius ingrediendi templum sacrificiorum causa, & ius publicorum honorum in Repub.judaica gerendorum habuit, uti colligitur ex Deut.c.23. & Ios.c.5. & talis fruebatur quibusdam privilegijs, que non concedabantur peregrinis, vide Deut.c.15.1.2.4.12. c.23.3. Civis plenus Atheniensis erat, qui publicorum judiciorum, consiliorum & magistratum in civitate gerendorum cum reliquis potestatem parem & aqualem habebat.

Plenus civis Romanus erat homo liber, qui in civitate Romana domiciliū, censum, tribum, atque publicorum honorum adipiscendorum & gerendorum potestatem habebat. Ideoque tria faciebant civem Romanum, domiciliū largiū, in tribum descriptio & honorum peritus. A domicilio orante commoda sacrorum dignitatis, libertatis, urbis, fori ludorum, festorum diierunt. Qui in censem erat relatus, ex eo civis & liber, si anteā seruus efficiebatur. H̄ die ex arbitrio, more, lege, vel consuetudine cuiusque civitatis ius & privilegium civis plen, non pleni definiendum & determinandum est. vtd. Bodin.lib.1.c.6.de Repub.

Plenus civis sūltum est originarius, vel ad sumptus.

Originarius civis est, qui jure nativitatis suę civis est, seu qui originem trahit ex civitate quadam, hoc est, quia patre, aut avo civis natus est, qui id est necessarius dicitur & naturalis civis. Græcè, αὐτόχθονες, indigenæ vocantur.

Aclumpus civis est, qui consensu & suffragio reliquorum civium, ius civitatis est consecutus, qui ideo voluntarius dicitur, quod scilicet receptor & in scriptus sive ius civitatis ob domiciliū, quod in ea constituit, vocatur. alius incola, inquilinus, cooperatus,

civitatis, vel recipens civis: Et si vero in eis hoste quendam adhuc sit differentia, promiscue eam eis vocibus intimar. Adiumpetus civis iuramento se ad fidem et obsequia praefidibus civitatis obligat. Quos in ius civitatis peregrinos exerantur recipi, vel exceptus urbe sit, Vnde apud Greg. lib. 4. c. 4. num. 14. Et seqq ubi illud ex moribus, natura, ingenio illorum, quibus nocere, vel prodeesse possunt civitati, estimandum putat.

Domicilium est vita habitatioque tabernaculum constitutum, ubi quis locum rerum suarum, & fortunatum, constituit, ut ibi perpetuo maneat, undeque rursus non est discessurus. Si nihil avocet, & unde cum est profectus, peregrinari dicitur, & si redit, peregrinati destitit. l. 7. cives. c. de incol. lib. 10. Matt. 10. 13. c. 9. 10.

Ex parte seu quodammodo civis est, qui non plenum & integrum politeuma habet, sed uno tantum, vel quibusdam iuribus veri & plenius civis in civitate uti potest, scilicet quoad immunitates & honores, vel commerciorum, aut hospitij utum, non vero imperio civitatis obligatur, qualis est civis forensis, honorarius, confederatus.

Civis forensis est advena ἀποικος, qui aliunde advenit, mox discessurus, & foro, nundinis & commerciorum iure uti potest in civitate, l. 239. ⁹ incola de verb. Sign. secundum mores & leges civitatis, in qua agit Genes. c. 19. 9. ingressus es, ut advena, unquid ut judices? Ruth. c. 1. Ergo talis, ius commorandi & negotia sua tractandi in civitate habet, ut sunt studiosi, milites, mercatores, opifices, artifices & similes.

Civis eulmodi est etiam hospes advenies, iure hospitij utens pro mercede justa quiescendi & reficiendi sui causa in alienæ Reipub. caupona, taberna, vel hospitio publico, vel privato, ex tessera hospitalitatis. Gallus. lib. 5. c. 13. l. 1. ⁹ habicare. de his qui doceo. Debuffaderis hostiis enim de jure gentium commune omnibus, etiam peregrinis, quibus multo erga aliis humaniorum, caritatem, benevolentiam & amicitudinem declarant, ideo quoniam socias introductas hospitiam, qua nobis hospitalitas commendatur. Deut. c. 10. 19. Exod. c. 22. 21.

623.9.

*Advenam (inquit Deus) non contristabis, nec affliges eum, & si habita-
veris advena in terra vestra, & morans fuerit inter vos, non exprobre-
ris, sed sic inter vos quasi indigena & diligenter eum, quasi vosmetipos.*
*Levit. cap. 19. 33. de hospitijs, & jure hospitandi. Vide Matth. cap.
25. 35. 36. 37. Roman. cap. 12. 13. 1. Pet. cap. 4. 9. & exemplis
probatur. Genes. cap. 18. vers. 3. 4. 5. cap. 19. v. 2. cap. 24. vers. 31.
Ios. cap. 2. v. 1. 1. Jacob cap. 2. v. 25. 1. Regum cap. 17. vers. 10. 15.
Luc. cap. 10. vers. 38 cap. 19. vers. 6. Hebr. cap. 13. De inospitalitate
damnata. Iudic. cap. 8. vers. 5. cap. 19. vers. 18. 1. Sam. cap. 25. v. 9.
14. Iura hospitiij mutua in lignum & pignus amicitia colebantur apud
veteres, data tessera hospitali. Gellius lib. 5. cap. 13. Petrus Gregor.
lib. 1. Syntagma. cap. 28. num. 35. Expedit autem ciuitati, notum esse,
quod sine alienigena, quod hospites, vel incolae, ad pleraque praecavenda,
qua alijs nationibus fuerunt insulta. Nam si numerus advenarum bos-
pium excedat numerum iurium, & advena civibus officere in aliquo
possint ob dium, vel mores diversos, conuenit exhaustire hoc onus à
Republ. emigratione. Bodinus libro 4. capite 1. Gregorius libro 23.
capite 6. de Republ. ideoque hisce ad munera aditus non patet.*

Civis honorarius est, cuius civitatis honoris ergò tributum
est, qui tamen ideo non tenetur ullo imperio, aut necessarijs
muneribus civitatis illius, cuius est civis honorarius. Bodin. lib.
1. c. 6. de Republ. Ita Regi Gallia Helvetijus civitatis sua dederunt;
sic rex Persiarum genti Pelopidarum ius civitatis dedit, ut refert Plutar-
chus in Polopida. & Athenienses Evagoram Cypri regem, Dionysium
Sicilia tyrannum, Antigonum ac Demetrium Asia reges, imò Rhodios
omnes civitatem donarunt.

Confederatus civis dicitur, qui ius civitatis ex fædere, in qui-
busdam est adeptus. Sic hodie ex mutuo fædere, communicatio ci-
vitatis & amicitia est inter Genevenses & Bernates ita ut qui ex fede-
ratis socijs suâ civitate desertâ sciorum civitatem adire velit, momen-
to civis ac subditus fiat sociale civitatis, sine cooptatione aut rescripto
singulari. Bodin. lib. 1. c. 6.

Ad

Ad hanc refero confederatos cives illos, qui salvo jure
majestatis, eisdem habent amicos & hostes, vel communia
commercia; qui ve motibus & legibus idem utuntur, &
eisdem habent cōventus, qui tamen cives omnium non sunt.
*Bodin. lib. cc. 7 de Repub. Ita sit, ut Helveticij confederati sint, non cives
inter se, qui non omnia equaliter communicant, sed distincta iura majeſta-
tis uirupent.*

*Apud Iudeos profelyti ex gentibus procreati ab idolorum cultu ad
Dei cultum eraducti, circumferantur aq. ex ea parte cives erant He-
brei, qua Synagogis interesse pascha Domini manducare unā cum veris
Hebreis poterant. Exodi cap. 12. vers. 48. Levit. cap. 17. Matth.
cap. 23. vers. 15. Ezechiel. cap. 11. in ceteris pares reliquis Hebreis
minime erant. Tales etiam cives Hebrei in Aegypto erant, uii a pa-
re ex Genes. capite 45. vers. 17. 18. 19. 20. qui habitandi tantum
jus in Aegypto acceperant, seu jus hospitandi, ut dicitur. Genes. cap.
47. vers. 4. 5. 6. 7. 10. sed potestatem manerum gerendorum & re-
liqua jura civitatis non habebant. Exod. cap. 1. vers. 9. 10. 11.
12. 13. 14. Altorum cap. 7. vers. 6. 7. Deut. cap. 15. vers. 1. 2. 3. 4.
cap. 2. vers. 33. Genes. cap. 23. vers. 3. 4. 5. c. 34.*

Superior praefectus ex civibus universitatis hic est, qui ex
consensu civium constitutus, negotia universitatis dirigit, gu-
bernat ad ejusdem salutem & commodum, in singulos, non
universos cives jus exercens.

Hic juramentum fidei ad certos articulos, quibus partes
officij ipsius continentur, præstat universitati constituenti, &
à singulis civibus juramentum fidei & obsequij, quod certis
articulis quibus partes officij boni civis comprehenduntur,
concepitur, exigit.

Eiusmodi superior est, vel unus, vel plures, qui potestatem
gubernandi ab universitate prescriptam acceperunt. *Apud
Iudeos etiam Principes civitatum fuissent Tribunos, Centuriones,
Quin-*

quinquagenarios & Decuriones, refert Siganus lib. 7. cap. 7. de Repub. Hebr. ex Iudic. cap. 9. 1. Chro. c. 28. Deut. c. 29. c. 31. Iosu. c. 24. 1. Chron. c. 13 & c. 18. c. 29. Ierem. c. 36. & senatores quoque & Indices civitatis habuisse constat. Iudic. c. 11. c. 8. & Ruth. c. 4. Deut. c. 25. & c. 21. 2. Chro. c. 19. qui principes, senatum civitatum convocabant, cumque de rebus publicis consulerebantur. ut dicit Siganus. d. c. 7. in principio generis humani singula se & civitates suos reges habuisse leguntur. Genes. c. 14. c. 19. ita ut unius regionis, seu provinciae plures reges existarent. Sed postea sub unius imperii plures civitates, immo & provinciae conjunctae suum regem vel summum magistratum acceperunt.

Hi superiores praesides ex consensu communi civium suorum constituantur, & constituti representant ipsam civitatem non aliter, quam syndicus universitatem. Ideoque procuratores generales sua universitatis sunt cum generali & libera potestate constituti a civitate, qui ab eadem etiam ab officio suo removeri possunt. Sunt igitur, bi temporales, cum universitas, seu civitas, sit perpetua & ferè immortalis. I proponebatur. de indic.

Inferiores sunt reliqui obsequentes cives omnes singuli & universi.

Porrò universitas illa est rustica, vel urbana. Rustica universitas est illorum, qui rus colunt, functionesq; rusticas exercentes. Estque vicus, pagus, oppidumve.

Vicus est ex domorum paucarum coniunctione, ex qua tantum platea constituitur, & dicitur Varroni. lib. 4. de latin. ling. quod in eo loco sint vicini, & ex utraque parte viæ domus, certis spatijs distinctæ. Græcis dicitur πατονία.

Domus vero, vel ædificiū, autore Isidoro, est receptaculum quotidianum & alsiduum contra frigus, vel calorem, & injurias cœli & bestiarum atque hominum vim & incursionem.

Ædificiorum horum privatorum constructio, reparatio & firmitas debet respicere sumptus; utilitatem publicam & splendorem, aspectum pulchritum ac magnificentiam urbis, non comparata ad datum nunc, vel incommodum incendorum, platearum

platearum, fori, & aedium publicarum. vide tit. C. de adfic. pri. v.
tit. nequid in loco pub. lib. 8. tit. 20. Greg lib. 2. c. 10. de Repub. qui e. d.
emptis i. usitat, & Melior Iam: polis. quæst. 68 part. 2: ubi. 14. requi-
ficit domusponit.

Sola domus, seu habitatio una, villa nobis dicitur, à velen-
do, quod initiam fructus sive huncuntur, quasi vchilla. Villa au-
tem murata, vel in muro, aut vallo circata castrum dicitur.

Vicus ergo est catus quidam habi. antrum civium in loco
codem, & domos suas conseruentum: unde vicini, domus vici-
nales. l. 30. qui ex vicis ad mun. ipsa.

Vici superiores est de curio, vel octurio, vel alius ex consensu
vicinorum electus, ius vicinos monendi, convocandi, atque
communia illustrum negotia tractandi habens; Reliqui vicini
sunt obsequentes.

Pagis dictus à Græco οὔποιον Doricē οὔποιον id est fons; Greg. lib.
2. c. 1. de Repub. Eſc. c. 9. 19. Indic. c. 5. 7. i. r. constat, ex duobus vel
pluribus vicis abique munitionibus & muro collatis, unde
pagani.

Superior eminentior pagi dicitur reliquorum paganorum
magister, procurator & syndicus pagi.

Metrocomia est vicus, vel pagus, unde Colōgi in alios vicos
sunt deducta. tit. C. non licet. habent. metrocom. lib. 11. sis. 55. vel ad
quam vici alii pertinent. l. 30. quæst. 20 ad mun. ipsa.

Oppidū est pagus amplior, fossa, vallo, vel in muro circatus &
munitus, Dicitur ab ope praestanda, quod ejus rei causa confitendum sit.
l. 2. 3. 9. 9. 6 oppidum. de verb. signif. vel quod opus est ad vicem agendam.
abi. b. bicent tuorū, vel quod opere manuobār, unde mania quod munitiones
sunt. vid. Ifidor. Foffam. Per. Greg. lib. 2. c. 1. Varron. lib. 4. de latini.
lingua. Hippolyt. de collit. de increment. urb. atque hinc oppidam.

Præfectus oppidi est procurator & magister oppidaeorum,
ijs resiquos convocandi & proponendi habens, nec non vota
singulorum colligendi, tractandi & exequendi decreta publi-
ca, & dimittendi contilijs.

Universitas urbana est, quam urbanam vitam & functiones mechanicas & studia colentes constituant.

Urbs est vicorū, pagorū nvc multitudo peculiari iure consociata, cōmuni folla, propugnaculo & mūlo, seprā aut cincta & munita, contra vim externam, ad commoditatē civium. Cice. lib. 1. de Rep. dicit ubi ēse rectorum conjunctionē, locis manuq; septam delubris & pacijs communib; distinctam, in qua hominum carus sit juris consensu & utilitatis communione sociatus. vid. 2. Nebe. c. 2, 17. c. 4. 17. Greg. l. 2. c. 3. & seqq. & Cic. lib. 3. offic. ait, et si suā naturā congregantur homines, tamē s̄pē custodīa rerū suarum urbū præsidia querebār, verēcatur aut̄ urbs, quasi in orbem aratrum circūducta, vel ut vult ICt. in l. pūpillus. 239. 8. urbs de verb. sign. ab urvo dicitur, seu urbo. Ursum aut̄, seu urbū est curvatura aratri, curvare, seu urbare est, arare aratrumq; defini, re. d. §. urbs. Nam olim in condendis urbis aratro utebantur. vid. Varr. lib. 4. de latin. ling. Catiū Rbodig. lib. 14. c. 5. Quomodo adificari debeat, eradicat, Aristot. lib. 7. polit. c. 9. & c. 11. & Pet. Gregor. lib. 2. c. 1. de Repub. Melch. Iun. part. 2. poli. quæst. 6. 3. Veget. lib. 4. c. 1. 2. de re militari.

In summa, urbs habere debet securitatem convenientium, & utilitatem commode vivendi, cāmque augendi Aristot. lib. 7. polit. c. 4. c. 5. lib. 6. cap. 7.

Aër igitur, locūlque urbis sit saluberrimus, fertilissimus & commodissimus ad negotiations & res bellicas. vid. Hippolyt. à collib. de increment. urb. cap. 2. 3. 4. Boter. de increment. urbium. Aristoteles ad securitatem & ad abundantiam rerum necessiarum uilius putat, urbem & regionē maris communionem habere. Requirit quoq; Aristoteles, ut aquis & fontibus abundet, & aëre habeat salubrē. Nam aqua & aëris sunt elementa necessaria in vita sociali, & plurimum ad valetudinem faciunt.

Salubris locus cognoscitur, si excelsus, & non nubilosus, pruinosus, non spectans ad meridiem, aut occidentem; loca quæ occidentem spectant, sole exorto tepescunt, meridie calent, vespere fercent, quæ mutatio noxia. Ad orientem convergunt urbes salubres. Septentrionalis plaga non recipit mutationes noxias, & corpora diutius servat.

Urbem

Vrbem autem primum adificasse legitur Cainus ob metum & trahi-
dationem ad suis defensionem & securitatem contra hostes. Genes.c.4.17.
Cicer lib.3. offic eti, ait, duce naturâ, homines congregabantur, tamen pro
custodia rerum suarum, urbium praesidia querebant. urbes ergo condidit,
ut eßen: praesidium adversus vim, injurias & metum. Gen.c.4.17.c.11.
2.3. & seqq Zlinger. lib.2.8. sic. quaten. urbes condunt, transferunt.
contrah diruntur.

Vrbis quandoque habet etiam suburbium & pomærium.

Suburbium sunt continentia adficia extra, vel juxta ut-
bem, vel murum posita. l.2. de verb. sign. l.139. & l.147. l.89. dist.
sic. l.1. de offic. praefect. urb. 1. Chron.c.5. 16. & seqq.

Pomærium est spaciū agri incultū, intra muros. vid. Gre-
gor. Telos lib.2.c.4 de Repub.

Universitas ciuium, in urbe eadem habitantium, codicē
communícations & imperij iure contenta, vocatur civitas,
quasi ciuium unitas. & ciuius universitatis hujus, seu civitatis,
qui sunt participes illius. 1. Theſſal.c.2.14.15. Ephes.c.2.18.19.
quibus contrarii sunt peregrini, extranei & πόλιδες, qui jus ci-
vitatis non habent.

Præfectus, seu superior civitatis est, procurator & magister
ciuium, cùm mandato generali, ab universitate constitutus, in
singulos, non universos, autoritatē & potestatē habens, qui di-
citur plerisq; in locis consul, cui consiliarii adjuncti sunt ad-
fessores & senatores pro talute civitatis cōſilia dantes, ita ut de-
cretis horū legitimis, ciuius singuli & universi parere tenentur.

Aud. judæi principes ciuitatis plures fuſſe conflat, nimirum tribunos,
centurionis, quinquagenarios & decuriones, uti supra diximus. de quo-
rum munere scribit Sagonius lib.7. cap.7 de Repub Iudeor.

Reliqui ciuii sunt inferiores, obsequentes.

Præfectus ille ciuitatis, prætes & princeps senatus dicitur. est
que aliquando unus, & quandoque plures, duo, tres, vel qua-
tuor, pro ciuitatis cuiusque amplitudine, & negotiorum mul-
titudine, qui per vices officio suo funguntur.

Officium principis senatus, seu consulis, consistit in potestate
convocandi & habendi senatum: in potestate referendi ad eum,
negotiaque proponendi: in jure rogandi, seu colligendi singu-
lorum senatorum sententias: in potestate custodiendi sigil-
lum, claves urbis, resignandi literas aliundè ad senatum missas,
recipiendi libellos supplices, respoudendi nomine collegij:
& denique in potestate executionem conclusorum alii de-
mandandi, & dimittendi senatum, ut sup. de principe collegij dixi-
mus.

Senatores sunt, qui habent jus dicendi sententiam in senatu
de illis, quæ fuerunt à principe senatus proposita, & de quibus
sunt rogati.

Senatores ejusmodi eliguntur à collegio senatus, vel à certis
electoribus ab universitate constitutis.

Eliguntur verò in quibusdam civitatibus senatorés & con-
sules dupli numero, ut princeps, vel comes provinciarum ex his
certos eligat & confirmet. In quibusdam verò civitatibus ab-
soluta electio est penes collegium universitatis, vel collegia
artificum, vel penes certos quosdā à singulis civitatis collegijs
ad hunc actum deputatos.

Hi senatorēs numero sunt pauciores, vel plures, pro nego-
tiorum multitudine & civitatis amplitudine, qui constituunt
collegium senatorum, consistorium, vel concilium consulū
& senatorū, quod senatum usitatē vocamus. vid. Bedin. lib. 3.
cap. i.

Senatores hi sunt ordinarij, vel extraordinarij.

Ordinarij sunt, qui statim & condicis temporibus de omni-
bus incidentibus propositis Reipub. negotijs statuunt & de-
cernunt.

Extraordinarij sunt, qui in arduis negotijs & causis Reipub.
vocari consilio suo juvant ordinarios, & cum iis decernendi
et que statuendi potestatem habent.

Extraordinarij hi vocantur sapientijs variis. Plerumque
ā numero

à numero centumviri, quinquaginta, quadraginta, triginta, viginti quatuorviri, & sic deinceps.

Aliquando etiam in negotijs gravissimis singulorum collegiorum universitatis, seu civitatis suffragia adhibentur, vel singularum ceterarum, tribuum, vel classium, in quas civitas est distributa.

Forma & modus decernendi & statuendi in consistorio & collegio senatus, consistit in plurium senatorum, vel collegarum sententia & suffragio collegialiter rogatis & collectis, de iis caussis, quæ ad senatum pertinent.

Nam senatores singuli à consule, seu p̄sido, post propositionem rogati, suffragia sua dare proposita, co ordine, quo integrantur, proferunt, ita ut etiam dissentendi libertas & facultas detur. An seniores vel juniores, vel promiscue senatores sententias dicere debeant, disputat Cacheran. proem. decis. num. II. Tresaurus decis. I. num. I. Afflit. decis. Neapol. I. num. 6.

Post singulorum senatorum suffragia data consul, p̄inceps senatus, suffragia affirmantia & negantia, si quæ sunt, enuntiat, & ex iis concludit: vel etiā, si causa gravitas requirat, & numerus maior à recto diffidere videatur, paucorum dissentientium vota & suffragia examinare & ponderare juber, & causam de novo discepare, & post alteram disceptationem & examinationem singulorum sententias rursus colligit, & ex plurimum suffragijs consentientibus concludit. Huic conclusioni, pauciores dissentientes se submittere tenentur, ita, ut consensio hæc maioris partis, pro totius senatus & consistorij sententia pronuncietur & habeatur. I. quod major. I. 9. ad municip. l. 3. l. 4. quod existetque universit. non l. 3. de decreto ab ord. fac. l. 4. 5. C. de Decurso. l. 1. 60. ad. 5. l. de reg. sur. & eosam universitatem obstringat. Nam quæ fiunt à pluribus, ut ab omnib. & universit. in his majoris partis consensu sufficit. Contrà, quæ fiunt à plurib. ut à singulis, in his non sufficit majoris partis consensus, sed singulorum voluntas requiritur. l. 7. in fin. de pat. l. 1. C. quæ bon. ced. poss. & quod singulos tangit, id estiam à singulis approbat.

debet, cap. quod omnes. 29. de regul. iur. in 6. Bodin. lib. 3. cap. 7. de Republ.

Apud Romanos oīm princeps senatus dicebatur qui per censores, per acto censu, in lectioне primo loco recitabatur qui diuersus erat ab iis principib⁹ aut prefectis senatus, de quibus iam diximus.

Erant quoque senatores patricij maiorum et minorum gentium, & patres conscripti, pedarii senatores. vid. Rosin. lib. 7. antiquitatum cap. 5.

Legitimus senatus Romanis erat, qui lege vel more, certis diebus habebatur.

Indi fuit senatus, qui reliquis diebus, quibus legitimus senatus non habebatur, cogebatur.

Ante ortum nerd, vel post occasum sois, senatus consultum non fiebat.

Senatus consultum fiebat per discessiōnem, aut per sententias singulorum exquisitorum. de qua re Latius vid. Rosin. d. lib. 7. antiquit. cap. 7.

Cum sonator romanus sententiam dicere vollet, aſurgebat, sicutque dicebat de quacunque re volebat, & quādiu placebat ipſi. Geill lib. 4. c. 10. Paul. Manus de Senat. Rom.

Non fiebat senatus consultum. 1. quando legitimus senatorum numerus non aderet. 2. cum dies tolleretur et sol occumberet, ut iam dictum. 3. Cum quis tribunorum plebis incederet, & deliberandi tempus perderet.

Apud Romanos senatus etiam diuersis temporibus, variam habuit potestatem, ut docet Rosin. d. lib. 7. antiqui. Rom. c. 6.

Hodie in plerisque locis tantam lenatus habet potestatem, quantam ex privilegijs, vel à superiori tuò Domino, vel ab univeritate, à qua est constitutus, a. c. pit: quæ in quibusdam locis major, in quibusdam minor est.

Vrbes autem extiuntur, & incrementa recipiunt varias ob causas, quarum præcipue sunt sequentes, quas ex Botero & Hippolyto referam. I. Necesitas, quæ homines impelluntur adi-

adficare urbes, quibus se contra vim & injuriam, pericula ali-
aque incommoda facilius & comodius defendere possint
familiam suam, uxores, liberos, cognatos, bona sarta tecta
conseruare & tueri. Quas ob causas urbes adficarunt in locis inac-
cessis, montosis, asperis, aquosis, palustribus, & alijs natura munitis lo-
cis, uti exemplis probat Boetius lib. 1. c. 2. de increm. urbium. Hinc fit,
ut ubi defensionem ad eiusmodi urbes multi confugiant, praesertim quando
commoditas commerciorum accedit, ut hodie accidit in Anglia, quod se Bel-
ge et alii recipiunt. item in Hollandia, Selandia, & apud Vene-
tios, Embdanos, & alios.

II. Destructio vicinarum civitatum addit vicinis incrementum. Hoc modo Romani miris modis Romanam ampliarunt eversione
Alba, Cornicoli, Pomptie & Vejorum.

III. Adlumptio aliorum in jus Civitatis, quam Romulus ad angondam Romanum usus legitur, & hodie Turca.

IV. Loci amoenitas & jucunditas commoditatis natura, vel arte parata pelicit & inducit homines ad consociationem. Naturalis com noditas, jucunditas nimirum, aëris salubri-
tas, vallorum amoenitas, sylvarum opacitas, venandi facultas,
fontes & aquæ salubres, artificialis loci oportunitas, uti pla-
teæ elegantes civitatis & splendidæ, theatra, stadia, templo, ædi-
ficia magnifica, pontes, therinæ, armamentaria, pyramides,
arcus triumphales, vel statuæ plurimum homines alliciunt.

Hæc quondam ampla fuerint; Babylon, Aedenæ, Carthago, Roma
antiquæ ante Gothorum & Vandorum tempora, Alexandria Egyp-
ti, Antiochia, Syria, Samomenbis, Seleucia ad Tigris, Syracu-
sa, &c plures abie; atque nunc Roma & Venetia, que duo civita-
tes sub mirabili & incredibili magnificientiam & splendorum ad se ho-
mines alliciunt, & paci stupidos cum admiratione detinent. Neapolis,
Lusitania, Florentia.

V. Utilitas, quam homines ex loco capere possunt, &
commoditas, quam locus præbet. Hac inserviant omnes causas eff.

efficacissima ad incrementum & amplificationem urbium. Consistit vero
hac utilitas in loci commoditate, fertilitate, accessu facilitate.

Commoditas loci est, qua ob urbis situm, plurimi con-
guntur uti loco illo ob commercia varia, rerum importatio-
nem, vel exportationem, ita ut quasi sit locus intermedius, quod
ab omnibus iulis lateribus & vicinis ob commercia frequen-
tandis est; unde undique circum quaque comoda & vicinia
percipit, quorum quasi penus de commerciorum cornucopia,
promptuarium & receptaculum est. Talem sunt Venetie, Genua,
Olyssipona, Lugdunum ad Rodam & Aaris confluens, Antwerpia,
Amsteloredanum, Emda, Argentina, Colonia, Francofurtum, Norim-
berge, Augusta, Geneva, & aliae plures.

Loci fertilitas dicitur, qua viri necessaria subsidia, vi etus &
aniectus abunde haberi possunt ad incolas alendos & suspen-
tandos, & vicinos.

Vnde ampla sit urbi, que omnibus necessariis rebus abundat, & minus
opus habet aliorum suos fiducia & auxilio, sed alijs eis abundantia sua com-
munitare posset.

Commoditas accessus, importationis & exportationis tam
terrâ quam mari, aut flumine est, quam res quilibet & bona ad
vitam socialem civilem-necessaria, navigijs, curribus, equis,
jumentis &c alijs sine magnis sumptibus haberi & importari,
vel exportari possint. Hac excellunt urbes Flandria, Brabantia,
Hollandia, Zelandia, Frisia, inter quas Embdam: item Brema,
Hamburgum, Lubeca, Gedanum, Riga, Braunschweig, Norimberga, Au-
gusta, Colonia, Agripina, Argentoratum, Basilia, Francofurtum in
Germania, aliisque in alijs regimib. Vnde magna diuinae congerunt.

VI. Asylum & refugium apertum & constitutum, quo Ro-
manis Romam amplius sic. Hodie utus, seu liberum exercitium re-
ligionis porro, ubi quisdam validè ampliarunt, ut Genova, Fran-
cotaliam, Vesalam, Embdam, Bremam, Quo etiam interviunt ludi
publici, triumphi, spectacula, actiones Comediarum, trag-
diarum & similia alia.

Schola

VII. Scola & Academiae celeberrimae bonarum literarum, in omnibus facultatibus. Hinc Marpurgum celebre, Heidelbergam, Basiliam, Tigurum, Bernam, Genavam, Herbornam, & alia plures in alijs regnis celeberrima sunt redditae.

VIII. Tribunal, seu consistorium supremum regionis. ut in Germania est Spira.

IX. Nundinae soleane, panegyricæ cum privilegijs & immunitatibus, quo per se etiam ad se homines alliciunt. uti Francofurtenses, Argentinos, Lipsenses, & alii.

X. Commercia varia eorum rerum, quæ in loco urbis reprenuntur, vel illuc adferuntur, ut bode est Olyssippone Portugalie, Amstelodamum, Emida, Gedanum, Francofursum, Argentoratum, Norimberga, Colonia, & alia complures.

XI. Sedes & domicilium summi magistratus. Ibi enim vivunt cuncti, consiliarij, ministri principis, Illue venient legati aliorum: ibi metuenda erit ardua negotia, ibi distribuuntur manera & officia, illuc omnes redditus regionis transferuntur. Ita autem Constantinopolis, Loretia, Prague, Neapolis, Cracovia, Hispalis, Cairum, & olim Nini ve, Memphis, Alexandria, Antiochia, Babilonia, &c.

CAPUT VI.

De civitatis speciebus & civium communicatione.

DE confociatione civitatis, cuiusq; causis id est: sequitur de speciebus civitatis, & communicatione civium.

Civitas igitur, de qua praecedenti capite diximus, est metropolis, vel alia civitas l. & si duas s. est autem. do decus. tunc. 2. Sam. c. 20. 19.

Metropolis dicitur mater resquarum civitatum, & qua coloniz deducuntur, vel que præcipua est inter alias civitates, aquibus observatur tanquam mater, & à qua alia, tanquam filia, reguntur & defensuntur. Greg. lib. 2. c. 1. n. 9. Est ergo nondic hic metropolis civitas magna, populoſa. Inde c. 1. 27. 8. 2.

ad Patr. Martir. a. Jane. c. 23. 19. Nebuch. 7. 9. c. 13. 1. 9. Caput reliquarum civitatum. Eze. c. 17. 2. 9. Namc. 21. 2. 5. 22. ubi in Hebreo oppida dicuntur sicut Iudic. c. 11. 16. 27. & 1. Chro. c. 5. 16. 2. Chro. c. 1. 1. 19. 20. c. 28. 18. 19. 20. ad cuius exemplum cetera ci-virates & oppida regni se se conformant ob eiusdem amplius ruidinem, frequentiam, sedem, officinam & domicilium reli-gionis & iustitiae, templum pietatis & iuris, quæ reliquis regni ci-viratibus facem religionis & iustitiae præfert, & tanquam in colle & edito loco spectandam omnibus proponit. 2. Sam. a. 2. 18. 19. Mass. c. 5. 14. 15. & viros pietate doctrina & vita præ-stantissimos, quos alij consulere possint in causis dubijs & perplexis, alit. Dom. c. 17. 8. 9. & c. 12. 2. 5. 7.

Metropolis igitur continet summum religionis sacrarium & sedes summorum tribunalis in prouincia.

Metropolis eiusmodi solet reliquas minores urbes con-neccere, sicuti in corpore humano est unicum duntaxat mem-brum, caput, quo cum reliqua membra connexa coheret. vid. c. Clericos, 2. de Cunctis c. 2. scitore 6. q. 3. I. si eadem de off. affessor. lo-mie c. de metropol. Berich. lib. 11. rit. 21. Mœnibus alijsq; munitio-nibus & propugnaculis eiusmodi metropolim ornaram esse utile est. 1. Reg. c. 4. P. Gregor. lib. 2. c. 1. nn. 6. 8. 9. de Rep. Domo. lib. 4. c. 2. polit. cor.

Quod autem populosior haec & maior, et quandoque est fel-i-cior & tunc adversus vim externam maiorem, & ad sumpus faciendos. Prove. 14. 28. 1. Reg. c. 3. 7. 8. 9. quamvis non ita fa-cile regi & inter plures concordia, utraq; & utraq; servari posset? Amplius Ninive, qua triam diem iter habuit. Ios. c. 3. & Babylon, Roma, & hodie Lazetia, Gaudium, Praga.

Purarem pro ratione loci & fertilitate circumiacentis agri, in quo sita est civitas & commerciorum usu mari-timo, vel terrestri, magni & populosam, vel minorem esse posse.

posse.

Civitatem, quae sunt incolis deserte, facile evertantur. Quae sunt sive in locis, vel per se infecundis, vel quibus nihil exasperatus inveni potest, ex si validè populosse fiat, statim exhauriuntur, & fatiscunt, sitq; in iis summa rerum otonium caritas & inopia, quod tantam hominum multitudinem, velut onus in otonium & impar ferre atque alere nequeant. *Art. Cor. lib. 7. politie. c. 4. c. 17. Dama. lib. 2. cap. 2. politie.*

Metropolis maximæ autoritatis sit, quando in ea constituitur præcipuum pietatis sacrarium, summum tribunal iuris & justitiz, & honoratissima majestatis regia sedes. *qua tria Hierusalem habuit psalm. 122. & 132. & Roma, Constantinopolis, Luxuria & aliae.*

Metropolis Iudee, pro tribub. 12. & provincijs populoissimis, primæ erat Silo in ea regione, que dicta est posse ea ex metropoli sua Samaria. *Iosu. c. 2. y. 1. s. c. 20. Iudic. c. 22. 1. 2. & 8. Ierem. cap. 7. quæ posseta mundata, electa est urbs Hierusalem. 2 Chron. c. 6. 56. 2. Reg. c. 21. 7. 8. ibi. In domo hac est Ieroschalamis, qua elegi pra omnibus locis tribum Israëlis, collocabo nomen meum. Psalm. 122. v. 3. Ieroschalamis opusim construta civitas, que plenè coagmentata est, inter se pariter. 4. Quæ ascendunt tribus, tribus Iacob ad testimonia Israëlicarum, ut celebrent nomen Iebova. 5. Quia ibi considunt throni domus Davidis, & vers. seqq. & Psalm. 87. 2. Diligit Iebova portas Tz yonis supra quam uilla ciberaacula Iacobi 3. Honorificissima sunt quæcunque prædicantibus eo, & Cœli at DEI summe honorifica & vers. seqq. & Psalm. 78. v. 67. 68. Deut. c. 17. 8 si occulta tibi erit res in iudicio, & c. tunc surgens, ejcendas ad locum, quem elegerit Iebova Deus tuus. 9. 10. 11. 12. Sam. c. 5. 9. 1. Chron. c. 11. 8. Deut. c. 12. 5 in loco quem elegerit DEVS restet de omnibus tribibus vestris ad collocandum nomen suum ibi & cap. 6. 7. 11. 8. 14. 18. 20. 25. Amos. cap. 7. cap. 8. Ierem. cap. 3. vers. 10. 11. 12. & seqq. Siger. lib. 1. de Repub. Hebraor. cap. ult.*

Metropolis in imperio Romano ante gyannidem ponifi-

ciam & tenebras inductas erat Roma, & post quoque Constantinopolis;
In regione Attica Athina; in Boeotia Theba; in Peloponneso Sparta,
Argos, Corinthus; in Chaldaea Babylon, in Assyria Ninus, aut Nineve,
in Africa Carthago & alio alibi vid. Zwing. Theat. vol. 28. lib 2.

Metropolis cursum ita simpliciter dicitur, vel Regia, in
qua scilicet frequentius Rex, seu summus Magistratus suum do-
miciolum habitationem nunc deligit, Ibi enim Magistratus persona,
ad quam subditis confluunt, & opulenta regalis, & virorum praeferentia-
rum, et que aulicorum consortium, & ad regia locum illius triorem &
splendidorem reddunt. 1. Reg. c. 7. 1. 2. & seqq. c. 10 per tot.

Eiusmodi regia metropolis consultius constituitur in me-
dia regione seu regno, ut facilis undique sit ad magistra-
tum accessio, quam alio in loco, nisi ad fines natura loci mu-
nitionem juvet. Pet. Greg. lib. 2. c. 1. nu. 10. 11. 12. De domo & ba-
bitatione Samuelis. 1. Sam. c. 7. 1. 5. 16. 17.

Aliæ Civitates pendentes à metropoli sunt, quæ imitantur
illius gubernationem & iura civitatis, quæ filiæ metropolis,
ut dixi, vocantur.

Colonia dicitur, quæ ex civitate nimis populosa exoneran-
dæ ipsius causa est educta, & à civibus ejus condita.

Regio, seu Provincia est, quæ complexu suo vicinas plures
civitates, oppida & pagos continet, & peculiaribus suis legibus
privilegijs & iuribus utitur in quibusdam, quæ nvis communi
quodam vinculo imperii, aut societatis cum regionibus, aut
provincijs civitatibusve alijs conjuncta sit. de qua in cap. se-
quenti.

Communicatio civium eiusdem universitatis inter se invi-
cem ad aedificias & ciuitates, & operum, operatum iuri, &
concordie mutuæ, unde politiua, & ius civitatis symbioti-
cum existit, & civitatis ius, dicitur.

Nam us homo μηρός τοιούς dicitur sive civitas Repub. parva, sed regi-
num aliquod, in quo negotia communia ad civitatem pertinentia, solle-
fent modo, quo in regno de provincia aguntur, & tractantur.

Hic

Hic igitur primum de communicatione hac, & deinde de administratione huius communicationis est dicendum.

Communicatione rerum inter membra & cives, ejusdem universitatis, oppidi, pagi facit, ut res communicata, ex communione omnium & singulorum consensu & pacto, usibus universitatis deposita inserviat, eo modo, ratione & forma, quibus inter membra & cives convenerit & constitutum est. Atque talis communicatio rerum meritorum civitatis nervus dicitur. L. 1. 4. in causa de questionib. Novell. 32. Leon. & Novell. Iustin. 149. Zwing. vol. 28. lib. 2. hic refers legum communicationem, habitationis, opum χρήσιμης επίσης, honorum communicationem & magistracionem.

Constitui vero, & fieri solet talis rerum collatarum, vel adquisitarum communicatio duobus modis. Vno, ut res communicata usui singulorum civium patere & inservire possit: Altero vero, non ut singulorum, sed universorum utilitati & necessitati inserviat.

Prioris generis sunt res, quae usu, vel usufructu suo singulis membris & civibus ejusdem universitatis inserviunt, arguē ad usum politicum, vel divinum sunt destinatae.

Tales etiam sunt praefecti urbis: praefecti operibus urbis publicis & privatis: curatores viarum & itinerarii publicorum, portuum, mutorum, i. Chron. c. 23. 3. et c. 26. c. 27. provisores & curatores publicas sanitatis & munditiae, et similes.

Tales sunt quoque coactores, collectores, seu questores, qui redditus publicos cogunt, eisque in sumptus publicos distribuunt & erogant: Item custodes urbis, judices, senatores, consiliarii, syndici, censores, & plures alii. Arque hi omnes constituti sunt cum imperio & jurisdictione aliqua: vel sine potestate & imperio, sed tamen cum dignitate & honore. *ut diximus*

De censorum insigni utilitate, parva ex Bodino huc referam. Hi enim, non solum publice rerum custodiam, sed etiam morum castigationem obtinente, sibi commissam, qui omnibus civibus se ipsos, quasi normam bene temperat, et quae vivendi et ad incunendum etiam atandum præbere debent, omniumque mores ad virtutem et verum doens conformare, quo nihil admirabilius in illa civitate fieri posse est. Accidit Bodin. lib. 6. cap. 1. de republ. Nam uti quisque flagitiisam vitam dicit, ita in tabulis publicis notatur, ut eam notam ipsi judicis formidabiliorem boni civis arbitrarentur. Hac morum consurra neglecta, mores civium corrupti, et civitatem labefactari solere experientia testatur, ut corpora, que medicinae vacuandis humoribus necessarias omiserunt. Non tamen publicorum, aut privatorum crimina cognitionem suscipiebant censores. Hac enim magistratus doctriis ac sententijs finiebantur: sed omnis animadversio eorum vitorum erat, que nec legibus neque magistratum judicij, vindicabat, et in notam magis, quam judicatione confitebat, et ingomini innotare, non infamiam adforebat. Quangquam nec magistratus illi tam accurate scelera ulciscuntur, quin maxima pars publicam delictorum animadversionem, ut leges ita pertrumpat, ut bestie maiores araneorum colas subtiliter, quibus exiguae matras irretire videamus. Quis est, inquit, Seneca, qui se proficitur legibus omnibus innocentem? ut hoc ita sit, quam angusta est innocens ad legem bonum esse. Quanto latius

pater officiorum, quam juris regula, quam multa pietas, humilitas, liberalitas, justitia, fides exigunt, quae exētra tabulas publicas sunt. Hinc Bodinus laudes censura describit, quod sit civitatum gubernatrix, virorum omnium effectrix, bonorum civium procreatrix, improborum expultrix. Hec enim non modo flagitorum & improbitatum robustiorum radices circumcidere, verum etiam vitiorum fibras evellere, stirpes elidere, semina extinguere sola posse videtur. Apud Romanos autem, cuius nomen ab apparitore, aut accenso nomina citante, preteritum, vel omissum erat, bunc certum erat ex albo senatorum inductum esse à censoribus. vid. Bodin. li. 6. c. 1. in fin. & Lipsium, li. 4. c. 11. in med. poliz. Da. li. 6. c. 4. in fine. H odiē, ibidem ait Bodinus, qui in morum censurā collegio sacro & verbi ministris, seu presbyterio non obtemperat, hinc sacris interdicitur. Interdictiones aspernanzem religionis procurator apud judicem persequitur, & reum agit impietatis. iudicata. Matth. c. 18,

Apud Iudeos tales censores fuissent amicos & prophetas regis, quos vocabant, *Excellentes Danæus*, quos gravissimos, sanctissimos & liberrimos vita regis, & omnium civium censores fuissent arbitratur. 2. Samuel. cap. 12. ubi Samuel totius populi mores corruptos reprehendit. & Esaiæ c. 1. Hierem. c. 1. Ejusmodi censores per Esdram. Esdr. cap. 10. in populo Iudaico constituti leguntur, Ionathan filius Asaeb, Lebasia filius Tekua, Mesallam & Sachei Levite. Putant enim interpres quidam, id officium non temporarium, sed perpetuum fuisse. Grati habuerunt suos sacerdotestas, qui moribus juventum erant præferti: habuerunt quoq; Gynacocosmos, qui in parum modestas mulieres animadvercebant. Lacedemonij habuerunt Ephoros, ipsorum regum censores: Atheniensis suos Thesmophoras, domi morum inspectores, foris illos, quos nominabant episcopos. Romani nullo tempore geminis censoribus caruerunt.

Sunt etiam alii censores, qui certo rerum, hominum & singularum mercium generi inspiciendo præficiuntur, uti sunt ædiles rerum venalium, curatores viarum publicarum, paedonomi puerorum, artificiorum inspectores, & plures alii,

alii, quorum usus ad commercia necessarius, & per quam publicè utilis.

Ecclesiasticum munus est, quo negotia ad salutis nostræ, & bonarum artium cognitionem pertinentia, administrantur.

Hic munus quidem est ecclesiasticum, at illius ordinatio & confirmatio politica.

Ecclesiastica munera varia & diversa sunt, prout cui usque politiæ ecclesiarum utilitas & ædificatio postulat. 2. Reg. c. 17. 26. & seqq. 1. Chron. c. 18. 14. & seqq. c. 23. & seqq. 1. Chro. c. 26. 32. c. 18. 14. 2. Sam. c. 8. 15. & seqq. c. 9. 2. Chron. c. 17. 7. & seqq. & c. 19. 1. Ejd. c. 7. pæne loco minatur propheta futurum, quando Rep. bisecca caricata est. 2. Chron. c. 15.

Horum etiam gradus esse soleant. Sunt enim quidam pastores, quidam doctores, quidam prophetæ, quidam presbyteri, quidam Diaconi. Rom. c. 12. Ephes. c. 4. 1. Corinth. c. 9. 7. 10. & c. 12. & pasim. alibi vide Bened. Aretium. in problem. com. 2. loco. 62. Zepper. lib. 2. c. 1. de polit. ecclesiastica. Hadrian. Saraviam. de divers. gradib. minic. & evangelij.

In veteri testamento erant summus pontifex & sacerdotes, Levites, cantores, ianitores, qui in 2. 4. classes erant distributi, 1. Chron. c. 24. & seqq. Ex his usq; ad annum 20. fuerunt theorici, à quo tempore usque ad annum 30. fuerunt intermedij, occupati secundis officijs & ministerijs: ab anno 30. vero ipso officio principali suo fungobantur. Num. c. 4. 3. &c. 8. 24. 1. Chron. c. 24. 4. 5. 26. ubi lun. & post annum 50. rude donabuntur, & reliquorum juniorum se inspectores & informatores pretabant. Num. c. 8. 25. & seqq. 1. Chron. c. 24. 26. & seqq.

Hisce DEVS ex ea ordinaria vocatione, sèpè adiunxit prophetas, reformatores religionis & morum, quorum quidam ornati erant dono miraculorum edendorum, vid. Sigon. lib. 5. c. 9. de Rep. Ind. addi Pet. Greg. lib. 15. c. 1. & seqq. ubi de juventutis infuscione. Porro de munere

et officia personarum ecclesiasticarum, ministrorum pastorum et ministrorum ecclesie, doctorum, inspectorum, economistorum honorum ecclesiasticorum, tradens Theologi et lege Zepperti lib. 2. politie ecclesie Aret. in proposito. tom. 2. loco 62. De personis ecclesiasticis in politica iudaica late Sington. li. 5. de Repub. Hebre. In Papatu hodie ordines ecclesiastici, secundum munera imposita numerantur: Papa, seu Pontifex Romanus, Patriarchae, Cardinales, Archiepiscopi, Presbyteri, Diaconi, Subdiaconi, Acoluthi, exorcista, eccores, psalmista, decani, parabolani. Omnes monachos, & infinitamque liquorum ecclesiasticorum papisticorum turbam in uilem, de qua Aret. id. loco. 62. lisd. li. 7. c. de clericis. Pet. Gregor. lib. 5. Syntag. c. 3. & seqq. & alij, imprimis Pacianus lib. 2. c. 26. 27. c. 28. & seqq. de probat Chassan. in libro de gloria mundi. Atque tales triam jurisdictionis & potestatis secularis capaces esse pontificis docent, sed contra scripturam, ut videre licet Matth. c. 20. 25. Luc. c. 22. 25. argum. Rom. c. 1. vs. 1. Pet. c. 5. Iohann. c. 3. Iohannes. 18. 3. 5. Luc. c. 12. 14. 2. Timoth. c. 2. 4. vid. Paulum ad Romanos. c. 13. in dubijs. adde his 1. Pet. c. 5. 1. Cor. c. 12. 12. 28. 29. exempla extraordinaria vide in Zobio, Davide, Samuele et aliis.

De Philosophis, Medicis, 1^{er} & Theologis. vid. Pet. Greg. Lib. 17. c. 5. c. 6. c. 7. & seqq. de Rep. et lib. 18. et seqq. de repub. et lib. 1. 8. c. 1. & seqq. In his requiruntur d' Erina, mores et diligentia Doctrina sit sana, et sufficiens, et utilis. Mores emendati, probi, exemplares. Et diligentia fidelis et accurata vid. Pet. Greg. lib. 18. c. 2. adde locum. C. de profess. in urb. Constant. Luc. 24. 19. 1. Timor. c. 1. 3. & seqq.

Ecclesiasticis ergit res recte ad uniuscunq; professores, doctores et magistri studiorum, philosophi, medici, praefides, et rectores scholarum, rhetores, grammatici, et similes.

Munus militare est, quod gerimus in militia armata, tempore belli. Vnde milites, qui pro varietate loci, regionis & bellicissimis. Alii pedes, alii equites, alii clavigi, alii terrestres: Alii magistri & prepositi militum, veluti Imperator, Dux, praefecti legionum, praefecti cohortium, praefecti alarum, Tribunus legiorum, tribunus cohortium scholarum, vexillationum.

Item

Centuriones, quæstores exercitus, judices militares. Alij contra præpositis subjecti. Militum quidam etiam ex territorio Rcp. & subditis, quidam ex peregrinis sunt collecti & conscripti, vel ex confederatis. Quidam tyrones, quidam veterani, quidam stationarii, præsidarij, quidam in procinctu.

Humile officium, seu munus est, quo corpus hominis & vita illius sustentatur, iuvatur & exercetur; seu quod honorificorum aliqui interservit. Fieri enim non facile flet, ut parvus & rufibus rebus occupati sublimes et generosos spiritus concipiatur. arg. Pr v.c. 26. 1. 2. & seqq. & vici, in natura non fert, ut præclaris & splendidis negotijs dedici animos pusilos habentes & abjectos. Sed tamen ideo bac officia parva non sunt contemnenda. Melch. Iun. lib. 1. polit. quest. 9. Nam in domo non tantum sunt vase aurea & argentea, sed etiam fistulae lignea, ut ait Apost. 2. Timoth. 2. & in edificatione templi Hierosolymitanæ lapides, ligna, camentum & alia res velis tam erant necessaria, quam aurum, argentum, & lapilli præiosi.

Eiusmodi officio funguntur cepstales, scribæ, tabularij, notarii, numerarij, ponderatores, crithologi, apparitores, legati, excadore, rutores, cutatores, tabelliones, mensores, excubitores, vigiles, persequatores, & plurimi alii in honorificis munitionibus constitutis ipservientes. vid. Siracid. c. 38. 36. & seqq. 1. Sam. c. 8. 12. & seqq. 1. Chron. c. 9 c. 8. & latissime in lib. 11. & 12. Codicis Iustiniiani.

Atque haecenus de primo iure a' reprobis: sequitur nuoc de reliquis de quibus breviter hic, quantum rei natura postular, agemus, latius vero, prout necesse est, infrat. 32. dicturi. Ex his igitur sunt, prout ordine sequuntur.

Distributio præmiorum est, qua illi, qui iustitiam hanc politicam coluerunt, varijs remunerationibus, præmij & honoribus afficiuntur.

Distributio pæparum est, quâ non præstantes hanc politicam iustitiam puniuntur varijs pænis.

Cura securitatis publicæ provincialis est, quâ symbiotela

provincię singulis & universis præstatur securitas & jus commensatus, seu salvi conductus, quod vocant, in toto provincię territorio eundi, commendandi & remeandi sine vita corporis, famæ, aut bonorum læsione, vel offensione.

Defensio contra vim & injuriam est, quâ vis, injuria, pericula, incommoda quævis, communibus viribus & opera provincialium, ab universis & singulis arcentur.

Collectatio & contributio est, quâ quilibet provinciæ symbioticus, ad necessitates & usus publicos provinciæ, pecuniam vel bona propria alia, profacultate & viribus suis communicat & contribuit.

Vlus. commerciorum est, quo mediis & modis licitis, & in provincia approbatis, in territorio illius inter symbioticos provinciales, ea subsidia, quæ ad vitam hanc alimenta & vestimenta necessaria sunt, communicantur.

Communicationis huius ratio duobus ferè mediis & modis perficitur, permutatione, seu conventione inter symbioticos negotiantes, & usu eiusdem ponderis, mensuræ, modii, unæve in provinciæ territorio approbatæ.

Monetæ usus est, in provincia recepti & approbati numismatis cōmunicatio, permutationibus & conventionibüs symbioticorum facta. Linguae eiusdem usus est, quo omnes symbiotici provinciales, in vita socialis usū, ad communicationem necessariorum & utilium, utuntur. Linguarum idiomata cuiusque ferè provincie singularia esse apparet ex Est c. 7.9.10. Iudic. c. 12.5.6. Actor. c. 2.6. &c seqq. Marc. c. 14.70. Nam Imperator potest guidem barbaris hominibus civitatem dare, vocabulis nominibusque barbaris non potest, sed illa, ab usu ciuium provincialium sumitur, qui mutari facile negatur. L. Labec. §. 1.2. de supel. legat.

Publica bona provinciæ sunt, quæ usibus illius publicis inserviunt, & in usus & necessitates eiusdem afferuntur & curantur. Hęc singula aut rapaces jura, quia in universa cōsociatiōe sunt pleniora & majora, ideo dę illis hęc parcus & ibi latius dicitur. vid. inf. c. seqq.

Cap.

CAPUT VIII.

De juris provincialis administratione.

De juris provincialis communione hucusque. Sequitur de illius administratione.

Administratio juris provincialis est, qua commodè & decenter iuris provincialis usus & praxis generalis & specialis ad salutem provincie dirigitur.

Vnde jus hoc prorsus est entatricum & syntagmaticum, spedans exprimam & euonomiam.

Administratio hæc est duplex. Una, quam membra provinciæ habent: Altera, quam caput & prelés provinciæ.

Membra provinciæ sunt ordinis illius & status, quos vocant, sive majora collegia, in quæ provincialis ratione suæ professionis, vocationis & functionis, ex vita instituta genere, & diversitate sunt distributi, ut in negotiis ecclesiasticis & civilibus quilibet status, seu ordo inter se generis homines de negotiatione & iure provincialium circa tamen jurisdictionis usus, patitionē & usum, sit sollicitus, Germanicè vocantur die Stende des Landeschafft. Caussa statuū horum ordinandorum est necessitas & utilitas provinciæ, ut declarat Iesu Christus Moysi: Exo. c. 18. n. 7. & seqq. Non enim unus potest sufficere, & patet esse administrandi publicis, si quis diversis, varijs & multiplicibus negotijs provincialijs iustitia pacem animis adsumat sibi ex quo libet hominum genere peritos, sapientes, & fortes viros. d. c. 18. Deut. c. 1. n. 13. & seqq. 2. Ciron. c. 19. Neque etiam omnia negotia publica provinciæ commende ab omnibus promiscue & indistincte tractari possunt. Sunt enim negotia quadam, que non possunt suâ naturâ trahari, nisi à peritis illorum negotiorum. Sed nec consilii in tanta variorum hominum vita, & secundis genere discrepantium diuersitate inter se convenire possunt. Enimque hac ratione etiam vestigiis quedam libertatis provincialibus reservâtur, dum omnes & singuli videt, sequentes ad curam rerum publicarum admitti: unde amur & beatitudinem ipsa.

cur a communis inter provincialis compliatur, dum omnes intelligunt, universorum & singulorum provincialium in quolibet vita genere curam exactam haberi, postulara eorundem de utilibus & necessarijs ad vitam socialēm procurandis, et incommodeis atq; noxijs avertēdis audiri, ijsq; remedium, imo & auxilia contra peccatores, vel publica tranquillitatis turbatores, parata esse.

Ondo, securatus provincie est sacer, vel civilis, seu secularis. Germanice der geistlich unde weltliche statut. Hi ordines cum suo praeside representant totam provinciam. Horum consilio omnia graviora aguntur. His talus Reip. commendata. Hi errantem praesidem provincie inveniunt, abutente in sua potestate corrigit, & seductores, adulatoresque praesidis sui puniunt.

Sacrum, vel ecclesiasticum ordinem representat piorum, doctorum atque gravissimorum quorundam ex collegijs ecclesiasticorum hominum provincie, communi consensu electorum & constitutorum collegium, cui inspectio & cura doctrinae, religionis & cultus divini, scholarum, bonorum ecclesiasticorum atque pauperum, imo omnium negotiorum ecclesiasticorum & vias & loca curia in tota provinciā est demandata. Vnde hi collegi ecclesiastici episcopi, vel inspectores rerum ecclesiasticarum provincie vocantur. ut dicuntur infra in specie apud nos sup. Germani vocant den Lehn Stande, scilicet ad docendum & enarrandum homines informandum & exsolendum destinatum est constitutum. Hoc enim ordinum in politia judica constituebat tribus Leviticis Dicibus, 10. Lib. 8. 15. c. 3. 1. 10. 1. Chron. c. 5. 2.

Caracterizationis & cultus divini holce inspectores obligati, ut inspiciant & inquirant, an doctrina de Deo & fakute nostra secundū & publico doceatur, & ea DE VS in tota provincia verē similitudine, secundum D. Et verbum liberē & publicē colatur ab omnibus, ne coerupere, idolatria, superstitiones, atheismus, heres, schismata orietallantur maturè, ne quid detrimenti religio puto quavis modo capiat.

Quia

DE IURIS PRO U. ADMINIST.

Quia vero ecclesiastici ordines provinciae hoc officium si-
bi demorbarunt, per terram provinciam commode & bene
obire & peragere non possunt sine auxilio & ministerio alio-
rum, ideo prius ipsorum cura erit, ut provinciam in paro-
cias suas distribuant, & ut quilibet paroecia suum habeat bene
constitutum presbyterium; *Tunc i. s. ibi confitimus oppidorum pre-
shyeres, quod haec quaque paroeciam repergenter, eiutque
ratoritate & iuris, in administratione speciali negotiorum ec-
clesiasticorum illius paroecie regatur.*

Paroecia hic nobis est, *vicini xylius*, aut plurimis pagorum,
aut oppidi, vel civitatis cui uideatur provinciae, ad exercitium cul-
tus divini publicum habendum conventus, & coparata ab alijs
in rebus spiritualibus communio. *I. Corinthus. 14. 23. 26.*

Presbyterium hoc est collegium gravium & piorum homi-
num, à paroecis electorum, quibus cura & administratio rerum
& negotiorum ecclesiasticorum paroecialium, à tota ipsius
ecclesia est commendata, ut candem representent, & commu-
nioni rerum spiritualium & temporalium, ad ædificationem &
conservationem ecclesie necessariarum, preser, satque in Do-
mino, sive dominationis in clerum usurpatione, *I. Pet. 5. 5.
Mat. 2. 20. Marc. 6. 20.* administret & procuret. *Tit. 8. 1. 5. 6. 7.*

Hoc presbyterium Paulus senatum vocat, Christus ecce-
siam appellat. *Actibus 18. 15.* quia totam ecclesiam repre-
sentat, cupit quae episcopate quædam hoc collegium habetur.
Dicitur etiam hoc praesesse & gubernare ecclesiam, *Rom. 6. 12.
8. 1. Corinthus. 6. 12. 28. 1. Timoth. 5. 17. Iudai in veteri testamento
nomine significante Synagogam nominabatur: bodie etiam Conf. Corinthus,
Senatusque ecclesiasticus appellatur.*

Presbyterium hoc, id est sebatus hoc ecclesiasticus, duobus
nomina in generibus conatur, nimirum pastoribus, seu mini-
steris verbi. *I. Timoth. 5. 17.* quibus ministeriam reconciliationis
est demandatum, *2. Corinthus 5. 18.* atque iis, quibus rerum
ecclesiasticarum administratio est, credito. Seorsim à verbi &

sacramentorum administratione, 1. Corint. c. 12. 28. Ephes. 4. 11. 12. ad compunctionem sanctorum ad opus ministerij, ad edificationem corporis Christi; qui presbyteri, & Diaconi in specie vocantur. Ador. c. 11. 30. c. 16. 4. 6. Phil. c. 1. 1. Ador. c. 6.

Pastores & ministri verbi in iis, quæ ad fidem in Christum excitandam & fovendam pertinent, in primis occupantur ad ministrantes verbum & sacramenta in coetu fidelium.

Presbyterio in specie cura eorum, quæ ad poenitentiam in fratribus exitandam instituta sunt, potissimum incumbit. Episc. ad Timoth.

Diaconi principiæ ea tractat, quæ caritatis propria sunt, Ad. c. 6. & ad bonorum ecclesiasticorum curam spectant.

Coniunctim vero et simul ministri, presbyteri & Diaconi, seu collegium & presbyterium totum tractat & curat ea, quæ ad communionem sanctorum parœciæ pertinent, quæ sunt: 1. de tuenda & promovenda doctrinæ coelestis veritate. 2. de vocatione ministrorum verbi. 3. de censura morum. 4. de scholis puerorum & juventutis. 5. de rituum & ceremoniarum honestate in Ecclesia Dei. 6. de ordine & iuræ. 7. de modo & tempore conventuum habendorum. 8. de precibus, concionibus & sacramentis ecclesiæ. 9. de testificatione relipiscentiæ, castigatione ad sanctimoniam & pacem persequendam, colendum & retinendum. Hebr. c. 12. 14. Eph. c. 4. 12. 10. de Diaconia & eleemosynarum administratione. 1. Timoth. cap. 3. Tit. c. 1. c. 2.

Sunt, orthodoxa, sincera & incorrupta doctrina de religione Christiana secundum præscriptum verbi Dei promovenda, & ad posteros propaganda est. Hic igitur ignari sunt erudiendi, & adversarii redarguendi, seductores, impostros, heretici, pertinaces & perniciosi in lucem protrahendi, arque magistrati indicandi, ac ab hoc expellendi. Visitatione quam dominica usurpandi, & singuli domatium instituendi, uti Apostolus fecisse legitur. Ador. c. 20. 20. Min-

Ministros verbi collegium hoc eligit & vocat cum approbatione ecclesiaz. *Acto. c. 1. 21. & seqq. 1. Timo. c. 4. 14. Tit. c. 1.* vitam vocati ministri probat & explorat ecclesia secundum qualitates & dona, quae Apostolus in ministro tali requirit. *Tit. c. 1. 1. Timoth. c. 3.* Itaque si post publicam proclamationem & designationem quis contra vocati ministri vitam quid habet, intra tempus praescriptum illud presbyterio indicate juberetur. Tacentes, vel non contradicentes huic vocationi & actioni, presbyterii habentur pro conscientibus. Doctrinam ministri examinat collegium seniorum, seu presbyterium secundum sanum verbi Dei senatum. Vocatus ita examinatus & approbatus toti ecclesiaz indicatur, ut vocationem & functionem ministri agnoscat. Quae est justa & legitima ministri vocati confirmatione & consecratio, quae ex externo signo impositionis manuum olim finiebatur. *1. Tim. 4. 14. Act. 16. 2. c. 14. 23, c. 6. 6. vide Franc. Jun. in libello de natura & administr. ecclesie Dei. Aret. probl. 63. & diffut. Saravia de diversis ministrorum Euangelij gradibus. Capit. 4. in fo. cap. 3. section. 15. & c. 4. sed. 12013. 14. ubi probant primitivam ecclesiam clericos elegisse ministros, eosque magistratui confirmandos obculisse, qui a presbyterio acta, rata & firma sua autoritate esse juberet.*

In censura morum & disciplina ad hoc collegium pertinente singuli presbyteri in doctrinam, mores & vitam honestam singulorum membrorum ecclesiaz inquirunt. *Math. c. 18. Acto. 20. 28.* atque aliū aliorum sunt episcopi, Christi nomocūdaxis, omnia sincera, cuā spiritu lenitatis & caritatis inter se facientes, quae ad singulorum emendationem & totius ecclesiaz bonum pertinere judicabunt, *Tit. c. 1. & seqq. & epistol ad Timotheum.* Itaque, quod professioni vita singulorum repondeat, & quod omnia scandalata preceverantur & tollantur, ne nomen Dei a pud alios ob malam vitam Christianorum male audiat, sed ut alii audientes nostram piam & honestam conversationem Deum laudent, & glorificant.

Censurahus vires in ministris ecclesiez eo usq; se extendunt,

dunt, ut collegium presbyterii etiam jus habeat eodem trans-
ferendi, mutandi & exauktorandi, si per se ecclesie esse videatur,
quavis id magistratui tribuat. *David Pareus in com. ad Roman.*
*c. 13. in dub. Exempl. vid. 1. Reg. c. 2. 27. 2. Corp. c. 19. 11. l. 3. C. de
sum. trin. & Novel. 123. c. 13. l. 3. l. 40 l. 47. 1. 48. C. de episc. & cler.
Novell. 6. c. 5. Nov. 131. c. 4. No. vel. 37.*

Scholarum, puerorum, & puerarum curam habet presby-
terium, ut scilicet pueri & pueræ in his intromittantur in rudi-
mentis & fundamentis pietatis, atque in disciplinis liberalibus.
Vnde scholæ vulgates & vernaculae, vet. sublima orcs, trivias
les, Academicæ. Institutis scholis, inspectione & visitatione
diligenti curat, ut preceptores, pedagogi officium diligenter
& fideliter faciant, atque discipuli in pietate & bonis literis
proficiant, & incrementa capiant, que ad scholas alias postea
fiant idonei, & tandem organa salutaria ecclesiæ & Rcpubl.
evadant. *De reliquo partibus presbyterij, eius quo functionibus confor-
mabili theologi, imprimis Iunius in libello de natura & administracione
ecclesiæ Dei. & Zepherus in libello de politia ecclastica, & Saravia de
divers. grad. migist. euang.*

Collegio hunc, seu presbyterio presenti ministri ecclesiæ
sacris precibus, bonis consiljis & salutarib. admonitionibus.
atq. *Aet. 1. 23. & seqq. Tit. c. 1. 5. Aet. c. 14. 23. 1. Timosib. c. 5. 22.
Calvin d. locis. proponunt, sententias symmissatum & presby-
terorum collegarum colligunt, pronunciant, & collegij nos-
mine interrogent, respondent, non fecus ac in collegijs secue-
laribus accidit. unde gubernatores dicti 1. Ti. c. 5.
12. in consultationibus & conclusione presbyterij, ex plurimis
sententias, sed verbo Dei congruis statuendam est. *Hab. c. 23. 2.
D. sc. c. 5. 31. 6. 12. 8. Zach. c. 12. Exod. c. 20. 13.* Hic igitur nequa-
quam suffragia sunt numeranda, sed ponderanda, atque ad
verbum Dei tanquam lydiu m. lapidem & normam examinan-
da.*

Sed hi verbis & ecclesiæ ministri præter curam & functiones
quam

quam cum reliquis presbyteris communem habent, *Matt. c. 18.* singularē & peculiarem suam functionem sustinēt & ob-
cunt in paroecia ecclesia, quae duabus partibus sc̄re explicat-
tur. 1. publica prædicatione, institutione & doctrina legis &
Evangelii, atque publicis precibus. *Act. c. 20. 20.* & *Act. c. 6. 4.*
nos vero in precibus & sermonis administratione perdurabimus. 1. *Tim. c. 5. 17.* 2. *Tim. c. 2. 15.* sacramentorum administratione &
dispensatione publica in ecclesia Dei. *Matt. c. 28. 19.* Quę mi-
nistrī hi facientes dicuntur gregem Dei sibi commissum sacrā
& sanā doctrinā palcare, & sigillis fidei confirmare. Vocant ve-
rō hōfce ministros ob officii sui partes demandatas, prophe-
tas. 1. *Corint. c. 4. 12.* episcopos. *Act. c. 20. 28.* *Philip. c. 1. 1.* in
verbo & doctrina laborantes. 1. *Timoth. c. 5. 17.* 1. *Tobit. c. 5. 12.*
quibus datus est ministerium reconciliacionis, sermo recon-
ciliationis, quique Christi logatione funguntur. 2. *Corinth. c. 5.*
18. 19. 20. mysteriorum Dei dispensatores 1. *Corin. c. 4. 1.* 1. *Tim.
c. 3. 16.* & *petrus cōrat.* 1. *Timoth. c. 3. 2.* doctores. *Hebr. c. 3. 17.* pa-
stores. *Ephes. c. 4. 11.* ministros. *Rom. c. 15. 16.* 4. *Corinth. c. 3. 5. c.
12. 28.* Atiquando etiam speculatores, plantatores, rigatores.
lux mundi, sal terræ, clavem scientie custodientes, vocantur,
aliisque honorificis titulis & elogiis honorantur & ornantur.

Curam & administrationem harum rerum & negotiorum
ecclesiasticorum non ad secularē magistratum, sed ad ecclie-
gium horum presbyterorum pertinere ex citalis scripti-
ture constat. quibus addo. *Act. c. 18. 14. 15. 16.* ubi *Gallio* voluit ju-
dicare de lege Dei, oīusque entra. Addo. *Dion. c. 17. 9.* & seqq. Nam reg-
num Dei non est de hoc mundo. *Ioh. c. 18.* Et aliis ministris edificatur &
conservatur. *Ephes. c. 1. c. 5.* 1. *Corint. c. 12.* alia quoq; forma & modo,
quam fiscaliter imperium regitur & administratur. *Matt. c. 9.* *Mark. c.
1.* *Iterem. c. 1.* nimis am gladio spirionali, verbo Dei. *Matt. c. 13.* Asq;
ut nulla potencia humana instituerit, sic nos dispensaverit, sed iustitiam est.
1. *Corinth. c. 15.*

Potrō utrum ministeri de obedientia erga illud omnibus &

singulis commendatur. Quæ distincta munera confundi non debent. Singula enim totum hominem requirunt. *Vide Zepper. de politia ecclesiastica lib. 3. c. 13. c. 14. & Zanch. in explicat. præcepti 4. loco. 5. Calvin. Junium & Aretium in citatis locis supra.*

Plures alicuius amplæ & populosæ civitatis, vel provinciæ parœciæ, earumque presbyteria, constituunt classem, seu corpus & convetum pluri marum ecclesiarum eiusdem civitatis, vel provinciæ, ad quem conventum graviores controversiæ, & quæstiōnes de doctrina & rebus ecclesiasticis incidentes decidendæ referuntur. *Abor. c. 15. 2. 3. 4. 5. 6. 7. et seqq.* Huic classi qui præest, Episcopus, seu inspecto[r] ecclesiarum eiusdem classis dicitur. Plurium classium inspectores cœepiscopi vocatur.

Eiusmodi classes, pro latitudine & magnitudine provinciæ & hominum multitudine, quandoque plures, quandoque pauciores sunt. Plurium classium præsides, & cœepiscopi constituant collegium ordinis ecclesiastici, quod diximus, cui qui præest, archiepiscopus vocatur, seu generalis superintendens provinciæ. Conventus autem omnium & singularum provinciæ classium constituit synodum provincialem.

Ut vero omnes classes, & singularum classium parœciæ in provincia suum faciant officium, ordines ecclesiastici dispiacent, inquirent & examinabunt in visitationibus institutis, quod ter, vel quater, aut sèpius repostulante, singulis annis fieri poterit.

In hisce igitur visitationib. inquisitionem & examen instituerat ordines ecclesiastici, primum de doctrina & vita presbyterorum: Deinde, num quid sit, quod emendationem requisitat, atque auxilium magistratus postulet, cuius tum officium in hisce omnib. implorabunt, & cuius rei gratiâ adjunctos habet deputatos à magistratu officiarios, qui pro re nata præsentibus necessitatibus cuiusque ecclesiæ remedia querunt, ne quid desit ad verum Dei cultū, neque etiam quid impedimenta relinquantur. De hereticis, atheis, ludis, Papistis, libertinis, ana[st] baptistis,

baptifis tolerandis, vel ejiciendis, atque aliis ad religionem pertincentibus in regno & provinciis, diximus latè cap. 28. de ad ministris ecclesiasticis.

De doctrina, secundum fidem articulos & sacram scripturā, inquisitionem & examen instituunt: de vita secundum decalogum & legem Dei: de statu Scholarum particularium cuiusq; paroeciae & gymnaſiorum in civitatibus: de dispensatione bonorum ecclesiasticorum & si quæ sunt alia, vide libellum zep̄pers de politis ecclesiastica.

Synodus provincialis ex monitu ordinum ecclesiasticorum praefectus provincię indicit, in qua de heresi errorē & in doctrina christiana orthodoxa, vel de schismate in ceremoniis & ritibus ecclesiis publica collatio, disquisitio & compunctionis quantum fieri potest, instituitur, ne ex illis gangrena fiat, que ulterius serpar, & totum corpus occupet & depalcat, vel concordiam atque unitatem ecclesiarum dirimat. Quod si hac ratione controversia cōponi non potest, desertur illa ad Synodū generalem, seu comitia regni. *de quibus infra suo loco, c. 28.*

Secularis ordo est, cui consensu provinciali incuria corporis, victus, amictus, & rerum, quæ ad usum vitæ 1. Corin c. 6. 3. 4. vel ad negotia vitæ 2. Timoth. c. 2. 4. provincialium pertinet, est injuncta, ut observent, si quid in negotiis politicis secundus tabulę remedio, auxilio, vel correctione opus habeat, quibus vel commoda provincię procureretur, vel incommoda provincialium avertantur. *Germanicē der weltliche Standt.*

Ordo hic secularis & politicus est duplex, nimirum ordo nobilitatis, & ordo plebeius, scilicet civitatum & paganorum agrariorum. Vnde status seculares tres prodeunt, nobilitatis, civitatum, & agrariorum. *Germanicē der Ritterstandt / Der Stedten standt vnd der hauszmanns / oder bauernstandt.*

Tertium ordinem agrariorum quedam provincie non agnoscunt. Sed patarem requirere negotiorum varietatem, et horum hominum in suis officiis peritiam, ut admittatur.

Nobilitatis ordo præcipue ad defensionem atque ad vim

ac injuriā provinciæ depellendam & amoliendam est constitutus. *Vnde Germanicè vocari potest, der wehr standt, status ad defensionem destinatus.*

Cura igitur nobilitatis precipua est, ut provinciæ & patriæ, tempore necessitatis & periculi, consilio & armis & scientia rei militaris inserviat. Hoc, ut commodè possit, curabit nobiles provinciæ ad artes belli, & scientiam rei militaris educari, atque in animi & corporis virtutibus heroicis, & scientiis, ailiisque exercitiis nobilitate dignis excoli, quò ad egregia facta pro patria obeunda apii reddantur, & verè de *libertate & plautus*, similiter de benè meritis in Rempubl. & rebus præclarè gestis tum suis, tum majorum, seu parentum suorum gloriari possint.

Ordo igitur hic ijs omnibus, quæ ad bella requiruntur, uti armis, equo, facultatibus, & scientia rei militaris instritus esse debet.

Hinc gymnaſia nobilium, in quibus illi exercentur equitatione, gladiatorio ludo, lucta, certamine hastilius, & aliis corporis & animi exercitiis honestis & utilibus, quibus apti ad illa, quæ ab hoc ordine requiruntur, redduntur. *de quibus Manus in Chronologia.*

Habet verò quævis provincia sua peculiaria requisita & ornamenta nobilitatis, quibus estimari cupit: habet etiam quævis suum exterrnum cultum & habitum, quibus à plebeis discernitur. *diximus in libro de conversatione civili.*

Curam habebit cui in hic ordo decentis splendoris, dignitatis, & excellentiae sui status, & insignium, atque aliorum privilegiorum concessorum, conservandorum. *de qua re Tiraquet. in lib de nobil. & Chass. in Catalog glor. mundi.*

Ordo civitatum & agrariorum plebeiorum constitutus precipue est ad rerum in vita civili provinciæ necessiarum & utilium sufficientiam procurandam. *Vnde vocatur deo nichil standt, status ad viduum & amulum comparandum destinatus, vel ad necessaria*

necessaria vita submisi Grandum constitutus.

Ordo igitur hic curam gerit, ne aliquid ex his, quæ ad viram togaram lecularem sunt necessaria & utilia, desit, imprimitus utilia & necessaria officia vitæ socialis, quibus omnia quæ diximus, comparantur, & quibus vita carere non potest.

Atque hæc officia trium sunt generum. In primo sunt mercatores & negotiatores. In altero sunt agricultæ & pastores: in ultimo opifices mechanici.

Mercatores necessaria & utilia, quibus caret provincia, important, & superflua illius exportant, qui in civitatibus & agro vivunt.

Agricultæ & pastores comparant, colligunt & preparant, quæ ad viatum & amictum sunt necessaria. Atque hi extra civitates in agris, pagis atque oppidis, nonnunquam etiam in urbibus sedem suam habent.

Opifices & artifices instrumenta ad negotia vitæ huius sociæ peragenda necessaria conficiunt, vel reliquis prioribus, quasi inserviunt, ut usui vita; hominum ea, quæ à prioribus duobus sunt producta, preparant aptaque reddant. Atque hi in urbibus præcipue sedem suam habent.

Hinc ictioæ mechanicæ, in quibus omnis generis artifices & opifices informantur, & in collegiis cuiusque opificii, specimine edito, probantur de quibus latius diximus cap. 7.

Et igitur ecclesiasticus ordo homines pios, doctos, sapientes & bonos provincie exhibet: Sic politicus secularis ordo nobilitatis quidem, ut viros strenuos, militares & fortes, manu & consilio promptos, & rei militaris peritos exhibere provincia possit, curabit: Ordo vero plebejus, civitatum & pagorum, peritos industrios, excellentes mercatores, agricultæ & artifices, ut producere, & exhibere patriæ possit, sc̄udebit.

Deputati cuiusque ordinis collegium constituunt, quod suum representat ordinem, à quo cura mandato & instructione reconstituer, ut ordinis sui peculiarem rationem & curam in negotiis vita; socialis provincialis, quæ ordo ille tractat, ha-

beat, & de iis in cōmuniōne cum aliis consulat, deliberet & cōcludat.

Prefectus horum ordinum provincialium sacerorum & secularium est superior, cui administratio provincie à regno, sub quo est provincia, vel cuius est membrum, demandata est, qui vocatur Dynastā, Eparchus, Satrapa, gubernator, præses, rector, & moderator provincie: Germanis prefectus eiusmodi cum subordinatis suis dicitur der Regier standt. Status ad gubernandum destinatus, & ad in officio continentum priores statūs. In politia judaica, ad hunc ordinem sumebantur idonei ex tribu Iuda & Levi. Genes. c. 49. 8. 9. 10. 1. Rex. c. 11. 3. 6. psalm. 132. 17. adde his Deut. c. 17. 9. 10. 1. Chron. c. 23. 5. cap. 26. 29. 30. & ex singulis tribubus, ut infra in fine ferè diceretur. Hodie in plerisque locis Europe prefecti tales vocantur Comites, & cognomine provincie sibi demandatae & commissæ, vel præcipuis castri, aut metropolis provincialis utuntur. ut comes Nassovia, Benibmia, Frisia, Oldenburgicus, Solmensis, Orenburgensis, Schauenburgensis, Valdeccensis, Virgostenensis, Seinenensis, Eysenbergensis, & alii plurimi.

Quandoque etiam plures provincie uni demandantur, qui ideo Dux, princeps, Marchio, vel Landgravius vocari solet. Atque tales Dukes, vel Comites, Calare in agnoscentes superiorē, pro præsidibus provinciarū (quos olim vocabant) haberi, uti & Episcopos, testatur VVelsenb: cons. 27. nu. 28. ubi communem dicit per Iason. in l. stipulationum. 5. nu. 10. ubi & alii Dd. de verb. oblig. Gozadim. consilio. Aliquando etiam metropoli provincie præfectura & administratio talis est demandata uti est Norimberga, Argentoratum, Autunpia, Dantiscam, Groninga, & aliae similes.

Causa constituendi huius præfidis est necessitas & utilitas provincie. Non enim à pluribus, multò minus ab omnibus, negotia publica variorum & discrepantium ordinum provincie commodè, utiliter, smò recte & diu administrari & gubernari possunt, ob discordiæ, dissensionem & sententiatarum

tiaram dis*crepan*ti*am*. Necesse i*gitur* est, ut director & gubernator quid*ā* consiliuar*ar*et, qui reliquos tum ordines, tum singulos in officio contineat. Proverb. c. 11. Corru*it* populus, ubi nullus est gubernator. Et subditi sūt, quasi oves sine pastore. Num. c. 27. Vnde Paulus ait, magistratum in bonum & commodum subditorum esse ordinatum. Rom. c. 13. vid. Gregor. de Rep. lib. 6. c. 1. & lib. 4. c. 5. Covarruv. & Vajquim. in illust. contro. & instru*c*ap. 7. & 8.

Hic pr*æ*tes, provinciæ caput dicitur, quia sicut reliquis corporis membris caput prospicit, tum singulis, tum universis, sic & hic pr*æ*ses omnibus singulis & universis provincialibus.

Licet autem hi pr*æ*sides, pr*æ*fecti, vel rectores provinciarū suum superiorē summum regni magistratum, à quo ipsis hæc administratio & potestas conceditur, agnoscant, tamen iura iuris & principis in suo districtu & territorio habent, & vicem summi principis obtinent, atque tantum in suo territorio possunt, quantum Imperator, seu summus magistratus in regno, superioritate & pr*æ*minentia, & quibusdam alijs specialiter exceptis, & summo magistratu*ri* constituent reservatis. ubi est communis Dd. sententia. Rosenthalis feud. lib. 1. cap. 5. concilium. 13. & seq. Zasius consil. 1. lib. 1. Roland. à Vall. consil. 29. n*o*. 25. vol. 1. VVelsenb. cons. 40. n*o*. 44. & cons. 27. n*o*. 28. Geil. lib. 1. de. pac. publ. cap. 6. n*o*. 19. & lib. 2. obs. 57. n*o*. 7. 8. ubi de Ciuitatibus. imperialibus idem ficerit.

Relevari ierò in tali concessione iura superioritatis & pr*æ*minentia*re* concedenti, ita ut talis Dux, vel pr*æ*tes provinciæ à suo constituent*e*, potestate, autoritate differat, testatur Modestin. pistor. consil. 4. num. 28. volum. 1. Roland. à Valle consil. 1. num. 141. volumin. 1. Rosenthalius d*icit*. cap. 5. conclusion. 10. ubi addit, neque imperatorem sibi parem posse constituer*e*. Borcholt. in cap. unic. qua sunt regalia. numer. 20.

Nam constituens major est constituto, habetque generali potestatem in omnes provincias & regnum, con*stitutus*

Mirutus vero minor est constitcente, habetque specialem & limitatam, præscriptam à constitcente potestate in provincia, eamque ex beneficio constituentis, eius quasi vices gerit, & abutens sua hac potestate à constitcente privari cā potest, non contra. Cives etiam, quae non sunt imperiales, loco privatorum habentur. I.e. cum qui vestigia datur verb. signif. l. nibil inter est. ad S. C. Macedon. Geil. d. loc.

Officium, & partes huius præsidis provincialis sunt, habere diligentem inspectionem & curam negotiorum factorum & secularium provincialium, quo ea ad gloriam Dei, & ad salutem totius provinciae, & membrorum singulorum referantur & dirigantur. Ad cuius muneric expeditionem, potestatem & iurisdictionem supremam in provincia haber.

In sacris functionibus providebit, ut oratio sacer & collegium ecclesiasticum cum fide & diligentia officium faciant, atque ad explicationem & expeditionem muneric ejus nihil desit, aut obster.

In secularibus functionibus curabit, & operam sedulam dabit, ut exercitium caruerit provinciae, & singulis membris illius sit utile & salutare, omnisque genere functiones necessariae & utiles nos desint.

Nam primam cā ratione facilius parantur omnia, que ad vitam, res siriam copiam, habitationemq. hominū seu civium ejusdem regni & Rēip. pertinent. Deinde exercitii pollicentur, & invicentur ad nos, nostrasque merces invisandas, & coēmendas. Unde discent non modo priuati homines, sed etiam ipsum Rēipu. corpus exercitiorum: propereas quod vestigalia, portoria, publicique reditus omnes, hocq. modo provincia redditur abundantior & copiosior numero ciuium ac militicum. Denique, quod mandatim est, pauperes egriique ciuios, aut egencrum filij, & a crassione mendici esse diffident, & subducuntur, ne propter iuopiam sumultiuenerit, aut res novas, vel farca molestantur. Nam pro capitu ingenij unusquisq; instituitur honesto aliquo artifice, vel arte, quae possit, se suorumq; familiam, si quam habet, posse ea ostendere & sustinare aliisque jureo & maleficio. Et autem

autem publica promiscuaque mendicitas, sumnum Republ. malum, que
et omnes bonum facit, et scelerum opus contra secum instanter, si vero
dicitur, se proxima illa est seditionum saepe auror, et quounque modo benevolè,
et licite ex bene morata civitate et Republ. fraganda et sublenda est.
Deut. cap. 5. v. 5. c. 6. Melius enim et beneficis ejiciat s. natus a ges-
tis non posse!, quam si publico quedam artificie ait opifica à Republ.
infestumque. Et secund. c. 29. Quilibet auriculatur, ut suorum ceteris artifici-
um. Ephes. 4. Laborer homu, laborando manibus suis, quod bonum est,
et labora munum suorum vivat. Psalm. 1. 28. 2. In quo officiis ergo bu-
nianitatis genera docilium. Bebamini, Filiorum, Hollandi, Selandi, et
alii que publicae officia habent, eisdem dicens, in quibus pauper-
es eritis, aut civium liberi publicis sumptibus erudiuntur. Hac Deuter.
lib. 4. c. 2. polit. In summa, si quam è peregrinis pecuniam ad nos per trahe-
re beneficium, et ratione cupimus, si nostram, quam illi commerciis
suis aportant, ad nos retrahere volumus, si erufare alienas opes, easque
refras facere justè volumus, (quod et nos et provincia opulentior fiat)
artificia opificaque publica sint apud nos, ex quibus merces operaque et
operarii prodeant excellentes. Quemadmodum igitur isti, qui ad publica
munera et officia diliguntur, informantur in scholis, sic qui ad privatas
functiones secundum, instruuntur et in publicis officiis, vel à prima
suis magistris, in quolibet artificii genere docentur, et informantur.
Boec. lib. 3. de bona, polit. instit.

Deinde officium praeditis huius provincialis est, singulis
privatis iusticiam recte administrare, in cōque officio, peccatis,
piis & bonis, uti ministeris.

Deinde officium illius est, inquirende de ijs, quæ emendatione,
vel avaricio, impidgeant, et lacuum provocante, sua exploratio et
cozimunt, abesse, generales, ordinum, et singulorum, subditorum
auiliis, inq. cogniti, cōcessu provincia, in officiis bns pro-
vinciarum, et c. in eo quod proponere deliberaanda, consultanda,
que è re provinciae, et c. exhibit, et recte, in primis quando tributa
vel collecta subditis sunt imponenda. Malitia, encl. o. V. re-
sentibus, et c. ut sit. Regum, de regi, superbia, et avaria, subditis.

c.5. Postea ea, quæ unanimiter, & per majora ordinum vota conclusa sunt ab ordinibus, constitutare, iisque autoritatem & vim legis valitatem tribuere, & executioni illa mandare, atque tandem conventam dimittere.

Ordo quilibet provincie habet votum, suffragiūtore, licet in eo plures plerumque sint deputati, ordinem suum representantes: Ideoquæ quilibet ordo constituit membra collegii hujus ordinum provincie, in quo quæcumq; à praeside proposita examinatur & deciditur. Exemplum de provinciis Hollandia, Selania, & Frisia, vide apud Mecerannus lib. 14. Historia Belgica. & apud Ubbenan Emmiam in libello de iure & agro Groningano.

In consultatione igitur proposito questionis qlibet ordo separatim illam examinat, & inter se deputati cuiusque ordinis de sua sententia convenienter, eamque statuunt, quam postea suo tempore, quando omnes ordines collegialiter sunt congregati, cum reliquis ordinibus & membris provinciae communicant.

Potestas vero concludendi de iis, qui à praeside provincie sunt proposita, non est pene quemlibet ordinem, vel singulos, sed apud omnes ordinos simul, & competit pluribus, ut universis, non ut singulis ordinibus, idque in collegio, in praesentiā & congregacione universorum, non scorsum, in praesencia singulorum. Bart. in l. 16. aut facta de pan. Panormit. in c. bona de elect. Folin, in c. omnes de confit. Vnde de nullis ex defactis jurisd. nn. 175. & seqq. Barol. & Ies. in l. si uni ex pluribus de re public. Marana, part. 4. distinct. 5. Bende. 2. de rovis conclus. 4. num. 66. & seqq. Nam ob causam minus ordo sine alio hic concludere nequit de iis rebus, qua ad omnes, ut universitas collegias pertinente, pro ut supra cap. de confici colleg. & c. de consociat. universit. de collegiarum & senarum conclusione & ducendis diximus.

Quod si unus ordo ad conventum indicata vocatus non venies-

venerit, jus deliberandi & concludendi de propositis questio-
nibus amittit, & copia sumi, quæ sunt à præsentibus cōclusa,
& à præside confirmata, ex lectione mandantur, non secus quā
si præsens fuisse, & in hæc consenseret. Bodin. lib. 3. c. 7. de Repu.
abi tamen dicit, in iis que pondus habent & momentum, non satis effe-
sum pœcari, sed etiam duas ad summum partes adesse, tamen si non omnes
conveniantur;

Conclusio autem, quando sunt dispartia suffragia, judicia,
vel sententia præsentium collegarum, seu ordinum, sit secun-
dum plurimi sententias, seu pluralitatem suffragiorum in iis,
quæ sunt universos ordines concernentes, non quæ teorium
singulos, eodem prorsus modo, quo in collegio & senatu fieri
solent a priori monuit. Sed tamen in causa religionis pluralitas illa vo-
torum locum non habet, ut nec in illis, quæ seorsum singulos ut dixi, non
minoros concernant. Bodin. lib. 3. c. 7.

Ad maiorem utraq; & commoditatem utile est provin-
ciæ in districtus & limites determinatos esse distinctam.

Provinciarum præsidibus in politia Hebreworum, similis e-
runt principes tribuum. Nam et erant duodecim tribus populi Israë-
lici, sic quoque terra promissa regnum Hebrewum in 12. quasi pro-
vincia distributum, quarum caudib; qui præcerat, princeps dicobatur,
sue tribus, quam ducebat, regebat, ac administrabat, ut dicit Sigenius.
Vocatur à Gracis οὐλαρχοι, à χειροῖς ἀρχοντες, επιχειροῦσαι, προλάρ,
De sede, loco, regione, vel provinciæ cuique tribui adhonesti, vid. los. c.
13. c. 14. c. 15. c. 16. c. 17. c. 18. & seqq. ubi etiam fines & territoria
cuique regni & provinciæ desribuntur. Principes hocce tribuum
Magis primam partem tenuerunt. Et add. c. 18. 19. & seqq. Dicit. c. 1. 1. p. 14. l. 3.
16. Officium horum principum tradidit quadruplicatum. I. Quod summo
magistratus consiliarii fuerunt. II. Quod ibi quod quis tribubus
reddiderunt. III. Quod se in rebus arduis una cum summo magi-
strato obligarent. IIII. Quod in rebus concernentibus tribum suam
convenientem in duxerunt principibus familiis singularium sue tri-
bus & principibus vicinum secundum suas statuta.

Electi ephori jurant, se utilitatem regni, seu universalis illius consociationis, vel Reip. curaturos, & partes officij demandati fideliter & diligenter facturos. *Xenophon refert in politia Lacedem. reges & Ephoros singulis mensibus mutuo jurare consueisse: Ephoros pro civitate, reges pro se ipiss. Regum iurandum fuisse, se ex legum scriptarum praescripto regnaturos: ephoro: um autem & civitatis, se regnum firmum & stabile reddituros, si rex iurandum servaret. vide Cratium lib. 2. c. 4. de Repub. Lacedem. De iuramento electorum in politia Germanica docet Bulla Caroli IIII. Imper. Heigius lib. 1. quest. 1. & 4.*

Collegium ephorum, quæcunque ratione officij expedit, illa-

illa collegialiter per maiorē partem suffragiorum concludit. *Fulv. Pacian. lib. 2. cap. 35. num. 30. 31. de probat. Covarruv. d. loco.* Ideoque & electio illi, non ut singulis, sed ut collegio competit. *Leopold. de Iurib. regni & imp. Romani cap. 6. Pacian. & Covar. d. loc. & hoc modo collegium illud, non singuli de collegio, representat universalem confociationem, seu politiam & maiorem potestatem & autoritatem, quam summus magistratus haberet, nisi omnes sacerdotes politici, I^a, & theologi docentes.*

Officium horum ephorum quinque potissimum capitibus continetur. Primum est, ut constituant generalem summum magistratum. Alterum est, ut intra fines & limites officii sui eundem contineant, & sint custodes, defensores ac vindices libertatis & reliquorum iurium, quae populus in summum magistratum non transtulit, sed sibi reservavit. Tertium est, ut constituant summo magistratu ad Reipub. administrationem inepto, vel tempore interregni, curatorem ad obeundam Recip. administrationem, donec alias summus magistratus eligatur. Quartum officium illorum est, ut removant magistratum summum tyrannum. Quintum est in summi magistratus defensione, & iurium illius. In quibus singulis peragendis ephoris omnia & singula, sine quibus officijs sui partes expedire nequeunt, demandata esse censentur. *I. 2. de iurisd. om. Indic. l. alt. § 1. de officiis ejus cui est mand. iurisd.*

Primum igitur officium ephorum est, in summo magistratu & rectore generali consociationis universalis constitudo. Ad hoc enim ephori à populo universo consociationis universalis potestatem & autoritatem publicam accipiunt, ut nomine ipsius talem rectorem & administratorem eligant. *de qua re dicerat latius in cap. sequenti: vide Hugium. lib. 1. quæst. 4. num. 5 q. 5 1. Schard. in libello de origine elector.*

Alterum ephorum officium est, ut eundem à se constitutum summum magistratum & administratorem generalem intra limites præscriptæ & demandatae administrationis sue

universalis contineant, ne quid detrimenti Respub. & universalis confociatio capiat, aut jura illius vel sociam regis, seu magistratus summi ledantur, vel minuantur, sed semper salva, sara-
ta, recta manent. *Heigius lib. i. quæc. 3. num. i. 2. 7 3.* Nibil enim
aprius ad Imperij jus conservandum, quam moderatio potestatis per alios
facta, qua in terminis suis continetur. Nam magna potestas se intrater-
minus sine cærcitione aliquâ & moderatione alijs demandata continere
non potest.

Quam obcaussati ephori habent potestatem consilio &
auxilio juvandi generalem summum magistratum, monendi
& corrigiendi eundem, Decalogum legis deinceps, aut leges re-
gni & majestatis jura violantem, atque ideo jus gladii, mune-
ris injuncti expediendi caussa, acceperunt *Stephan. Iun. Brutus*
de vnde. contraryrannos quæc. 3. *Hotoman. lib. 1. de antiq. Iure re-*
gni Gallici. cap. i 2. & seqq. i. Chron. c. 22. 20 c. 28. c. 29. c. 24. *Obrecht*
in thesib. de bello. thes. i 61. Vrsin. lib. 3. disposit. cap. 44. & cap. ult.
Danaus lib. 6. politica. c. 2. & 3. Gasman. c. 10. politic. Pareus in
explic. cap. i 3. ad Roman. in dubiis. Iohann. Marian. lib. 1. cap. 8.
de rege.

¶ Consilium dant in omnibus & gravioribus negotiis publicis
totius regni, idq; in concilio & conventu ordinum omnium
totius regni convocato & indicto, in quo tractentur, delibe-
rentur & deciderunt ardua Reip. negotia. *Psalm. 75. 5. Psalm.*
i 22. 3. 2. Sam. c. 3. 17. 18. c. 5. 1. 2. 3. 2. Chronic. c. 24. 17. 18. Nehem.
c. 7. 5. Hoc modo ephori ejusmodi sunt consiliarii summi magistratus in
negotiis arduis, quorum administratio & exsecutio ad ipsum magistratum
generalem pertinet, vel hanc illo negligente, si ita necessitas & utilitas re-
gni postulat, ad ephoros uti exemplis supra cap. 8. de provinc. sub finem
probavit, ex leius dicimus infra. Consilium ordinum longè firmius,
sit Antimachia vellus, est præsidium ac propugnaculum Respub. quam
principum dant axat ac consiliariorum aliquor cæterus. Possunt enim illi cor-
sumpi, de fæciu mentis deturbari, publici, vero consilij corpus, quod confi-
statum,

fit in ordinibus & prudentiissimis & ledissimis cohortiis regni viris est conflatum, nec imbecillitas, nec impotencia animi, aut capti vitati est obnoxium, illos, ut privatos partem temporum, partim sui quemque casus absumunt. Regni ac Reipub. universitas est immortalis, ob perpetuas hominum hominibus mortuis succendentium vices. l. 76. proponebatur. de Iudic. l. 7. quod cuiusque universit. nom. De consultatione horum epbororum, exempla ex tan. Deut. c. 23. 1. Praecepit autem Moses & seniores Israël (qui illorum Ephari) populo dicentes: custodite omnia mandata quia præcipio vobis bona. Deut. c. 33. 4. 5. Iosua c. 24. 1. Chron. c. 13. 1. Deinde initus consilium David cum chiliarchis & centurionibus, omnibusque antecessoribus. 2. & dixit David eori congregacioni Israëlis, si bonum & à Iehova Deo nostro videatur esse, dimittamus paſsim ad fratres nostros, qui reliqui sunt per omnes regiones: & 4. Dixerunt autem tota congregatio illa, factidum ita esse. Nam recta videbatur res illa in oculis cohortis populi, & seqq. 1. Reg. c. 8. 1. tunc congregari iussit Salomon senioris Israëlis, & omnes primores tribuum, & principes paternarum familiærum cum Israëlis ad regem Salomonem Ierusalem, ne deducerent arcam fæderis Iehovæ. & vers. 2. & seqq. & c. 20. 7. Itaque rex Israëlis vocatis omnibus senioribus regionis dixit: agnoscite queso, & videte illum querere malum. & c. 8. Dixerunt verâ omnes illi seniores & cohortis populus ei, ne auscultato, neq; adquisito. 1. Reg. c. 18. 19. & seqq. Est. c. 1. 13. Quapropter dicens rege sapientibus noscentibus tempora. (nam sic negotium regis exponebatur omnibus noscentibus jura & iudicia.) 14. & propinquo sibi Charschene, Schetari, Admatha Tarschischo, Merozo, Marsene Memucani, septem principibus Persidis & Mediae videntibus faciem regis, sedentib. primis in regno. 15. ex jure, quid faciendum regina Vashti, eo quod non fecit edictum regis Aijueri, per aulicos imperatum. & vers. seqq. & 21. cum quo bona videretur hac res in oculis regis, et principum, fecit rex secundum sententiam Memucanis. Proverb. c. 24. 6 Exemplum vide Genes. c. 24. 8. 9. 10. & seqq. 1. Reg. c. 12. 6. 7. 1. Chron. c. 28. 1. 2. 3. 4. cap. 29. 1. 1. Samuel. cap. 14. vers. 45. 38. 19. ubi populus Iontahan capitali sententie Saulis exemit. Jerem. cap. 26. 10. 11. 16. Tunc dixerunt principes illi omnesque Seniores populi

sacerdotibus & prophetis, nullum est in viro hoc crimen capitale, quoniam nomine Iehova Dei nostri sic allocutus nos. & vers. 17. 19. 20. & seqq. &c. 37. c. 38. 4. Dixerunt principes regi, morte quæsumus afficiatur vir iste. 5. Quibus dixit rex Iohannes: ecce es in manu vestram mihi nomen iste rex, qui posse contradicere quidquam. 6. & seqq. 25. Quod si audientes principes, me locutum esse tecum, venient ad te, edixerintque tibi, indica jam nobis, quid locutus es apud regem, ut celare nos, & te non afficiemus morte. quod ictum dixerit tibi rex. 26. 27. 2. Chro. c. 32. 3. init. consilium eam principib. suis & dynastis suis. &c. Nebem c. 5. & c. 8. Hebreo. c. 9. 1. 2. 3. Epbron rex Hethorum, inconsulto populo, ius se- pulchri Abrabamo non audet vendere. Genes. c. 23. Neque Hamor rex Sichem cum Iacobo fatus facere audet sine populi voluntate. Genes. c. 34. vide Stephan. Ian. Brut. de vindic. contra tyran. quest. 3. Bon. a. venu. Corne. Bereram. de politia Iudaea cap. 11. Horom. de antiquo iure regni Gallici. c. 1. 2. & seqq. imprimis cap. 34. ubi exempla refert & cap. 18. c. 21. c. 22. argum. Proy. c. 24. 6.

Vnde ephorum horum esse dicitur injustis, decretis magistratus supremi intercedere, ea que mitigare suis consilijs, vel impedire, quādo saluti communi & legibus cōsociationis hujus universalis sunt contraria: sine quorum approbatione constitutio, vel decretum summi magistratus generale, non valeat. l. 8. bumanum. C. de legib. l. 2. de decreto ab ordin. fac. Scribit Horimannus de antiquo iure regni Gallici, & Aniemachia vellus, itemque Steph. Ianus Brueus. quest. 3. de vindic. tyran. tantam horum ephorum esse autoritatem & potestatem in Gallia regno, ut litteræ regis nisi à Secretario regni subscribantur, & rescripta à cancellario regni ob signantur, nullam habent autoritatem. & alia negotia concernentia regnum, non nisi consultis & approbantibus ephoris, seu optimatibus regni gesta valeant. Vnde constat magnō in errore esse Bodinum, qui ab solūiam & omnimodam potestatem regi Gallia tribuit, et nullos poni optimates agnoscit, sed per eorundem potestatem regiam majestatem et potestatē collī existimat, vel collegam accipere quem errorem notat etiam Huius pars. 1. quest. 2. num. 22. & seqq. Nam licet rex, vel imperator regalia

regalia Ducibus, Comitibus &c Imperij seu regni vasallis, optimatibusque concedas, semper ramen imperij superioritas & praeeminencia reservata intelligitur. Vnde sit, ut tales optimates regis collegi, aut pars cum eodem potestatis, minimè censi possint. Nam bis optimatibus specialis & restricta potestas & administratio est data. Rex vero, seu summus magistratus, generalem in singulos etiam optimates habet potestatem, maiestatem & praeeminenciam, ac cuius potestas & administratione omnia pendent. Heig. part. I. qualt 2. nu. 22. & seqq. & quast. 9. Rochal. part. I. c. 5. concl. 5. Quanrum en. cunq. sit imperium, quod alteri tribuitur, minus ramen est semper eo, quod concedens sibi reservavit, uti communis Dd. est sententia. Nam supremus non potest sibi patre constituer. Rosend. d. loco c. 5. concl. 10. Et universi majorum habent potentiam uno homine, qui quicquid habet ultra alios homines, id ab unius versis accipit. Neq; erit regis potestas ideo diminuta dici potest, quod optimates & Ephori bi, etiam quandam usurpant potestatem, uti non infirmior est manus, quod in digitoris est discessu, sed ad agendum sit agilior. Sic enim potestas a pluribus explicata, ex quo in Repub. multis communicata, facilitas expediantur. Deinde bi ephori universi quidem magistratu summo sunt superiores, quatenus representantes populum ejus nomine collegialiter quod agere singuli vero separatis isto magistratu sunt inferiores. I. Sam. c. 14. 45. 46. Ier. c. 3. 8. 4. 5. 19. c. 37. 1. 5. 16. 17. 18. 19. Fernand. Vasquis lib. I. illust. controly. c. 4. 3. num. 2. 3. 5. Plinius in panegyric. in Trajan. Princeps summit est iure jurando velut illius, officiarius Reipub. obstrictus, ac ipsa eora Repub. seu regno minor est, talius Cæsar lib. 5. & 7. de bello Gallico testatur, ea cum fui Se regnū Gallia imperia, ut non minus populus iure convocatus in regem, quam rex, in populum, autoritatis haberet. Sic & Synodus, concilium, capitulum, universitas superior est episcopo, pontifice, auctore, vel syndica suo. Hic Stephan. Iun. Brutum in vindic contra tyranos. His ephoris prius quam magistrati, Reipub summa a populo est commissa. Quod igitur in tales ephorus prius est collatum, hoc posteriori magistrati dari non potuit. Stephan. Iun. Brutus d. loco. Horoman. d. loc. Vasqui. lib. I. cap. 43 num. 5. In politia Germanorum septem viri electores, qui Imperij Germanici generales sunt

Ephori, in bulla Caroli quarti c. 16. dicuntur assistere sublimitati Cor-
sarea, & in parem sollicitudinis constituti. Iubentur quoque hi annuos
conventus de publicis imperii Germanici deliberationibus habere, cap.
12. & dicuntur votum, seu jus suffragii in publicis deliberationibus de
imperii negotiis habere, cap. 20. & c. 12. Vnde in comitiis imperii, clausula
finalis principium est, desrorū habet, quod Caesar ex conflio, consensu &
voluntate statuum imperii decreverit. vid. constit. imperii. Ita Fridericus
. Imperator in constitut. de intendariis concludit, se cum principū & pro-
cerū imperii voluntate decrevisse, &c. Praterea Caesar imperator electus
in formulā & articulis juramenti sui jurat, se iura & privilegia ordinum
non violaturum, se conventus electorum non impediturum, se sine con-
sensu & consilio ordinum bellum non suscepturnum aut pacem initurum,
neque peregrinum militem in Germaniam deducendum, neq; imperii con-
veniū, aut vestigal, vel tribucum, nisi de consensu Electorum induc-
rum, & alia plura, de quibus in cap. de regni cōmissione latius. Imò Caesar
ipse coram principe Palatino conveniri potest, secundum auream bullam
Caroli quarti Imperatoris cap. 5. In Gallie quoque regno coram ordinib;
in senatu Lutiano contra regem experiundi & agendi potestas concedi-
tur. Quod si etiam rex Gallicus quid cum viciniis principibus pacificatur,
vel si quod bellum est gerendum, aut pax facienda, hunc senatum Lutia-
num auctorem fieri oportet, & in ejus adha gmina qua ad Rēpub. perti-
nente, referri, qua non prius rata sunt, quam ab eo senatu fuerint com-
probatae. In aliis bene constitutis politiis in Comitiis regni communi
procerum, consilio de gravibus & arduis regni negotiis decreta & confi-
tiones fuisse, ut dicitur infra cap. 32. sub finem ferè.

Sed & ipsi optimates tunc cōsensu & approbatione summi ma-
gistratus officiū suum facientis in Reip. negotiis nihil facient.
arg. Gen. c. 45. 16. 17. 447. 1. c. 5. 9. 4. 5. arg. 1. Chro. c. 22. 20. 4. 29. 4. 40.

De negata vero vel omilla à iumento magistratu, cōsultatio-
ne, & sua vocatiōne quilibet opifiorus, cōtra cuius potest. Iud. c. 8. 1.
sed dixerunt vires Ephraimica, que est res hec, quā fecisti non vocādo nos,
cum proficisceris ad pugnā contra Midianitas, cōsiderantq; eum eo
saldo, & vers. seqv. G. 12. 1. 2. v. 4. 2. v. 5. 6. 19. 4. 4. 1. Reg. Gen. 2. 1. 5. 1. 6.
Sed

Sed paucis etiam videamus de potestate & auctoritate ephoria concessa in defendēdis iurib. populi, scū universalis consocia-
tionis, quæ ipsa in summū magistratū non transtulit, sed sibi re-
servavit. Nam horū reservatorum juriū curam & defensionē
cōficiatio illa universalis ephoris suis demandavit contra oēs
violatores, turbatores, & spoliatores, etiam ipsum summū ma-
gistratum, enī rei exēpla prebenti bella Belgica, & in his per 40. annos
contra regēt Hispaniarū gesta. Vnde officium ephorū tunc est, nō so-
lum judicare an magistratus subdamus munere suo functus sit,
sive non, sed etiam tyrannidi magistratus summi, abutētis jurī-
bus majestatis, & corpori Reip. ius suum violentis, aut adiunc-
tive volētis, resistere, eamq; impedita theologie & juris consulti af-
ferunt. Ex illis est Zachar. Vrfin. in exercit. theolog. lib. 2. exercit. 44
Daneus lib. 6. politic. c. 3. & pagin. 45. 6. & lib. 3. cap. 6. Iohan. Calvii.
lib. 4. Inst. c. 20. section. 24. & seqq. Petrus Martyr in lib. Inde. c. 3. Da-
vid. Parens cap. 13. ad Roman. in dub. Iohan. Martiana de rege lib. 1. c.
7. Ex his iunt Franciscus Hotomani lib. 1. de antiquo Iure regni gallie
c. 12. & seqq. Francis. Zornow. paro. 3. num. 28. & seqq. & num. 95. &
seqq. de se. sparet. defens. per alleg. ibid. Fernand. Vasquis illusc. com-
rovers. lib. 1. prafat. num. 102. & seqq. Boſſius de principe & privilegiis
ejus vero. 5. & seqq. Prosper Farinac in question. criminal. Philadel-
phus in Dialog. 2. de reb. gallie. auctor libelli de iure magistratus in sub-
ditos Scop. Iun. Brue. de vind. const. & tyrann. argumenta adducunt ex l. 2.
S. C. d'Addis. de orig. jur. c. v. l. 2. §. cum placuisse Cic. li. 5. Tuis. quast. ibi.
nulla en. societas nobis cum tyrannis est, sed summae potius distractio. neq;
est contra naturā, spoliare eum, quē honestū est necare, & l. 3. offic. ibi, non
se obſtrūctis scelere, q; tyrannū occidit, arg. l. minima. de relig. & fam. fun.
l. 3. §. led. ad l. jul. maj. l. 1. ibi sed hoc tēpore cūl. seq. de his, qui sui sui vni
ab omni juris. Zoon. par. 3. nu. 95. & seqq. 100. & seqq. arg. l. quod semel de
debet. ab ordin. faciend. l. est ejus nolle. de reg. jur. l. 1. 5. poset. de adqu. bar.
tex. nos ab. in Nov. l. 5. de defensor. ei yis. & in §. iusjurandum ibi, ut in-
de se cura privatio, unde etiam datur. Huc facit illud Trajanus dictū ad
prefectum praetorio, qui cum gladium ab imperatore accipiteret, audierat,

hoc gladio pro me mero, si juscè impera vero: coneru me, si iniuste.

Resistentes verò ephori tyrannidi summi magistratus, qui corpus confociationis universalis suo jure spoliare, aut privare conatur, vel juribus majestatis abutitur, non ideo à communione regni & jurium illius recedere, sed abusum illorum improbare, & summi magistratus peccatorum communicatiōnem & approbationem vitare dicuntur. *Langu igiem aliud est à regno, & aliud à rege impio tyranno, qui incipit esse privatus & rediisse desist, secedere & deficere. Ita Libnenses deficiente à rege Ioram. 2. Regū c. 8. 22. non legantur à poliria. Iudaica defecisse. 2. Reg. c. 15. 8. de quare latius. 37.*

Terrium officium horum optimatum est, magistratui summo capto, absenti, furiolo, satuo, minori, prodigo, vel aliis morbis, aut impedimentis ad administrationem incepto, inutili effecto, tutores, curatores, aut procuratores regni constituere, & adiungere. *Vide exemplam 2. Regum c. 100. 5. 6. 7. c. 12. c. 15. 5. 4. Reg. c. 22. 48. Isa in regno Gallie, regibus furiosis vel minoribus, non alio modo ad gubernationem regni inspeis, curatores ordinatos à regni statibus & historicis probat Hotoman. in libello de antiquo jure regni Gallici. Pos. Gregor. lib. 24. c. 5. & lib. 26. c. 5. de Rep. Froissard. li. 2. c. 5. 8. & 60. & lib. 3. c. 134. & lib. 4. c. 44. & lib. 1. cap. 107. & 171. plurima exempla recenset. Nam Repub. & cura universalis confociationis summo magistratu commissa & commendata est. ut supremo ac praecipuo illius tutori. Ephori vero, ut consiliariis fidis & defensoribus juris populo in corpus regni unito competentis, tanquam concutoribus, inspectoribus, & observatoribus regis, quibus imputatur unius tutoris gerentis factum, quod nec cum deberent & possent, illum suspicuum fererint, vel remoto vendum curaverint: nempe si cum ijs administrationem non communicet; si non ex fide tutelam perire, dolunt admittat &c. aut negligenter alterius accusari possint. Pid. Steph. Iun. Brut. quast. 2. de vino. dicit contra tyran. l. 3. de susp. corpor. l. 14. l. 27. de administ. tutor. Videbiec iugur quilibet ephorus, ut si qd derrimeti Repub. accepit, ille fecerit, quod facere de officio debuit. Adde Hore. de antiquo jure regni Gallici c. 29. 2. 5.*

Huc adfinc est, quod iidem ephori, tempore interregni, sine rectores & procuratores regni & universalis consociationis, qui habent ius imperii administrandi & vices summi electoris & magistratus generalis gerendi, donec summus magistratus electus & confirmatus fuerit. Sic in Imperio germanico, Cesare mortuo, tempore interregni, imperij administrandi potestas concessa est duobus Electoribus supremis viris Imperij Palatin & Saxoni, qui vices Imperatoris, tempore interregni gerant, ut habeat aurea bulla Caroli quarti Imp. In alijs politijs haec partes ephoris plerumque omnibus vel unius precipuo demandata sunt.

Quartum optimatum, seu ephorum regni officium est, resistere juribus maiestatis audenti magistratui, cumque iura & leges regni spernentem & violantem, tyrannidem que exercentem, removere & exauciorare. Quod quando, quamodò vice fieri debet dicitur cap. pen. 37.

Quintum denique ephorum officium est, in defensione summi magistratus etisque jurium, contra conjurationes & ambitiones subditorum, insidiatorum, contra superbiam nobilium, potentiorum factioses, seditiones, contra abutentes potestate regia, seu summi magistratus, eam minuentes, adimenteres, impedientes, vim vel injuriam illi inferentes.

Quam ob causam Ephori Lacedemoniorum jurabant se regnum firmare & stabile reddituros regi, si ille iurandum servaret, Cratius lib. 2. cap. 4. de Republ. Lacedaon. David ab illo reductus 2. Sam. c. 19. 10. & seqq. & contra fructuosos defendantur 2. Sam. c. 20. & contemptus Sauli vindicatur. 1. Sam. c. 21. 12. Hisce ephoris Lacedemon. Germaniz electores comparat Hegius pars. 1. quæst. 4. num. 6, 7. VVeseb. consil. 45. num. 1. Henningus Goeden consil. 11.

Porro ephori eismodi sunt perpetui, hereditarii, ex consensu consociationis universalis facti: vel temporales.

Perpetui, ita sibi commissum habent hoc munus, ut etiam ad heredes suos transferant. Temporales contâ, qui ad certum prescriptum tempus hoc officium gerunt & illo effluxo

deponunt; ut olim apud Romanos provinciarum rectores & praefatos, quos vel Imperatores, vel senatus in provincias mittebant vide, Sigona de antiquo Iur.provinciar.

Deinde ephori & status, seu ordines ejusmodi regni sunt duorum generum. Sunt enim vel ecclesiastici, vel seculares.

Ecclesiastici, qui ex personis ecclesiasticis sunt constituti & rerum ecclesiasticarum curam gerunt.

Seculares, qui rerum publicarum scientiam & curam habent. Atque hi rursum sunt nobiles, vel plebei.

Nobiles sunt ex nobilitate regni delecti.

Plebei sunt ex reliquis regni pagis, civitatibus, oppidis & desumpti.

Omnis verò hi ephori & ordines regni in duas species distribuuntur. Sunt enim generales, vel speciales.

Generales sunt, quibus totius regni & omnium provinciarum eius tutela, cura & inspeccio est demandata, uti sunt senatus Imperii, consiliarij regni, syndici, regni cancellarius & similes.

Eiusmodi generales optimates & ephori in regno Israelitico fuerunt 70. seniores. Num.c.11.16. Dixit ergo Ieobera Moysi, congrega mihi septuaginta viros è senioribus Israels, quos magli eis seniores populi & moderatores ejus, & assumptiones adducito eos ad tentorium conventus, ut sisstant se ibi tecum. 17. et descendens loqueretur tecum ibi & seponam de spiritu, qui est super te: ponamq; in eis: sic portabunt tecum onus populi, ne que portabis tu solus. Deus.c.27.1. Iud.c.21.16. & seq. Iosu.c.24.1. Hebrei.c.8.29.c.9.2. Nehen.c.4.14.c.5.7.c.10. Esd.c.2. In imperio Romano primò in Democratis fuerunt tribuni plebis, qui consilarem potestatem reprimebant, ne imperio abuserentur consules, nimiaq; ferocie & audacie affuererent. Aléxand. ab. Aléxand.gen. dier.lib.1. c. 3. lib. 4. c. 6. lib. 5. c. 2. lib. 6. c. 24. Postea generales ephori erant senatores Romanis in monarchia Romana. uti Xenophon, Ariosto, Plutarchus & alij testantur. In politia Germanica, generales ejusmodi ephori sunt electores, seu septem viri Imperij, ex quibus ecclesiastici sunt Archi-

epi-

episcopus Moguntiensis, Coloniensis & Treverensis; seculares sunt principes Palatinus, Saxonie & Brandenburgensis, quibus accessit rex Bohemia. Pacian.lib.2 cap.35. num.25. & seqq. de probat. Heiginus lib.1. quest.3. Schardius de orig. Elector. Bodin.lib.6.cap.5. Ex his electione Palatinus, in causis adversus Imperatorem institutis, ex aurea bullae Caroli quarti, cooperator est iudex. Idem Palatinus & Saxonius princeps, tempore interregni, imperij curatores & vicarii. In hoc electorum collegio, jus con vocandi collegas electores habet Moguntinus, sicut et jus proponendi & sententias collegarum rogandi. vid. auream bullam cap.4. c.7.c.12.c.20.

In regno Gallia optimates generales sunt Cancellarius Francie, principes Francie & sanguine regio ex patribus orti, maior palatij, qui hodie comes stabuli dicuntur, Marechallos, Amalis, magnus referendarius, Quastores, & similes à senatu Lutetiano recepti. Ita & regnum Anglicanum, seu Britannicum: nec non Danie, Polonia, Hungaria & alia, suos habent optimatos. vid. ebscar. politicum apoclyps.6.7.10.1. & seqq. Polonia optimates sunt palatini seu Viceroda, Castellani, & Episcopi. vid. Chytreum in Chron. orb. archoi. Ordines Sueciae sunt episcopi, praefati, equites, nobiliores & ciues.

Spartani habuerunt duas familias, ex quibus reges creabant. bisce adjungebant Ephoros & inspectores, quibus licet regem damnare si abusaretur suo officio, quod accidit Pausaniae. vid. Cratium de Repub. Lacedam.

Speciales ephori sunt, qui provinciae, regionis, vel partis certae regni, tutelam & curam suscepereunt & immediatè summa inum magistratum, seu Rēmp. pro suo superiori agnoscunt. quales sunt Duces, Principes, Marchiones, Comites, Barones, Castellani, nobiles regni, & civitates imperiales, quas in Germania vocant, & similes à provinciis sibi demandatis nominati. vid. sup. c. 8.

Immediatè, dixi, agnoscunt suum superiorem Rēmp. publicam seu universalem confociationem illam: cuius sunt ephori, idèo, quod sunt eis quidam Duces, Comites,

nobiles, circulares, quia quidem mediæ subsunt summo Reipub. magistrati sui, sed immediate suis principibus. Ducibus, vel comitibus, intermedio magistratibus, illis qui sunt statim, seu ordines ex Ephori Reipub. seu regni. Sed bi mediæ subiecto conuenient, vel circulares, non sunt statimi, vel ordinari regni de quibus caput 8. in fine diximus.

Speciales ephorus quilibet, in provincia sua curæ & fidei commissa, tam potestatem, & jus habet, quod summus magistratus in toto regno; Geil lib. 1. cap. 6 num. 10. 11. de pace publica. & lib. 2. obs. 5. 7. num. 7. 8. VVesani. consil. 40. num. 44. paucis exceptis, & in rebus atque negotiis arduis, totam provinciam concordia eis, peculiare concilium provinciale senatorum, statuum & primorum iux provinçiz cōvocabit, in quo ardua negotia communis deliberatione tractentur & decernantur. vid. Iofu. c. 19. ubi Danici bellum gerunt. & Indic. c. 12. ubi Ebrei apica. cōvenientem egnerunt. 2. Macc. c. 1. s. 14. Siron. lib. 6. c. 3. de Repub. Ebr. add. 2. Reg. c. 23. & 1. Sam. c. 3. 2. Iudic. c. 11. c. 8. Rush. c. 4. ubi tribuum & circulare seniorum & principum sic mentio. Dana. lib. 6. c. 4. politie. & c. 3.

Specialis ephori apud Iudeos erant Duces & principes tribuum singularium. 2. Mich. c. 3. 9. 10. 11. ut et in Iudicis principes & prefecti singularum arbitrii. Iofu. c. 23. 2. Accidit, ut vocaret Iosua, eorum fratrum, seniorum ejus primos ejus, iudicis quoque ejus ac moderatorum ejus, diceret quae sis, ego scimus, virgo etate. & seqq. Num. c. 1. 4. 5. 6. et seqq. 1. Sam. c. 5. 8. et seqq. 1. Coron. c. 27. 1. et seqq. et c. 28. 1. congregaverunt itaque David omnes prefectos Israëlis, prefectos tribuum, et prefectos distritus omnibus, ministros regis, et chilarchos concursionis que, atque prefectos omnibus facultatibus et potestate regis, filios quoque suos cum auxiliis et robu, ifferunt, denique quoniamque palangem robore, &c. et c. 13. 1. 2. 3. 1. Sam. c. 3. 4. quamobrem congregantes se omnes seniores Israëlis, venerunt ad Saaduelum Romanum et v. 5. 6. 7. c. 10. 19. 20. Iofu. c. 24. 1. Deinde congregavit Iosua omnes tribus Israëlis in agrum Sichorimatum, postquam convocasset senioros Israëlis, et primos ejus et iudices ejus et moderatorum ejus, ut sistentes se caro. Deo. 2. 3. 1. Et c. 2. 6. c. 3. 6. c. 3. 8. 2. Chro. 6. 2. 3. 2.

20 de quibus supra dicit cop. praecit. vide Sigo. l. 6. c. 4. de Repub. Hebrei
 In regno Romano olim speciales epborum erant praefides provinciarum.
 In Germanico regno, seu imperio speciales epborum sunt statutus, quos vocat
 imperii. Episcopi principali instructa potestate & autoritate: Duxes et
 principes; prelates principali dignitate duxentur et abbates; Marchio-
 nes, Comites, Barones, & civitates quas imperiales appellant. Huius
 lib. 1. ubi de nominibus bisclatè agit. & Pacian. lib. 2. quæst. 2. c. 3. s.
 & seqq. de probat. Chastand. in Catalog. glori. mundi part. 3. Ber-
 chal. de fœd. in e. que sunt regalia.

Duxes vocantur, qui a summo magistratu Ducem sunt donati certis
 conditionibus & legibus; Germani vocant Ducem cum Hertzog, quasi
 ein herr des Zuges, Ducem exercitus:

Marchiones sunt, qui Marchiam administrandam accepit, appellati
 a March. quod limitem significat, siquidem custodes limium oram
 confitentes primi.

Comites olim dicebatur qui palatium principis se quibuscum, hodie illi,
 qui comitatum cum territorio habens. Pacian. lib. 2. cap. 6. num. 1. &
 fons iste omnes docere, quos Germani Gavios vocant, qui sunt iudicis
 unde Ma. cbgravius. Landgravius Palzgravius, Reingravius.

Barones à Baronatu, quem administrant, dicti à gravitate, vel for-
 citudine. Vide de his Borcholt de fœd. Greg. lib. 6. Syntag. c. 10. Alcias.
 lib. 9. parag. 1. d. loc.

Prelati sunt, qui dignitatem ecclesiasticam, cum jurisdictione seculari
 politica administrant ut, quos vocant. Abbates quidam Balivii, commen-
 datores monasteriorum, collegiorum re ecclesiasticorum. De quibus con-
 tra Bozani datur via disputationis.

Civitates imperii sunt, que immediata subsumunt imperio seu regno,
 nullum alium superiorum quam regni summum magistratum agnoscentes,
 que res suam in civitate sua possunt, quantum imperator in imperio, Goit
 1. de pace publ. c. 6. num. 11. lib. 2. obs. 5. 7. num. 7. 8. Contra civitates
 municipales, aliem qualem casarem superiorum agnoscunt. Sunt etiam, que
 mixtum est casum obseruant, et in certis casibus statutum seu ordinem quo-
 dam imperii superiorum agnoscunt, alias respectu priuilegiorum regabunt.

et meri imperij absentia, suam immunitatem tueruntur: Myns. consil. 13: num. 10. Geil. lib. 2. obj. 54. num. 10. & de Arrest cap. 6. Roland. à Vall. consil. L. num. 45. 46. volum. 2. vide sup. cap. 8. de provin in fin.

Speciales ephori regni Gallicani sunt pares curiae, vasalli, principes, Duces, comites, nobiles, à provincijs regni sibi commissis nominati. De aliorum regnum specialibus ephoribus vide Stephan. Iun. Brut. de vindic. contra tyran. quest. 3. Bodin. de Repub. Thesaur. pol. apoclo. 11. Chytraum in Chronica orb. artloii.

Quod si in regno, seu consociatione universalí ejusmodi ephori non sunt, (qui tamen meo iudicio, maxime in bone constituta Repub. necessarij, ob rationes, quas supra in principio hujus capit. dixi,) cum illa, que ephoris alijs demandantur, expediuntur consensu totius populi, tributum, curiatim, vel ceturatiim, aut viri- ritim rogato, aut collecto, adeò ut nulla prescriptio, vel usur- patio contraria huic libertati & juri regni à magistratu opponi possit. Naque enim anni quidquam juri populi domine, sed injuria regis addunt, ut docet ostendit Stephanus Junius Brutus in vindic. contra tyran. quest. 3. Etsi populus fraude circumveniens, vel metu, vique coactus, se passus est in servitatem redigi, restitutionem in integrum habet, uti recte afferit Buchananus in libello de jure regni Scotiae: imò bello dericti, sub jugum redalli & in societatem unius Reipubl. à vin- cente populo recepti, eodem quoque cum illis jure uruntur, uti diximus supra capit. 10. & si forte in iniquas conditiones iusta & metu co- acti consenserit, pro nullis illa habenda sunt. autor de jure magist. in subdit. question. 6. Exemplum barum iniquarum condicionum vide 1. Samuel. cap. 11. 2. & 1. Macchabaeor. cap. 1. 55. Quod si duræ sint, juri naturali, tamen non repugnantes, servanda erunt. vide exemplum de Gibeonitis: Iosue cap. 9. 25. & aliud Ezechiel. cap. 16. 17. Denique negligentia, perfidia, dolo, conspiratione cum principe, præva- ricatione, collusione, vel prodictione ephorum & optimatum, juri po- puli nihil admittitur, nec quidquam licentie tyranni adjungitur. argum. eorum qua diximus supra. Iniquum enim & absurdum esset affre- mpare ephoros in tyrannum posse trasferre, quod nunquam illi habeu- runt,

vane, & corporis consociari iura eisdem disperdere & alienare posse in praetudicium universalis consociationis, refragantibus legib. regni fundamentis & illis in quas juravit summus magistratus, quæque spiratum & anima Reipub. infundens, eamque à congregations latronum et nefariorum hominum distinguunt et separant. ita penes ephoros, non Rempub. et populum proprietas et summum Reipub. jus est, contra quam supra diximus et probavimus.

CAPUT XIX

De regni commissione.

Tantum de ephoris universalis consociationis. Sequitur de magistratu illius summo.

Magistratus hic summus est, qui secundum leges ad salutem & utilitatem universalis consociationis constitutus, iura illius administrat & executioni mandat.

Nam iura universalis consociationis & corporis illius possitici, ratione proprietatis & dominii pertinent ad corpus universalis consociationis, seu membra regni, at verò ratione ulus & administrationis spectant ad summum illius magistratum cui sunt à corpore Reipub. commendata. *Vasquis lib. I. in prefat. illust. controvers. Zuanne. de Romano Imperio nu. 151. & seqq.* & plures alij ^{sup.} in cap. 18. de ephoris allegati. & cap. 24. *Sunt* vero magistratus dicitur respectu inferioris & intermedij magistratus, qui ab hoc summo ordinatur & penderit. Cabotius cum Bodino distinguit inter summum magistratum & regem, seu principem. Ille, ait, ad compus, hic ad perpetuum constituitur. Dictator erat summus magistratus, sed non rex. Sic Vergobretus apud Heduos. Pryanus apud Rhodios, & alij apud alios summi erant magistratus, minime reges. Ac sola temporis prescriptio, non mutat rei naturam. Dictator apud Romanos instructus erat regia monarchica potestate & administratione ad tempus certa definita. Nec regi administratio perpetua data est, sed eò usq; quo recte administrat

ne abutitur sua administratione & non in tyrannum degenerat. Dic-
tator hoc solo differebat ab illo, qui vices regis gerebas, quod ille a domino,
hic a procuratore domini, autoritatem acciperet. Nec minus re de dicti-
tur, qui prescriptam & limitatam administrandi imperii accepit potes-
tatem, quam ille qui indefinitam. & quis nescit hanc magistratus deno-
minations ex consuetudine suam habere potestatem?

Tria, nobis hic sunt dispicienda. Primum est de constitutio-
ne summi magistratus: Alterum est de ejusdem administrati-
one. Tertium est de speciebus illius.

Constitutio magistratus summi est, qua illi imperium &
administrationem regni, a corpore confociationis universalis,
delatum succipienti, regni membra se ad obsequia obligant.
Sex, quo populus & magistratus summam in se marco certis legibus
& conditionibus de subjectionibus & imperii forma & modo pacificantur,
juramento altero citroq; fid: data & accepta promissare.

Pactum hoc, seu contractum mandat, v. stipulationis, ut rule Iu-
nius Brucus, cum magistratu summo initum, utramque partem contra-
bentem obligari dubium non est ad eum ut revocare illum, vel violare, ne-
que magistratus, neque subditis concedatur. lace Pet: Greg lib.7.c alii
num.26.27.28. & imprimis num.7. & seqq. de Repub. Geiblib. 2. obf.
55. num.3.4.5.6. & dicam latius infra capite 24. in fine, & sub finem
hujus capituli.

In contractu autem hoc reciproco inter magistratum sum-
mum mandatarium, seu promittentem, & confociationem u-
niversalis mandantem, praecedit obligatio magistratus, (ut
in contractu mandati fieri solet) qua se corpori universalis confoci-
ationis obstringit, ad regni seu Reipub. administrationem,
secundum leges a Deo, recta ratione atque a corpore Reipub.
prescriptas. Den. c. 17. 20. ibi ne recederet ab hoc praecepto. Iosu. c. 1. 8.
p/alm. 11.9. per rot. 2. Samue. 23. 3: ad utilitatem regni instituendam.
Israe. c. 23. 3 & seqq. & c. 23. 1. 2 & seqq. p/alm. 82. 1. 2. 3. 4. 5. Exech.
c. 3. 4. p/alm. 72. 1. 2. 19 seqq. Novell 85. in prime & latius supra. cap.
18. dicitur. sequitur vero obligatio membrorum regni, seu
populi,

populi, secundum naturam mandati, quo se populus summo magistratu, secundum praescriptas leges Rer. publ. administranti vicecum obstringit ad obedientiam & obsequia, de quibus infra cap. 20 de promissione obsequiorum.

Tantum autem juris habet hic futurus magistratus, quantum illi a corporibus consociatis, seu membris regni, est expresse concessum, & quod non datum ipsi est, id penes populum, seu universalem confociationem remansisse dicendum est. *Vasquinus lib. 1. cap. 47. num. 13. illust. controverfo. id ex natura contractus mandati. vid. cap. 36. & sequens 37.*

Quo minor autem est potestus eorum qui imperant, eo diutius stabillusque stat imperium. *Aristoteles lib. 5. polit. c. i.* Tuta enim est potentia ea, qua viribus modum imponit, quaque volentibus imperat, quae legibus est circumscripta, ne sele efficerat, luxurietque in perniciem sacerdotiorum, aequa in tyrannidem degeneret. Ideo Aristoteles recte afferit, regem unitas babere vires & potentiam conuenient singulis sit poterior & multitudine inversa impoterior. *Absolute potestus, seu plenaria potestatis, quam vocant, summo magistratu dicitur potest. Ciceronius lib. 3. vix. resolut. cap. 6. num. 3. Pinell. part. 1. c. 2. in rub. C. de rescind. vend. num. 25. Crat. versus de antiqu. temp. part. 1.*

Ex quo contractu mandati apparet, populam, seu regnum, dominum plenum esse omnis Imperij & potestatis, cuius liberrima dispositio, proprietas & usus fructus, ad corpus consociatum, seu populum unicum pertinet, qui non secus ac priuatus, rerum suarum liberam habet administrationem, dispositionem & dispensationem, ita ut commoda & onera, seu incommoda, compendia, fructus, emolumenta omnia & dispensia hujus administrationis & imperij ad populum, in corpus unum regni, seu Rer. publ. unicum, tanquam ad Dominum, perservant. Deinde apparet ex hoc contractu jas summo magistratu a populo datum, esse minus populi jure & dictum, non ipsis proprium. Ideoq; nec principis hac in re parem esse potestatem cum populo, seu regno, sed longe minorem & inferiorum, quae ex regni arbitrio & prescripto pendente & morte mandatarij ma-

Ef

gistratus instar mandati contractus finiatur & ad dominū suum, mandatores scilicet statut & membra universalis consociationis, seu populum, qui nunquam moritur, l. proponebatur. 76. de Iud. revertatur. Huc faciūt que scribit Vasqu. lib. I. cap. 42. & c. 43. illus. contr. Dominic. Soto lib. 10. quæst. 3. & lib. 3. de Iust. & jur. quæst. 6. Cajet. in Summa. Rosenthal. lib. I. cap. 5. conclus. 10. & 11. de feudis. Covarr. cap. 4. præd. quæst. Heigius quæst. 4. num. 25. & seqq. lib. I. Peregrin. de Iure fisci lib. I. sit. 2. num. 7. 72. Forma & fines mandati hujus sunt decalogus, leges fundamentales regni & que ipsi in electione prescribuntur & in quas electus jurat.

Quapropter rectè Vasqu. lib. I. nu. 108. in prefat. et c. I. illus. contro. & Dana. lib. I. c. 4. in polit. christ. dicunt, populu suo magistratu priorem tempore & natura, digniorē esse, & magistratum constituisse, & dissentientes refutat, argumēto Gen. c. 25. 12. 14. & seqq. & c. 36. ubi principes ex posteris Esa, tempore posterioribus, narrantur. Itaque nullum unquam regnum, nullā ve Respub. instituta, fundataque fuit, nisi ultero citroque, habito initio quis contractu, pactisque inter subditos, & futurum eorum principē convenitis, & obligatione mutua constituta, quam utrique religiose conservarent; & qua violata potestas illa evanesceret ac colleretur. Vnde sequitur, populum sine magistratu esse posse, sed magistratum sine populo non posse existere. Et populum magistratum creasse, non contrā. Latè Vasqu. d. loc. nu. 105. et seqq. et c. I. Illus. cont. et c. 47. num. 5. Euseb. Philadelphus in Dialogo secundo, de bis Coriabelli Gallici et Steph. Iun. Brut. quæst. 3. de vindict. Sunt ergo reges à populo et causa populi constituti, ejusque ministri, quibus salus Rcp. est commissa. Floroman. de antiquo iure regni Gallici cap. 19. cap. 23. Magistratus, seu princeps est mortalis et persona singularis, regnum, seu universitas, immortalis, perpetua. d.l. 76. proponebatur de judic. Mortuo rege, jus regni devolvitur ad statut illius et ordines usi diximus. Clapmarius. de arcan. Rerump. cap. 21.

De constitutione summi magistratus & de ejusmodi pacto, & contractu inter magistratum summū, ephoros, populum totum corporum consociationum representantes, extant precepta, exempla plurima & rationes evidentes.

De præcepto extat Deus. cap 17. 14. Cum ingressus fuerit in terram, quam

quam Iehova Deus tuus dat tibi, ut hereditario jure possideas illam. & habebitis in illa, si dixeris, statuam super me regem, huc omnes gentes, quae sunt circum: i. s. tunc statuimus super te regem quem elegit Iehova Deus tuus, et seqq. Deut. c. 16. 18. Rom. c. 13. 1. omnis anima potest esse sub superioribus subjecta est. 5. Quapropter, necesse est subiici non solum propter iram, sed etiam propter conscientiam.

Exempla vero passim occurruunt ut Iudie. cap. 8. 22. Postea dixerunt Israelite singuli Gideoni, dominium habe in nos, cum tu, cum filius tuus, cum nepos tuus, quia servasti nos e manu Midianitarum et c. 9. 6. cum congregarunt se omnes Schecemita et omnes incola munitionis abeantiesque constituerunt Abimelecum in regem apud planitatem statua, etc. et c. 11. 2. Dixerunt caucem populus principes Gilbadis alter alecri: Quis ille vir erit, qui incipiet pugnare contra Hammonitas in esto primarius omnibus habitatoribus Gilbadis. vers. 7. ut abirent seniores Gilbadis ad assumendum Iiphsbachum e terra Tobi. 8. Et dicerent illi, veni et sis nobis duktor, ut pugnemus contra Hammonitas. 10. Sic eris nobis primarius. 11. Dixit ergo Iiphsbach senioribus Gilhadis. Quandoquidem reducitis me ad pugnandum contra Hammonitas, si expouserit eos Iehova mibi, ego futurus sum vobis primarius. 12. Tum dixerunt seniores Gilbadis Iiphsbacho; Iehova cognoscet inter nos, nisi secundum verbum tuum, sic fecerimus. 13. Constitueruntque populus ipsum super se primarium & audorem, &c. & judeo. cap. 12. 7. 1. Reg. c. 12. Tum abiit Rechabeam Schecemum nam Schecemum conueniebat totus populus Israe et ad constitutendum cum regem. 1. Sam. c. 8. 4. Quamobrem congregantes se omnes seniores Israelis, venerunt ad Samuelem Ramam. 5. Et dederunt ei, Ecce, tu seruisti, & filii cui non ambulante in vijs suis; nunc praepone nobis regem ad vindicandum nos, ut habent ois iste gentes. 10. 19. 22. et c. 9. 16. 2. Reg. c. 14. 2. 1. cum assunentes totus populus Iehada Ha- xariam, qui erat natus. 17. etiadas, constituerunt cum regem pro patre ejus Amazias & c. 15. 2. Sam. c. 5. 3. venerunt quoque g'es seniores Israelis ad regem Chebronem, quibus cum pepigit rex David fadus Chebronie coram Iehova, & induxerunt Davidem in regem super Israelem. Chro. c. 36. 1. 2. 2. Sam. c. 16. 18. ibi, quae ex elegerit Iehova ex populus hic, ac omnes Israelites.

C. Deuteroc. 16. 18. Indices & moderatores constitutio tibi. 1. Sam. c. 12. 1. 15. Ios. 9. 6. 7. 15. 16. 1. Sam. c. 11. 1. 2. 1. Reg. c. 2. 1 5. ibi, ut eis con-
vertisse omnes Israelitas faciem, ut regnarem &c. 1. Chron. c. 11. 3. 2. Chron. c. 3. 3. 2. 5. 1. Reg. c. 1. 2. & seqq. 2. Reg. 11. 1. 7. Tunc pepigit.
Iacob ad fidus in teor Iehovam & regem ac populum, ipsos fere populus
Iehova: & inter regem & populum. 2. Chron. c. 23. 3. 1. Sam. c. 10. 19.
ibi, regem propones nobis c. 1. 3. 1. 4. ibi, dñe iste nabi, neque quan: sed rex
regnaturus est super nos. 1. 5. Nunc igitur ecce reg: in illo, quem elegitis
quoniam possistis, ecce inquam praefecit vobis Iehova regem. Et v. v. seqq.
Hic dicitur etiam Deus eligit eum qui postea a populo elegitur & con-
stituuntur. Ratio est, quia Deus suffragia eligentium regem & approbat,
nisi fallit in electione Saulis. 1. Sam. c. 9. 1. 6. iudeo cap. 10. 17. 1. 8. &
David. 1. Sam. c. 1. 6. iudeo cap. 2. Sam. 5. 3. & Salomon. 2. Sam. c. 7. a.
13. 2. Chron. c. 20. 5 iudeo. 1. Reg. c. 1. 3. 2. 1. Chron. c. 28. 1.

Hac de ratione recte judicas & scribis Covarruvias. praticas quae C.
c. 1. num. 4. Ad iusto principatus rationem, inquit, qua a libere Repub.
communis consensu deducitur. Tatis est plebis, vel optimatum suffra-
gio, aut denique hereditaria successione, jure primogenitis generaliter regiam
dignitatem deforri. Hac etiam conclusio duas sortient partes, usque
tamen eandem justitiae rationem habet, consensum scilicet populi & Rei-
pub. expressum, vel tacitum. Prior tamen pars premittit principem ele-
ctionis confidit per ipsum populum, aut per optimates, qui populi ac Rei-
pub. & communis nomine consensum omnium in electione sibi regem
preferant. Dantib: 6. polie. Cor. E. in apborismis. V. apq. lib. 1. c. 4. 7.
num 5. & c. 1. illa: C. condon. sed ita, ut mortuo electo summo magistratu
que maiestatis ad electorem redat. Idem Covarruvias d.c. 1. nu. 3.
conclu. 1. praeclare, corporalit, ait, potestas, civilisque jurisdictio tota
& supremam, penes ipsam Repub. est: idcirco is enim princeps temporalis
omnipotensque superior, Repub. regnum habentius, quod ab eadem Repub.
fuerit electus & confitentus, quod ex natura et ipso iure gentium ex na-
turali confitit. l. 5. ex hoc jure, ibi, differunt gentes, regna condita de iust.
et iur. l. 2. Sexadie. de de origin. iur. l. 2. de const. prim. Huius pro-
positio, ait Covarruvias eo confitit, quod ut ipsa natura beatus sit ita influens
sunt.

sunt, ut nisi humanas in sollicitus ceterias, planè percipiunt lumine na-
turali, in quævis hominum civitatis societate, que ad eam tam genere huma-
ni conducit, omnino conscientiam esse necessariæ gubernatorum quæ
dam, potes: quem sit illius societas regimus & cura: eumq; non posse ab
alio, quam ab ipsa societate constitue; ita quoq; Vespas. lib. 1. c. 1. & c.
47. num. 5. vide que dicit sup. cap. 16 & que habet Aristot. libr. 3. poe-
ticæ. cap. 10. §. 13.

Nam, ut dicit Dame. lib. 1. cap. 4. potius ne inferiores insignioris
à potentioribus opprimerentur, ad unum aliquem requirant & justitia
laude insignem, docuerunt; quem sibi certis legibus, certisq; condicio-
nibus in regem, aue principalem elegerent. Itaque recte dicit Plin. in pa-
neg. yr. ad Traj. Principem summum esse jure patreudo, veluti officiari-
um Reipub. obstrictum, ac tota ipsa Rep. suorum regnum ostendunt.

Exempla etiam aliorum populorum ejusmodi pacium comprobant.
Tale enim pacium in se Ephorus & rex Spartani, inter Cymru re-
gent & Persas intercessisse, auctor est Xenophon. lib. 8. Cyriped. incor-
ponacum populumq; Romanum & Casares. Hellenas. lib. 2. Servato
lib. 17. ut, patriam conquisisse opus imperij administracione
Augusto acque conquisisse, eum pacis & belli donum in unum ad vitæ tem-
pus. Ita & de Caligula Suetonius scribit in Caligul. cap. 14. ita
& bodo Germanos cum electo Casare pacisci constat eis constitut. im-
perii. Ita inter statas. seu ordines regni Galli, Polonici, Angli-
ci, Danici, Suadici, Hispanici, Aragonici, Lusitanici, Belgici, & re-
ges illorum regnorum pacta inire, constar ex analibus horum populorum et
regenerant. nata Seeph. tun. Brut. de vindic. quaest. 3. Franci. Floroman.
de antiquo jure regni Galli. c. 6. & c. 12. ubi pluridus probat & com-
mendat. & Gregor. lib. 7. cap. 19 num. 7. & seqq. de Repub. qui ibidem
cauenum num. 9. i. o. non recte abserit in regno. quod tunc belli est adquie-
scimus, non locum habere illud pacium. Nam siue supra cap. 9. dictum
est, recte recipimus in communione & societatem ejusdem Repub. &
cives illius sunt, & per consequens particeps sunt, pacti illius iuris cum
victore. Deinde quando hinc vobis aliis magistratus suum faccio-
nes diligendæ atque invocatio & alabationis, tota populo, iurisdiction est. Ele-

Elio. Verò non sit fine pacto hoc, ut patet ex præcedentibus. Falsum igitur est, quod cum relegatis politicis Gregor. d.c. i. 9. dicit, summum magistratum, qui reludans populum bello justo subcepit, ex tali pacto non esse obligatum viciis. Quod si vicos omnes facit servos, neceſſe habere regiones et provincias devictas alijs colonis inhabitandas tradere, qui pariem Reipub. illius constituant. vide que dixi supra cap. 18. de Ephoris in fine.

Rationes evidentes hujus constitutionis summum magistratus plurima sunt. Nam hanc magistratus summi constitutionem sua fit, utilitas et necessitas Reipub. summa. Nam teste Cicer. li. 3. de legibus nihil tam apertum est ad ius conditionemq; natura, quam imperium, sine quo nec domus ulla, nec civitas, neq; gens, nec hominum universum genus stare nec rerum natura omnis, nec ipse mundus potest. In apibus princeps et rex unus est, quo preſenzo totū agmen tenetur; quo amissio dilabitur, migratio ad alios, et sine rego esse non potest. Sic navis sua nauclero, bellum sine duce, corpus sine anima regi non potest. Anarchia generalis distractio vel auxilias actias calamitarum publicarum et privatrorum leviora. Dan. li. 6. c. 1. poli. Greg. lib. 6. c. 1. c. 2. de Rep. et li. 4. c. 5. Iudic. c. 17. 6. et c. 18. 7. c. 19. 1. c. 21. 2. 5. et cap. ult. in fine. Temporib. illis non erat rex in Israele, et quisq; faciebat, quod rectum videbatur in oculis suis. 2. Cbro. c. 15. 3. 4. 5. et seqq. Esa. c. 3. Dan. c. 9. 5. 6. et seqq. Psal. 10. 1. 2. Psal. 12. 1. Psa. 8. Psa. 75. 3. et Psa. 101. 6. 7. Prov. 20. 3. 26. dissipat rex sapiens impios. Psa. 82. 5. ignorantibus et non animadvercentibus. magistratus in tenobris indesinenter ambulanibus, dimovens oīa fundamenta terre. Senec. li. 1. de clemētia: Istud, inquit, est vinculum, per quod Regis coheret, ille spiritus vitalis, quem eis misericordia trahit, nihil ipsa per se futura nisi omnis et preda, si mens illa imperij suberabatur. Ideo Lipsius li. 2. c. 1. polit. magistratum fulcum rerum humanorum vocat. et felix populus ille, cui bonus infelicissimus, cui nullus vel malus magistratus obregit. vid. Esa. c. 3. 5. 4. 5. 6. et seqq. et Psa. 82. 5. Eccl. 10. Symmetria etiam in circulis hac societate necessaria, que non nisi ex diversitate imperantiis et obtemporentiis. Nam, ut ait Pet. Gregor. quoniam admodum ex diuersi rationi fidibus ad symmetriam intensis, sonus dulcissimus oritur et melodia suavis, gravibus medijs utris coniungit, ita in repub. ex imperantiis et oblationibus, divisionum et variarum proportionum artificum

ſicut, ſed eadiorum. & diuerſorū graduum, perſonarū, conſenſu & con-
cordia, concēdus, quā ſua viſimur oritur & conveqens: Nam ut quod uni
voci deſt, ex alia ſuppletur & coſumicatur: & ut bona harmonia naſci
non poſet ex chordis unius toni, ſic nec Reſp. coſiſtere poſſet, ſi oēs eſſent
equales, qui meo coſidererent ſibi obſequi, aut inſervire, aut ſinguli pro
arbitrio vellent, a iis regere, & alij recuſaret regio, unde diſcordia, ex qua
diſſolutio ſocietatis. Et huius eſt gradus virtutis & meritorū ſumma
inequalitas coſtitueretur. Hicce addo etiā, quod tāta ſit hominiſ ſuper-
¶ Præceptum nonum, agit de bonâ famâ & existimatione sibi & proximo conservanda & defendenda per testimonium honestum, & opinonem justam et facta honesta. Galat. c. 6. Prov. c. 10. 12. Philip. c. 4. 8. Sirac. c. 41. 15. 16. c. 44. 8. & seqq. Negativum prohibet invidiam, suspiciones pravas, Omnis generis concilia, diffamationes, detractiones sive ille sunt verbis, scriptis & sive facto gestûe. Levit. c. 19. 16.

Præceptum decimum, agit de concupiscentia, & in singulis aliis præceptis secundæ tabulæ suam vim exerit.

In hac tabula secunda sunt præcepta concernentia statutum politicum & Reipub, uti magistratum, sicuti est præceps in ordine quintum: vel personas, aut bona subditorum, uti sequentia nimisrum. 6. 7. 8. 9. & 10.

Quæcum hisce tabule secundæ præceptis pugnant, illa def. cuntur iniqua, quibus id fieri iubetur, vel prohibetur, quod quisque pro sua vocatione, aut publica, vel privata proximo ex caritate facere vel omittere debet. Deus aliquando relaxat & pro summa suâ sapientiâ remittit quæ præstâda. Junt ex præcepto quinto, sexto & octavo. Ita Abraham mandat filium occidere & immolare contra præceptum 6. Decalogi. Sic & Ehud regem Egmonem interfecit. & Iehu Ioramum ex speciali Dei jussu. Ita Hebreis concedit non reddere murum & Egyptios spoliare: Ita polygamiâ populo Iudaico permisit: ita libellum repudii: matrimonium cum defundi fratri uxore vidua relata, & alia plura, que in secunda tabula expresse sunt prohibita. Sed hæc dispensandi potestas hominibus non est concessa vide Petr. Martyr. I. Sam. c. 21. 6. Vasqu. lib. I. cap. 27. illus. controversial.

Quamvis autem hæc lxx moralis omnibus ejusdem gentibus sit communis, tamen veritas ob causas dicitur solum Iudeis & Iraelitis, ut propria prescripta fuisse, uti constat ex Deut. cap. 4. c. 6. c. 18. Psalm. 78. 5. 6. Psalm. 103. 7. Psalm. 147. 20. Hebræ. c. 8. 8. 9. Exod. c. 21. & pluribus alijs locis: Primo ideo, quia ob bujus transgressionem solum Iraelitas castigatos sape legamus: Deinde, quia promissiones hæsis tam

Mm 3

ad Iraelicas pertinobant, non ad gentes. Ergo & ipsa lex. Tertii gentes Apostolus ex lege natura, Iraelicas vero ex Decalogo arguit, Roman. cap. 1. cap. 2. cap. 3. cap. 9. Omnibus vero hominibus hæc lex prescripsa est, quatenus cum lege naturæ omnibus gentibus communis, consensit, eamque explicat & à Christo nostro regi est repetita & confirmata, Mat. cap. 5. vers. 17. Hanc Theologorum communem esse sententiam dicit Zanchius in oper. redempt. cap. 11. thes. 1. lib. 1.

Quod dicunt hæc lex abrogata & antiquata Roman. cap. 6. 7. Galat. cap. 4. 1. Timoth. c. 1. intelligendum, quoad maledictionem, & quam præponit illa veteris Testamenti & Mōs est, Hebr. c. 8. Galat. c. 3. quam nunc aliter Christus quam Mōses olim administrat, & quatenus hodie lex facta per gratiam, qua oīm grave onus, Actor. c. 15. v. 10. 1. Job. c. 5. Ergo quoad illa, qua nobis pernicioса hæc lex abrogata, fecit, quoad illa, qua nobis utilia, & quatenus per eam ad appetendum & percipiendum iustitiam Christi, tanquam per pedagogum preparamus &ducimur. Novum præceptum dicitur lex hæc, quò ad modum, quo nobis inscribitur per Spiritum Sanctum. Iohann. cap. 2. vide Zanchium cap. 28. de abrogat. legis.

Propria lex est, quæ ex lege communi, pro loci cuiusque utilitate, conditione & natura, aliisque circumstantiis particularibus, à magistratu concipitur & constituitur, ut doceat peculiaria media, viam & rationem, quibus licet certæ Reipub. alicujus hominibus, naturalem illam æquitatem præstare, observare & colere.

Hoc ergo jus proprium, nihil aliud continet, quam præixin naturalis communis juris, politia alicui speciali accommodatam, quomodo scilicet singuli cetera alicuius Reip. cives ad naturalem illam æquitatem contendere & pervenire possint. Unde famula & ancilla juris communis dicitur & pedagogus nos ducent ad observationem communis juris.

Hæc lex ob duas potissimum causas constituitur, ut ait Zanchius, primam, quia non omnes homines eo ingenio valentes, ut ex illis generalibus principiis juris communis, particulares conclusiones & leges pro necessaria & condicione circumstantiarum cuiusque negotii, colligere possint.

Deinde

Deinde, quia lex natura, non ita efficaciter cordibus hominum est inscripta, ut ea sit ad homines à malo coercendum & ad bonum impellendum satis officia: cum illa doceat tanum, inclinet & accuset homines. Necesse igitur est, ut proprium jus accedat, quo homines, qui nec amore virantur, vel odio vitii docuntur, timore pena, quam hoc jas in transgressores juris communis statuit, coercentur. arg. Rom. e. 13. 3. 4. quo sensu dicitur, iusto non esse legem positam, sed injusto ad Timor.

Propria hæc lex habet membra & species.

Membra illius sunt duo, quædam scilicet convenientia eius cum iure communio, & quædam discrepantia ad eodem ut recte Iustinus observavit, in libello de politia Mosis observat. & docet Ist in l. 6. jus civile. de just. & jur. Nam, si bac nihil aliud præcipere, quam communis lex, non constitueret speciem novam: si prorsus contrarium juri communi statueret, iniqua esset, que legem communem alias immutabilem, faceret mutabilem. Necesse igitur omnino est, ut non prorsus discedat à communi lege, si quis non in eorum fieri contraria, neque omnino & in eorum convenientia & eadem cum illa sit. l. 6. jus civile. de just. & jure, ubi Dd.

Convenientia huius cum iure communi est in analogica deductione ex principio, subiecto occupante, & fine utrique juri communib[us].

Principium est recta & certa utriusque juris ratio, qua utrumque nititur, & justum concluditur, vel dicitur.

Subiectu occupans est idem negotium & actio, de quibus utrumque ius præcipit, & circa quæ versatur utrumque.

Finis utriusque est iustitia & pietas, seu sanctitas, & equitas eadem, bonumque commune in societate humana.

Discrepantia huius à jure communi est, qua in adcommutatione ad particularia negotia, propriū jus à communi non nihil recedit, aliquid illi addendo, vel detrahendo, ob circumstantias particulares & speciales. l. 6. de just. & jur.

Recedit autem ex causa duplice, quarum utraq[ue] necessitatem quid addendi, vel detrahendi jure communī præbet atq[ue]

ea mutabilitatem, seu possibilitem & necessitatem iusque mutationis iaducit.

Vna est melior informatio legislatoris, ex evidente ratione atq; utilitate, ob quam ab eo iure, quod diu æquum visum est, receditur. l. 2. de *constitutus principi*.

Altera est conditio & affectio, seu natura in negotii circumstantiis, personis, rebus, loco, vel tempore. Harum circumstantiarum, cum variis diversa, inconstans & mutabilis sit conditio & natura, fieri non potest, ut unam eandemque dispositionem iuris communis per omnia & in omnibus hoc proprium admittat. ut dicit Iunius & Zanchius cum l^{vi}.

Ideaq; quoad hanc circumstantias, & discrepantiam à jure communi, recte hoc ius mutabile, seu mutationi obnoxium esse dicitur: sed quoad convenientiam, quam cum iure communi habet, omnino immutabile. prout l^{vii} & cum hisce Iunius, Zanchius, Martyr, & Bucerus afferunt. Sic lex communis, seu moralis ex suis principiis concludit, maleficos esse puniendos, at de pena nibil tradit. Lex propria vero in specie adulteros, homicidas, & similes morte puniendos tradit: quandoque pro ratione circumstantiarum mitiori pena: ut etiam diverse pena in lege Mosaica de hisce delictis existat. Lex communis Deum colendum præcipit: Propriæ lex, id in die septimo quovis per agendum esse tradit. Communis igitur lex in genere præcipit: propria vero derelinquit, & pro usu, utilitate & circumstantijs negotij cuiusque accommodas. Ideo præcepta Decalogi moralia sunt generalia, nullam penam certam speciem & definitam additam habentia, quam postea lex forensis politica determinat & addit pro ratione circumstantiarum cuiusque facti.

Propriæ hæc lex, alia apud Iudeos in politia Iudaica; alia apud Romanos; alia apud alios populos & alia apud Germanos hodie.

Propriæ lex Iudaica est duplex, ceremonialis, vel forensis, seu judicialis. Roman. cap. 9. 4. ibi quorum est adopcio & gloria & fæderis & legis conficiens & cultus. Hebreo. p. 4. 1 Reg. 6. 2. 20. 3. 4. 2. Chron.

2. Chro.c. 19.8.10. Iosu.cap ult. 25. ibi, statuta & judicia communio-
nem barum legum non habentes, Iudeis dicobantur peregrini. Ruth c. 1.
6. 2. c. 3. Job.c. 15. 24. 25. 26. 27. Exod.cap. 21. 21. c. 23. 9. Levit. cap.
19. 33. incircumcis. 1. Sam.c. 17. 26. 27. Levit.c. 26. 41. Att.c. 7. 51.
genses. Act.c. 13. 46. 47. 48.c. 15. 30. 4. 5. 9. 10. c. 16.

Ceremonialis lex iudeorum erat, quæ per politicas, vel
ecclesiasticas quasdam actiones, vel res, ad primæ tabulæ obser-
vationem & cultū, ob significationem directa erat; seu quæ
inseriebat pietati & cultui divino, vocatur alibi ceremonia.
Deus, c. 4. 8. 9. 14. 6. 1. 17. 20. c. 11. 1. Exod.c. 12. 26. 27. festimo-
nium, Deut. d.c. 4. cap. 6. 1. 20. 17. Cultus & religio, Exod. cap. 25.
26. 43. 44. c. 12. 26. 27. Rom.c. 9. 4. ritus. Ephes. cap. 2. 15. mundi
elementum, Galat. cap. 4. 3. Junius vocat jus ecclesiasticum: lugum
& servitus tropicè dicitur, Galat. c. 4. 2. 1. c. 5. 1.

Convenientia, qua hęc lex cum communi consentit, con-
sistit in pietate & tota tabula prima, ad quā ducere debet per
exercitia & media legitima, quæ populo iudaico prescripta
alia & alia nobis.

Vnde reddē docent Theologi, in cultu ceremoniali tria observanda, ut
ille placeat Deo. Primum, ut ceremonia ista inserriant vera pietati,
fidei sp̄i, & charitati, ut internus cultus cum exterius ceremoniis con-
jungatur. arg. Ioban.c. 4. 2. + Alterum, ut populus sigilla, quibus promis-
siones Dei obsignarentur, habeat. Denique ut hisce ceremoniis & cultus
externo populus Dei à ceteris distinguatur. De quib. Rom.c. 4. Heb. 8.

Dit c̄repantia, qua non nihil hęc à communi lęge discedit,
consistit in peculiaribus quibusdam factis & exercitiis, perso-
nis, rebūlve, quibus populus iudaicus illo tempore & loco
ad tabulę primę observationem & cultum ducebatur.

Vnde pedagogus hac lex ad Christum vocatur ab Apostolo ad Gala-
tas. Quid si ab interno & spirituali cultu, à pietate & re significata se-
jungatur hęc lex, Deo non placet. vide Esa.c. 1. 11. c. 66. 3. Psalm. 50.
8. Osee c. 6. 6. Mic.c. 6. 7. Psalm. 40. 9. Amos.c. 5. 21. Malach.c. 2. 12.
Proph.c. 18. 8. c. 21. 27. Hebr.c. 10. 5. 6. Jerem.c. 6. 20. c. 7. 22.

Quoad hanc discripaniam, lex hęc ceremonialis sua natura est mutabilis. Quoad convenientiam verò immutabilis & constans permanet.

Species legis ceremonialis sunt tres. Sunt enim quædam de adumbratione rerum præsentium; quædam de præteritum; quædam de futurum rerum adumbratione.

De significatione & demonstratione præsentium, sunt illa quarum exempla extant. *Gen. c. 37. 34. 6. 44. 13. 14.* *Num. c. 14. 6.* *Iosu. c. 7. 6.* & *passim alibi.*

De significatione & recordatione rerum præteritarum sūt, quærum exempla extant de Pæchate, manna, & no serpente. *Deut. c. 26. 1. 2.* & seqq. cap. *6. 20. 21. 22.* & seqq. cap. *8. 2. 3. 4.* & alia de quibus. *Iosu. c. 4. 5. 6.* *Judic. c. 1. in fin.* *Exod. c. 12. 2. 6.* & seqq. c. *16. 12. 33. 34. c. 23. 15. 16. 17. 18.* & *passim alibi.*

Ad futurum & præstandarum rerum memoriam pertinet, quibus de futuro beneficio Dei homines admonebantur. *Galat. c. 3. c. 4.* *Heb. c. 10.* & *passim alibi*, tales erant leges de sacramentis & sacrificiis Iudeorum, & festis diebus, & alię quam plurimę; *de quibus in Exod.* & *reliquis libris Mosis.*

Observandum hīc est, quædam leges ceremoniales, suā naturā tales esse, quædam per accidens.

Naturā suā ceremonialis est, quæ suā internā affectione, principio, ortu, subiecto, & fine ceremonialibus, talis est à Dco imperata. *Levit. cap. 25. 23.*

Per accidens verò, quę affectione accidente & appendice adveniente, ceremonialis efficitur, cum alias natura sua civilis sit & forensis, ut est sanctificatio sabbathi. *Vide Iun. c. 7. de polit. Mosis observat.*

Forensis Iudeorum lex erat, qua illi ad observationem & obedientiam utriusque tabulæ, seu juris communis, in sua politia informabantur & instruebantur, ad societatem humana pro rerum, personarum, loci, temporisque circumstantiis

stantiis inter se colendam.

Vocatur alibi legis constitutio. Roman.c.9.4. qui sunt Iraelite: quorum est adoptio & gloria, & pacta & legis constitutio &c. ubi Beza innotis. Vocatur etiam judicium. Exod.c.21.1. Num.cap.ulc, 13. Levit.c.26.3.15.

In hac lege forensi est aliiquid mutabile & aliiquid immutabile atque morale.

Mutabile est omne id in quo à lege communi morali variat & recedit.

Immutabile est, quod commune habet cum lege communi morali, nimirum idem principium, obiectum, & finem hujus forensis legis, ut doctè explicat Franciscus Junius de polit. Mos. observat. cap.3. & c.1. acq exemplis ex Deut.c.13.6. Exod.c.23.5. 6.8.9.18. illustrat.

Species hujus forensis legis videntur esse duæ.

Quædam enim ex his merè politicæ: Quædam verò modo quodā sunt hieraticæ, seu ecclesiasticæ, quales sunt, quæ vulgo vocantur sacerdotalis ordinis, loco, tempore & modo agendi, ad tollendam confusionem & dissidia, inservientes. de quibus alibi Apostol. 1. Corinth.c.14.34-40. 1.Timot.c.1.12.c.4.8. 1.Cor. cap.11.33. Eiusmodi sunt, que ad venerationem & autoritatem verbo Dei conciliandum spectant. Psal.26.8. Psal.27.4. Deut.c.22.5. 1.Corinth.c.11.14.15.

Hujus generis etiam sunt, quæ serviant ad conservandum corporis vigorem, & carnis lasciviam domandam, quò promperior & parvior homo ad cultū divinū Deo præstandum fiat. 1.Tim.c.4.8. Luc.c.21.34. Matth.c.17.21.1. Corin.c.9.27,c.7.26.28.32.34.35. Ephes.c.6.4.

Referunt alii has sacerdotiales leges ad legem ceremonialem, sed malè, ut patet ex definitione utriusque legis: sed & Junius eutactus leges forensibus civilibus annumerat. c.6. & 7. de polit. Mos. observat.

Observandum hic, iæpè unam eandemque legem, diverso respectu dici moralem, seu communem, ceremonialem, & forensem, atque adeò mistam.

In ejusmodi legē quod morale est, id perpetuum; quod iudiciale, id mutatis circumstantiis mutari: quod ceremoniale, id perire existimandum est.

Tale est praeceptum de sabbatho, Deut. c. 5. 20. Exod. c. 16. 29. c. 20. 8. 9. c. 31. 15. Levit. c. 19. 3. 30. c. 23. 3.

In bac morale est, quicquid est de cultu Dei, quatenus in uno aliquo ex septem diebus conservatur, exorcetur & reminetur exercitus pietatis, lectio, meditatione & auditione. Politica forensis est cessatio, quietus & feria à laboribus & curis mundanis die septimo, qui nobis est primus bebutus, non continuus laboribus te, aut tuos fastigies & conficias, Exod. cap. 23. 12. Deut. c. 5. 14. 20. Ceremoniale est tempus in hebdomade diei septimi praesertim Iudaicis prescriptis ad recordationem creationis à Deo absoletæ, Genes. c. 2. v. 2. Exod. c. 20. 10. 11. Et ad recordationem liberationis ex Aegypto, Deut. c. 5. 15. juncto Exod. c. 12. & quietus futura in calis & à peccato. Iunius c. 8. d. loco. Exo. c. 31. 15. Ezech. c. 20. Esa. c. 66. 23. Hebreæ. c. 4. 8. 9. 10. Zacheb. in explicat præcept. 4. Cum hodie observetur dies primus septimanæ, quo beneficium redemptionis compleatum est. 1. Corint. c. 16. 2. Ad. c. 20. 7. & novam hebdomadem incepit in regno suo.

Ejusmodi quoque est lex de homicidiarum involuntariorum receptu & asylo. Num. c. 35. Deut. c. 19. 3.

In bac enim moralis est legitima vindicta de homicidis sumenda; ceremonialis est christiane liberationis typus in mansione in loco perfugii, usque ad mortem summi sacerdotis, Zachar. c. 9. 11. 12. & seqq. Forensis, ut confessus judicare & de causa cognoscere posset, ne ante legitimam cause cognitionem autor eadis ad penam raperetur.

Hujus generis est etiam lex de pseudoprophetis, apostatis & transfugis. Deut. c. 13. c. 17.

Hic enim morale est, sollicitationem ad defensionem & Dei abjurationem & Apostasiam, puniendam esse, non illi parcendum, nec illam ferendam esse. Ceremonialis est ratio particularis in Iudaicis, & multiplex significatio rerum spiritualium & locus in terra Canaanæ. Forensis erat pena mortis, apud Iudeos ob circumstantias varias & plurimas usitata.

Huc

Huc refero etiam legem de purgatione homicidij, cuius autor incertus est, de qua Deut. c. 21. ubi Iunius declarat, in qua morale est, de homicidio queri & cognosci oportere. Ceremoniale est, capi vitulum abjugem, in vallem asperam produci, &c. Politicum est, ista ordine fieri ad communem purgationem.

Quibus addo legem de lepra, quae extat Levit. c. 13. 44.

Hac etiam ceremonialis est, quatenus per illam lepra spiritualis, peccatum scilicet, ejusque natura notatur. Politica, quatenus ex externo habitu & vestitu leprosus cognoscatur praeterea aliis. Moralis erat, quatenus consorcio hominum, ob contagionem leprosus erat exclusus. Sic & sacrificiorum oblationes, de quibus extat Num. c. 18. 21. 24. Levit. c. 27. 30. Deut. c. 14. 5. 20. 28. morales erant, quatenus confirmabant fidem offerentium & gratiarum actionem continebant.

Forenses & politicae, quatenus serviebant ad ministrorum sustentationem, & Iudeos ab aliis gentibus discernebant. Typica, quatenus representabant penam & mortem peccatis nostris debitam.

Sic et decimae ceremoniales erant, quatenus testabantur omnia nostra Deo deberi. Forenses & morales, quatenus stipendia sacerdotum erant in politia Iudaica.

Ita & lex de cadavere suspensi ante solis occasum est crucifixus tollendo. Deut. c. 21. 22. quae typica est in eo quo denotat Christi passionem & est cruce depositionem. Moralis in eo, quo pena habet denotionem & propria forensis, quatenus in politia judaica erat recepta illigata accommodata ad tempus.

Si similiter lex de anno luctuoso lata. Levit. c. 25. Deut. c. 15.

Hac enim moralis erat, quatenus continebat & praestabat operis & operarum & opiorum, debitorum & onerum excussionem, quam pauperes iubabantur: & ceremonialis, quatenus futuram illam a peccatis liberationem per Christum praestandam significabat, Luc. c. 4. 17. 18. 19. 20. 21. Forensis erat, quatenus anno 50 non alio fiebat, & tribuum differentiam & conservationem continebat in politia judaica.

Sic & lex de pullis nimis mature non ablactandis & necandis. quae moralis erat in hoc, quod eis horum pullorum valeudini horum

minis incommodet. Ceremonialis in hoc, quod à crudelitate et humanitate homines abducere. Politica, quatenus solis Iudaicæ prescripta.

Sic & quintum præceptum continet aliquid morale, aliquid politicum, aliquid ceremoniale. Sic & lex de spicilegio & manipulo messis tempore in agro relicto. *Lev. c. 19.9.10.6.23. 22.* est politica, forēsis & moralis simul. Ita & lex de rectis peribolo muniēdis: *Deu. c. 22.8.* Similiter lex de pullis aviū non simul cum matre necandis *Deu. c. 22.5.6.* Item lex de non comedēdo sanguine. *Lev. c. 17.26.* & de terra absolutè non vendēda. *Lev. c. 25.29.* de agro, vel vinea diversis leminum generibus nō cōserendis: & veste ex lino & lana &c. *Lev. c. 19.19.* & plures aliae.

Hujus quoque generis est lex de primogeniture jure. *Deut. c. 21.17.* que ceremonialis, quo ad typum primogeniti Christi. *Colos. c. 1. 15. Roma. c. 8.29.* Forensis, quoad tribuū & familiarum conservationē in politia Iudaica: Moralis, quoad compensationem cura & impensarū, quas primogenitus pro suis fratribus & sororibus junioribus sustinebat. Omitto nunc plures alias ejusdem generis leges, de quibus *Deut. c. 22.9. & seqq. c. 15. c. 31.10.11.12.13.* & aliis in locis pluribus.

Moveatur nobis hēc controversia de eo quod doctrinam Decalogi politicam esse afferamus, quæ theologica potius aliorum judicio dicenda sit. Hic igitur cōtra legem homogeneias peccatum à nobis esse, quidam existimant. Vnde alcum Decalogi apud hosco silentiū in politicis. Sed male, meo judicio. Nam materia Decalogi etiam politica est, quatenus symbioticam vitam regit & in ea quid faciendum sit, præscribit. Docet enim hæc piam & justam vitam. Piam erga Deum, justam erga symbioticos. quibus qualitatibus, si symbiosis caret, non tam politica & humana societas, quam beluina facinororum hominum congregatio dicenda est. Omnia igitur & singula Decalogi præcepta sunt politica & symbiotica. In his vita cōtemplativa & prædicta omnis occupatur & absolvitur, quāvis primum & ultimum præceptum solam animorum informatiō nem sibi propositam habeant & me è speculativa fint. Regulam hanc et lucernam pedum nostrorum, ut vocatur Psalmus 119. si politica & symbiotica vite ademeris, animam ipsam illi iustuleris, vinculum humanae societatis & quasi

quasi clavum, seu gubernaculum in navi ademeris, omninoq; illa concideret, vel in vitam brucam, beluinam & inhumana mactabitur. Et igitur materia Decalogi politicae prorsus genuina, essentialis & propria. Ad hanc externam & civilem vitam in verbis, gestibus & operibus, si acceperit vera fides, & cogitationum atq; cupiditatum sanctitas & scopus rectus, gloria scilicet Dei, tota fiet theologica. Sic igitur quando opera Decalogi a christiano ex vera fide, ad gloriam Dei fiunt, illa Deo placent. Quod si contra ab infidelis & ethnico eadem fiunt, quibus Apostolus etiam Decalogi cognitionem & inclinationem naturalem tribuit. Rom. c. 1. & 2. Deo placere non possunt, quamvis in vita politica ex his etiam infidelis, justus, innocens & integer dicatur. Atq; illa est inter christianorum & infidelium justitiam differetia Sed & I. C. atq; ethic de negotijs Decalogi ueriusq; tabula tractant, ac quilibet arti & professioni sua convenientes & accommodates ut non misceat merè theologica, vel politica. ut igitur doctrina Decalogi generalis in politica essentialis, homogenea & necessaria est: sic specialis & particularis ad singularia & individua adcommodata, est jurisprudentia propria: piam verò & salutarem ad vitam eternam Decalogi doctrinam, que pedagogus sit ad Christum, theologia sibi recte vindicat.

CAPUT XXII.

*Quatenus magistratus legem propriam Iudeorum in usum revocare,
& in administratione Reipubl. sequi possit.*

HA&tenus de lege, qua Respub. regenda administranda & secundum quam vita subditorum instituenda est: sequitur delegis proprię Iudaicę abolitione & mutatione,

In hac generali hæc regula semper est tenenda.

Quicquid in hac lege propria ceremoniali, vel forensi, est morale, seu æquitatem naturalem, immotam & perfectam exprimit, secundum rectam rationem communem,

vel

vel analogiam justam, hoc esse perpetuum, immortale & naturâ suâ immutabile: Nam in hoc lex propria, cum communi, uti dixi, cōsentit in principio, subiecto occupante & fine utriusque communibus.

Quicquid vero in lege propria, prò ratione circumstantiarum, certi loci & temporis, & pro natura certæ personæ, vel rei, est constitutum, hoc natura sua mutabile & temporale est. In his enim lex propria varia à communi morali lege.

Ergo mutabile est, quicquid versatur in particularibus illis determinationibus, ad quas ex immotis principiis communib[us]que conclusionibus proceditur, secundum modum & conditionem, singularem certam, eorum que subiiciuntur ordinationi legis, vel circa quæ versatur lex secundum conditionem communem, rerum, negotiorum, vel personarum, aut circumstantiarum; Nam non habita ratione particularium circumstantiarum, lex communis: lex propria vero secundum particularem rationem circumstantiarum efformatur & constituitur. Iun. de pol. Mosis observat. c. 5. 6. 7.

Quam ob causam lex propria in circumstantiis recipit plurimas mutationes, pro tempore, loco, personis, factis, modo, causis atque adjumentis, cum præteritis, cum etiam præsentibus, aut futuris, publicis atq[ue] privatis. l. 16. aut facta de p[ro]p[ri]etate. Quamobrem lex Dei homines sapientes, prudentes & justos, qui de circumstantiis illis judicare possunt, ad Reipub. administrationem constituendos dicit. Exod. c. 18. Deut. c. 1. 2. Cbron. c. 19. Et quicunque magistratus in administratione humana, omnia consilia sua non ita temperant, ut varietati rerum, varietatem judiciorum accommodent, ii Rebus publ. plurimum incommodant, vel potius perdunt judiciorum suorum confirmatione, quia magis constantia, quam consilio judicioq[ue] certant, ut ait lunius.

Ex hisce sequitur, magistratum in Reip. administratione, morali & equitate, seu lege communi, quatenus illa in propria lege Mosaiica est expressa, alligatum esse, hoc est, in iis omnib[us] quæ cū lege communi consentiant, in lege propria, teneri se qui eandem: in reliquis vero, in quibus dilcedit & variat à communione morali lege, & politiq[ue] iudaicæ est accommodata, nequaquam.

Nam

Nam si magistratus, has Iudaicas proprias leges suā naturā mutabiles, aut mortuas figeret pro absolute necessariis, libertatem, que ad edificationem datur est, sibi & aliis collereret, & jugo servitatis se & alios implicaret, eò quod ex re libera necessariam faceret, & laqueo gravi et periculoso cōscientias impediret, quibus obruderet leges mortales pro immortalibus, quae soli populo Iudaico olim lata fuerunt, & naturā suā ob actionum varietatem sunt mutationi obnoxiae, & nisi mutatis circumstantiis, ob quas latae sunt, mutentur & ipse iniqua fiunt, nec tabula secundā aequitatem, & prima sanctitatem adsequuntur, & fundamentum commune recta rationis habere definunt. Prinde graviter peccaret magistratus, qui necessitatem legis propriæ Mosaicæ in Repub. sua argeret, ubi non cædem circumstantia & rationes singulares, ob quas propria lex Iudaicæ lata fuit, militarent.

Sed nunc in specie etiam nobis videndum, quid in lege propria iudeorum ceremoniali, quam vocant, mutabili sit, quidq; à magistratu mutari possit, & deinde quid in forensi lege.

Lex ceremonialis typica, ad umbram futurorum instituta, à Christo impleta, prorsus & funditus est sublata, quoad media, quibus iudeos ad cultum Dei ducebant, hoc est, quā est ceremonialis, tēu qua parte sua natura est mutabilis, adcō inquam sublata, ut nunquam sua natura revocari possit, idcō quod cædem rationes & circumstantiz apud nos esse nequeant. Siquidem Christus exhibitus, non potest denuo exhiberi & sacrificium suum repetere.

Magistratus igitur bāc legem in usum revocantes, gravissime peccarent; & lege illâ renovatā, vitam christianis, quantum in ipsius effet, adimerent, Christum abjurātes, & Christi redempcionis fructū privantes cultores illius legis. Nam huius legis corpus in Christo est. Ideoq; quemadmodum umbrae adveniente sole dissipelli solent, sic & illa lex per Christum est extincta. Colos. c. 2. 16. Ne quis igitur vos damnet ob cibum, vel potum, aut respetua festis, aut novilanii, aut sabbathoram. 14. quae sunt umbra rerum futurorum, ac corpus est Christi. Gal. c. 5. 1. in liber-

rate igitur, qua Christus nos liberavit, perstate, & ne jugo servitutis regredientes implicamini. 2. Ecce ego Paulus dico vobis, si circumcidamini, Christum nihil vobis profuturum. 3. Tertio enim rursum omni homini, qui circumciditur, eum esse debitorem totius legis servandae. 4. Inanes facti estis separati a Christo, quicunque per legem justificamini, & a gratia excidistis. 5. 6. 7. et cap. 6. 12. 13. 14. 15. Nam in Christo Iesu neque circumcisio quidquam valeat, neque præparatum, sed nova creatura. & Hæbr. c. 8. 8. 9. 13. ibi, dum novum dicit, antiquavit prius, & c. 7. 11. 12. 13. 18. ibi, mutato hoc sacerdotio, necessario quoque legis sit mutatio, & ibi, sit enim abolitio præcedentis mandati, propter ipsius infirmitatem. Act. c. 18. v. 28. 29. Marc. c. 11. 13. 14. ubi Christus dicit, Legem & prophetas durasse usque ad Iohannem baptistam. & ad Galat. c. 4. 28. Daniel. c. 9. 27. ceremoniales leges, quia accommodatae sunt temporis prisco, loco, terræ Chananæa, personis singulis, prærogatis ornatis, factisque diversis & modis diversis rerum & actionum variarum, ideo cœsanib[us] illis circumstantiis, non possunt apud nos per magistratum revocari in usum. Vide tamen Act. c. 16. 3. ad quod respondet Iunius.

Ceremonialis lex, quâ talis, ob principium ceremoniale, ad recordationem præstiti & præteriti accepti & præsentis beneficii, solis Iudeis lata fuit, & ad conditionem particularem illius populi adeonitmodata; ideoque neminem hodie obligare potest. uti fuit lex in Levit. c. 25. Terra ne venditor lego mancipii. Ratio erat, quia Deus se mancipem illius terræ & dominum esse hac lege voluit significare, & Iudeis jus suum in hanc terram & regionem in memorem revocare & repræsente per ceremonialem hanc legem, que in ceteris alioquin civilis erat.

Ceremonialis lex objecto quæ ideo nimicum, quod res ipsa, de qua lex imperat, est ceremonialis, varia fuit. Exstat exemplum Exod. c. 20. Altare terreum facito mihi. Exod. c. 25. & seqq. capp.

Hæ leges ceremoniales omnes, & si naturâ suâ, quatc-
nus

nus ceremoniales, sunt mutabiles, tamen secundum tempora, pro conditione & modo ipsarum, mutationem subierunt.

Eorum enim alia durabiles fuerunt: consenser ad Christi adventum usque & complementum ministerii redēptionis nostrae & promulgationem Euangeli, tantisper denique dum Rēpub. Israēlitarum fecit.

Alia duraverant ad tempus usque deportationis Babylonica; alia ad tempus illud usque cum à Salomone templum extorūtum esset & sanctificatum Domino, ut terreum illud altare, quod postea ligneum fuit obductum aere. Exod. c. 20. c. 30. Deut. c. 12. 6. 7. 8. 9. 10, 11. & seqq. Item lacus unus, levandis sacerdotibus, cum postea labra locionis causa fieri jussit. 2. Chron c. 4.

Alia ad tempus, quo regnum fuit institutum, & donec Iudices Rēi. pub. Israēlitarum presuerunt. Deut. c. 12. 5. 6. 7. 8. 9. 10,

Alia denique durationem non habuerunt diuinariorem, quam cum Israēlita ex Egyp̄o egressi in profelctione sua, (que annorum fuit quadraginta) Chanaanam versus contendebant, nisi comedio agni paschalidis, lumbis succinatis, calceamentis induitis & baculo. Exod cap. 12, vers. 11. quod tempus ambulatoria Rēpublica Israēlitarum appellamus. Post enim fuit stataria, quum in Chanaanam h̄bi promissam advenisset.

Quid? quod etiam quedam singularia fuerant, & ad singularrem actionem & horum instituta ceremonialia? cuius generis Exod. 12. exempla extant. ut notat Inn. ibidem & docet in cap. 7. de polit. Mōs. observat.

Ceremonialis lex, ob finem suum, qui solus ceremonialis, ad figurandum Christum, ejusque personam & actiones, officia & beneficia, olim pertinavit, ideoque hodie abolita, ut est sanctificatio primogenitorum, Exod. capit. 13. qui in suis familiis cultum D E I administrare, quod officium possēt Levitis esse injunctum. Numeri

Nun. cap. 3. 12. 13. sed quoniam primogeniti typierant Christi, cumque Dei unigenitum & primogenitum donis prioribus & pluribus excellentem inter multos fratres adumbrarent, lex hæc duravit usque ad Christi adventum. Calef. c. 1. 15. Rom. c. 8. 29. Psalm. 45. 8. Ioh. c.

3. 34.

De circumstantiis ceremonialibus similiter judicandum, sive ad speciem ipsam ceremonialem accident, sive ipsæ per se constituant speciem ceremonialę, ut cum dicatur. Non facies ullam opus in die sabbathi, qui saptimus erat Iudaicis, Christianis vero postea primus hebdomadis est factus. Sic & locus Dei colendi, Iudaicis erat terra Canaanæ & culmen diuino Ierosolyma, Sion & templum deputatum; Christi adventus vero hæc lex est sublata, 1. Corint. c. 1. quia umbra & typi Christi futuri erant. Iun. d. loco cap. 7.

In legibus, quæ mixti generis sunt, quod morale est, constanter permanet; quod absolutè judiciale, id mutatur circumstantiis quod ceremoniale, id universè perit, Iun. cap. 8. ubi etiam responderet ad illa que videtur obstat in Act. c. 15. 29. &c. 21. & 23. & seqq.

Venio ad L. forealem Mosaijam. Hæc similiter in illis, in quibus natura sua est mutabilis, christianos non obligat, adeò ut magistratus in administratione imperii & Reipub. suę liberè ab illa earenus recedere possit.

Recipit autem lex hæc mutationes plurimas in circumstantiis, pro tempore, loco, personis, factis, modo, causis, atque adjumentis, tum præteritis, tum presentibus, tum futuris, privatis & publicis, vid. supra.

At in illi, quibus & quatenus analogiè à morali æquitate deducitur, atque cum eadem commune habet principium, subjectum & finem, sempiterna, perpetua & constans est quos vis obligans.

Ita mecum sentit Martin-Bucerus in enarrat. in Martib. c. 5. v. 19. ubi ait. Quidquid pertinet ad pietatem et charitatem in legibus forensibus, (imò addo ego & in ceremonialibus) illud adhuc hodiè durare: at quod in hinc externum fuit: ut apud ipsum, locus, tempus, persona, numerus,

numerus, qualitas, & alia circumstantiae temporales & corporales id Deum nunquam alicuius fecisse, *Esa c. 1.10-11.12.* & seqq. Idem fons sic Iohannes. *Calvinus, lib. 4. Inst. c. 20. sect. 15. 16.* Zanchius in tomo de opere redempt. *lib. 1. c. 10. de lege Dei, 1. thes. 6. De legib. human. & de lege Moysis, thes. 1. et de legib. polit. Mosaic. *Dana. lib. 5. polit. c. 2.* Thomas Aquinas in prima parte secunda summae, *quest. 104. articul. 3.* Poxelius in part. 6. arg. *Theolog. cap. de legib. polit.* & part. 3. *cap. de lege,* ex Phil. Melanchthonis scriptis docet Vrsin in explicat. *Catocbet. Heidel. cap. de leg. Dei, part. 3.* et idem latius in tracta. *Theolog. cap. de lege divina. Decian. lib. 2. c. 11. num. 3. crim. tradit. Lassissime & exactissime persequitur Franciscus Ian. in doctrina libelto de polit. Mos. observat. Omitto plurimos alias cum Theologos, tum Ieros buius sententiae approbatores & testes, quorum quosdam citat et sequitur Job. Gaddius Itius egregius in tract. de verb. sign. et de verb. obligat.**

Sunt tamen ex eisdem utrisque afferentes, legem forensem omnino esse antiquam in omnibus, adeo ut nihil ex illa nos hodie obliget. Sed errant illi, immo et illi, qui afferunt, hanc legem christianos in solidum, in omnibus suis partibus & circumstantiis obligare, nullâ re exceptâ, errant gravissime. Quoram sententiam falsam esse ex sequentibus lèquid conflat.

Nam primò Christus Matth. c. 5. 31. 32. & c. 19. 7. 8. 9. Iudeorum observationem de divorcio & libello repudii, sustulit.

Deinde Apostoli ex Christi enstirto et voluntate diem sabbathi, qui apud Iudeos ex lege propria erat septimus hebdomadis, *Exo. c. 20. 9. 10. 11. Num. c. 15. 30.* transtulerunt et immutarunt in diem primam hebdomadis 1. *Cor. c. 16. 2.* *Act. c. 20. 7.* *Apoc. c. 1. 10.* qua liberè à Christianis observatur.

Tertio, Christus sic ex mandato Cesarii, censum solvit Cesari, contra leges forenseas Mosaic. *Matt. c. 17. 27.* *Luc. c. 2. et reddi jubet Cesari* quae sunt Cesarii. *Matt. c. 22. 17. et seqq.* qui sensus tamen à Iudeis lege forensi Mosaicâ Cesari non debebatur.

Quarto, Paulus iure Romanorum, non Iudeorum uebatur. *Ad. c. 25. 10. et seqq. c. 16. 17. et seqq. c. 22. 25. et. seqq.*

Quinto iudei in prisca ecclesia Iudaica viventes sub etibnicis Magistratis. horum, non propriis legibus forensibus Iudaicis vivebant & uerabantur, uti colligitur ex Daniel. cap. 6. 12. 13. 14. 25. 26. cap. 2. 12. cap. 3. 14. 15. Ierem. cap. 27. 7. 8. 9. 10. & seqq. cap. 29. Eft. cap. 5. cap. 6. 8. 9. Genes. cap. 12. 20. Exod. cap. 1. 15. 16. Sic Ioseph in Aegypto ex forensibus legibus ejus populi judicabat. Sic Daniel in Persia, Persecis, Nahaman in Syria, Syriacis, Cornelius centurio, Romanis legibus, quo argumento uicitur etiam Philipp. Melanthon & Christiani in novo testamento, suorum magistratum forensibus legibus obedire tenebantur & vivere secundum illas, uti colligitur ex Matt. cap. 17. 24. 25. 26. 27. cap. 22. 21. 22. c. 23. 3. 23. Luc. 2. 3. 4. c. 22. 25. c. 20. 25. Rom. c. 13. 1. 2. 3. 4. 1. Pet. c. 2. 13. 14. 18. Act. c. 16. 4. 37. 38. 39. c. 25. 1. 1. 2. 21. 22. & seqq. c. 22. 24. c. 6. 4. c. 26. 92. c. 27. 1. Corint. c. 6. 1. 2. 3. 4. 1. Timoth. c. 2. 1. 2. 3.

Sexto jubentur Christiani, magistrati iniquo obedire in illis, quæ non pugnant cum Decalogo 1. Pet. c. 2. 13. 14. subiecti estote curvis humanae ordinationi propter dominum. Rom. c. 13. 1. 2. 3. 4.

Septimo, leges forenses Mosaicæ soli populo Iudaorū, non alij latæ, & ipsius politia adcomodata fuerunt. arg. Matt. c. 19. 8. Psa. 78. 5. & 103. 7. Ro. c. 9. 4. 5. Deut. c. 4. 5. 7. 8. 14. 36. 40. Jud. c. 11. 39. Ruth. c. 4. 7. Calv. li. 4. inst. c. 20. sect. 15. 16. Vrsin. in tratt. school. qu. 2. de lege divina Iun. c. 5. de pol. Mos. observ. Zanch. in rom. de oper. redempt. lib. 1. c. 10. de lege Mosis, thes. 1. & c. 11. thes. 1. quod intellige, ut supra dixi, quoad circumstantias, quibus à lege morali discedunt, non in ius, quibus cum illa consentiunt.

Sed politiâ Iudaicâ sublatâ, & cessantibus rationibus & circumstantiis omnibus, ob quas latæ erant, quis easde leges durare & obligare posse estimabit? cum Christiani non sint Iudæi, Act. c. 11. 26. c. 26. 28. c. 24. 5. 2. Cor. c. 10. 7. in alia quoq. Rep. alio in loco & tempore vivant. Heb. c. 8. Ioh. c. 4. 21. 22. 23. Christus sit exhibitus, distinctio Iudaorū & gentium. sublata. Eph. c. 2. 14. 17. 18. Col. c. 2. 16. Act. c. 13. 46. 47. 48. tribuum confusio sic facta, qua stante Rep. illa præcepit erat. & Rep. Hebraorū sit versa. arg. Gen. c. 42. 10. Act. c. 6. 14. Ioh. c. 18. 31. Dan. c. 9. 26.

27. *Luc.* 21. 20. 21. 23. 24. *Matt.* c. 24. 15. *Ioh.* c. 19. 15. 16. *Hebr.* c. 9. c. 8. Leges haec erant de Reg mutabili, modo mutabili latet, & ad mutationem destinatae, & propter aliud sanctitatem, quae cuncta hodie cessant. Apud Iudeos in politia Iudaica, haec, homines ad observationem Decalogi ducere poterant, ideoque valebant. hodie, quando idem nobis non praescant, neque ad eandem aequitatem moralis tendant, secus.

Ostendit leges forenses ideo obligant, quod definiant, quomodo aequitas moralis, disciplina & exercitio in 1. & 2. Decalogi tabula scripta recta maneat. Manente igitur & durante illa aequitate, antiquari, & quaecunque alie ad eundem usum & finem respicientes in locum istarum, pro cuiusque Reipublica opportunitate & usu substitui possunt. Nec fieri potest, ut quod hoc in loco & tempore, ex causa peculiari in hac persona iuscum est, id mutatis circumstantiis, que per singula ferentur alia aliis jucundant & mutantur, iustum permaneat.

Nonò, simili modo et leges ceremoniales, quando non ducunt nos ad observationem prime tabule, sed sunt contraria pietati, vel charitati, vim suam amittunt. *Hosea* c. 5. 6. me benignitate delectari, non auctoritate sacrificio, & cognitione Dei magis, quam holocaustis. Exempla et testimonia huius rei vid. *Esa.* c. 1. 10. 11. c. 66. 3. *Psalm.* 50. 8. *Osee* c. 6. 6. *Mich.* c. 6. 7. *Psalm.* 40. *Amos* c. 1. 2. 1. *Malach.* c. 2. 12. *Prov.* c. 13. 8. c. 21. 27. *Heb.* c. 10. 5. 6. *Ierem.* c. 6. 20. c. 7. 22. Sic David recte comedebat panes propositionis, & Apostoli picas evellabant, & Christus die sabbathi sanabat, & Levita pecudes mactabant. Et Ezchias serpentem aeneum contrivit, contra leges ceremoniales expressas. Ratio est, quia leges ceremoniales & forenses sunt ministrae & ancilla leges moralis, ob cuius observationem sunt latet, tanquam media, quibus homines ducuntur ad observationem Decalogi. Hoc munus, quando prestatore definiunt, nullius conscientiam amplius obligant, neque Deo grata sunt.

Decimo, in negotiis ecclesiasticis ceremonias, ritusve humana autoritate & traxie & edificationis, ergo instituere licet, *Aitor.* c. 16. 3. 4. 5. c. 15. 18. 28. 29. 42. c. 8. 17. & c. 14. 22. 23. c. 21. 32. & seqq. *Tit.* c. 1. 5. 6. & plurimis aliis locis, vide Petrum Marryr. 1. Samuel.

c. 14. 24. et seqq. Ergo multò magis in secularibus q̄e politiciis negotiis idem licebit. Et Apostolus quandoque discrimen ciborum habendum ex- istimat, quandoque minime, Rom. c. 14. 6. 7. 1. Cor. c. 9. c. 10. 26. Col. c. 2. 17. 18. 22. 1. Timoth. c. 4. 1. 2. 3. 4.

Vndecimo, etiam in politia Iudeica, bas leges sapientiæ mutatis fraſe legimus, præsertim in pœnis. Nam dicit lege moralis et naturalis æquum sit, maleſicia puniri, iamen qualitas pœna et quantitas, varie ratione circumſtantiarum temperatur, ita ut eadem pœna in eodem maleſicio statui ſempre nequeat. Sic enim eadē pœna fariſi, apud Iudeos ſempre non fuit, nec eſſe debuit, aut potuit. Vide et conſer Exodus c. 22. 1. 2. 3. 4. 3. Proverb. c. 6. 30. 31. 2. Sam. c. 12. 5. 6. Iof. c. 7. 22. Nec homicidiū pœna eadē ſempre. Num. c. 35. 15. 16. 17. 18. Iof. c. 20. 2. 35. Deut. c. 19. 2. & seqq. neque adulterii, vide & conſer Levit. c. 20. 10. c. 18. 20. c. 19. 20. 21. 2. Sam. c. 3. 14. 15. 22. 26. 27. Genes. c. 20. 6. 7. c. 38. 5. & seqq. neque eadē pœna ſcoriationis, Deut. c. 22. 21. 29. Exodus c. 22. 16. & seqq. collat. cum Levit. c. 21. 9. idem in pluribus aliis delictis obſer- vare licet.

Duodecimo, ſunt quedam leges forenſes Mōſeica, qua in uſum revo- care, hodie in noſtra politia prorsus iniqua eſſent, quedam prorsus iniui- les, mutatis circumſtantiis & cauſis, ob quas olim conſtituta fuere.

Prorsus iniqua eſſet lex de polygamia, & lex de diuorcio de quaib. apud Mōſen. Deut. c. 21. 14. c. 24. 1. 2. 3. Matth. c. 19. 7. 8. 9. 10. lex de pœna ſeductoris. Deut. c. 13. De qua re Iun. c. 8. de polit. Mōſ. obſervar.

Iniqua lex de pœna ſcoriantis filia facerdotis. Levit. c. 21. 9. de pœna violentiſ ſabbathi. Num. c. 15. 3. 5. 3. 6. de fratriſ defuncti reliqua vidua du- cenda. Deut. c. 25. 5. de conſuetudine maleſici dimittendi in feſto paſcha- biſ. Matth. c. 27. 15. 16. 17. Luc. c. 2. 23. 17. 18. & ſimiles aliae, quarū cauſa & circumſtancie varie apud Iudeos & nos, jus quoque variant.

Eſſens quoque, ut dixi, quedam iſtarum legum forenſium in noſtra politia iniuitiles, nec neceſſarie ſempre & in omni loco. Lex erat apud Iudeos de Iudicis in portis ciuitatum babendis, et cauſis ibidem deciden- dis & dirimendis. Ruth. c. 4. 1. 2. 3. & seqq. Deut. c. 22. 15. 16. c. 17. 6.

I8.18. *Exod.c.18.13. Psal.s 22.5. & seqq.* Ratio & equitas moralis buius legis erat apud Iudeos, ut actus hic publicus cuique ē populo inuenienter & ad eum omnibus adicuſ concederetur. In nostra politia, quando in curiis, publicisque locis aliiſ, judicia celebramus, id quod moralē est in hac lege, retinemus, quod mere forenſe, Iudicium, reiſcimus, tanquam non necessarium. Ita & lex de peribolo pro rectis maniendis, bodiē est inutilis, que olim ſuam uſum in terra Canaan habuit, & in locis ubi in eandem formam cedes, edificantur adhuc habere potest. *Exod.c. 28.42. Deut.c.22.8.*

In politia Iudaica, populus per tubam convocabatur, ut lex extat. *Num.c. 10.1.2.3.4.5. et seqq.* Non peccat magistratus, qui porpreconon, campanam, vel aliud signum convocat subditos.

Apud Iudeos lex forenſis erat, ut Levitae & ministri tabernaculi ex victimis, oblationibus, primiciis & decimis alerentur, ex iisque mercedem ſuorum laborum perciperent. Nam.c. 18.8.21.22.24. *Deut.c.14.28. 29. Levit.c.7.31. & seqq.c.24.8.9.c.8.31. Exod.c. 22.29.c.34.20. Deut.c.12.17.18.* In hac lege, quod est morale, ſcītēt mercedem laboran- ti per ſolvere, manet & bodiē, neque unquam mutari potest, vel debet; quod verò ad media accinet, quibus per venire licet ad illam aequitatem, qua est laboris compenſatio, illa pro cuiusque Reipub. utilitate & neceſſitate ſep̄e mutantur. Quid enim, ſi non ſint decima ecclefia, neque vi- ſitimi amplius ſunt. An iigitur neceſſario illam legem urgebimus, cum alio modo aquē commodo, ad eādem legis huius aequitatem per venire po- ſsimus, ni mirum pecunia pro mercede ſoluta, ſicuti priſcas Ecclefias feciſſe ex Pauli Epifolis conflat. Lex communis in qua vis re, imprimis pecu- nia, mercedem admittit, lex propria Moaica in decimis & oblationibus victimisque conſtituit, quia in iis commodiſ ſolvi poterat apud Iudeos. *Ex. Similiter & lege forenſi reliquia frugum ad aleſtendos pauperes in agris relinquebantur apud Iudeos Levit.c.19.9.10.c.23.2. Deut.c.24.19. et seqq.* In Christiana Repub. non peccatur, ſi neglecta illa lege ex aliis re- bus, pecunia, frumento, pane nec ſtivari & in opia pauperum ſuccurrimus. Hic quod morale est in lege illa retinemus; in medio quo ad moralem hanc aequitatem Iudei concendebant, namq; affeſquebantur, diſcrepamus.

P p

Quid si que Ecclesia, vel Christiani decimas non haberent, nec fruges in agris, qui tamen aliis facultatibus, quibus bene facere proximo posse, abundarent? an hos ab hac lege morali de elemosyna danda pauperibus excusabimus?

Apud Iudeos lex forensis erat de ducentia uxore ex eadem tribu & cognacione. Levit. c. 21. Num. cap. vi. vid. Levit. c. 19. Sigon. lib. 1. c. 2. de Repub. Hebre. et lex erat de interdicta alienatione rerum in extraneos ad familiarium conservationem Exod. c. 21. 6. 7. 8. Levit. c. 25. 1. Reg. c. 21. 3. Hodie cum esset ratio, ob quam lex illa constituta, Christi scilicet familiæ certitudo, qui iam exhibitus & cognitus es, quare lex illa recipetur?

Erat quoque venditio liberorum permissa Iudeis, Exod. c. 21. 7. 2. Reg. c. 4. Marib. c. 18. 23. Et suis suis venditio. Levit. c. 25. 39. et seqq. Exo. c. 22. 4. c. 21. 5. 6. 7. lex de peribolo loricato adiumento babendo. Exod. c. 28. 4. 2. Deut. c. 2. 8. que hodie cessant.

Acque talis quoque erat lex de viro concubente cum ancilla, Levit. c. 19. 20. De bove cornupeta. Exod. c. 21. 32. De funiculis in quaruus vestimentorum oris. Deut. c. 22. 12. item talis erat lex de feriis, & quiete agrorum septimo quoque anno habendâ, Exod. c. 23. v. 11. Levit. c. 25. 4. que apud nos pro fertilitate, vel sterilitate regionis & locorum varia est, plerunque triennio semel agri inculci relinquuntur.

Purgatio suspectæ de adulterio, de porci zelotyphie. Num. c. 5. 14. & seqq. & virginis corruptæ, Deut. c. 22. 17. 18. & seqq. Lex erat quos de Alylo. Deut. c. 4. 42. Num. c. 35. 6. 11. & seqq. Levit. c. 3. 5.

Lex de pena lapidationis, Nam. c. 15. 36. Iosu. c. 7. 25. Ioh. c. 8. 4. 5. de pena flagellationis ad certum numerum verberum. Deut. c. 25. 2. 3. 4. de executione levi cognatis permisâ. Deut. c. 13. 10. 11. c. 17. 7. 8.

Apud Iudeos ex lege forensi varia populi distributiones passim leguntur, de quibus supra dixi in cap. de calleg. & cap. seq. que in nostra polizia inutiles. Male quoque mos vetus lugendi mortuos in usum revocarez, Iudic. c. 11. 2. Chron. c. 35. 25. Item forma & modus veteris cestionis in discolceacione et spacio. Ruth. c. 4. 7. Deut. c. 25. 9. & forma lugendi, Esa. c. 20. 22. Ezech. c. 24. 17. 2. Sam. c. 15. 16. 30. 31. inutiles omnes Iudeorum leges de servis, corumque manumissionibus. Levit. c. 25. Deut.

Deut.c.15. Exod.c.21. Lex de jure retractus in matrimonio, Ruth.c.4.
 4.6.de jure primogenitura, Deut.c.21.16.17. Num.c.3.1.40.41.
 Exod.cap.12.1. Chron.c.5.1.2. de modo oppugnandi urbes, Iosu.c.6.4.
 5. & seqq. Deut.cap.20.6.7.8. de distinctione 12. tribuum Num.c.26.
 de pena furca, seu patibuli. Deut.c.21.23. Num.c.25. de iure successioni
 masculorum, Num.c.27.8.9.

Erant & plurime aliae leges forenses, & consuetudines à Iudeis re-
 ceptae, & pro legibus observatae, que in illa politia justissima optimaque
 fuerunt, adeo ut sapientiores & justiores dari non posuerint, que tam
 in nostra politia usum vel nullum habent, vel exiguum cum aliis com-
 modioribus ad eandem equitatem spectantes constitui possint.

Sed quid si quedam ex eiusmodi forensibus legibus Mosaicis, ad huc
 bodis in nostra politia apud nos ad moralem aequitatem colliment & ten-
 dent, seu nos ad pietatem, culsumque Dei in prima tabula, & officia cha-
 ritatis secunda tabula ducere possint, an magistratus eas in usum
 revocare conetur. Respondeo, si commodioribus legibus & mediis ma-
 gistratus ad moralem aequitatem Decalogi colendam, subditos suos in-
 formare, ducere & erudire non potest, teneri, verum non ideo quod sint,
 vel fuerint Mosaica, sed quod nostra politie accommodata, nos ad ob-
 servationem Decalogi ducant & ad eandem aequitatem, ad quam apud
 Iudeos tendant. Sic decima ad aleatos ministros ecclesie multis in locis
 sunt instituta, sicuti lege forensi Mosaica Levita ex talibus alebantur.
 Ita & primogenitura juventutis in locis obtinet: lex de non alienanda ter-
 ra, & de peribolo lorisato in terris habedo, & plurime aliae leges forenses
 Mosaica in locis quibusdam adhuc bodie rigent. Sic psalmos & hymnos
 in sacris nostris caribus canimus, prout David & Salomo in presca Iudean-
 ram ecclesia ordinarunt. Ita Apost. 1. Cor. c. 14.26. & seqq. more propheta-
 zandi à synagogis Iudeorum defum, tū approbat & revocat. Sic & bodie
 festa in memoria dominice resurrectionis & pentecostes, sunt vestigia legis
 antiqua Mosaica ceremonialis. Sic & manū impositiu ex lege ceremoniali
 Mosaica introducta & praecepit, ab Apostolis fuit retēta. Anni quoq; ini-
 citia legi Mosaica forensi aliud fuisse constat, & aliud legi ceremoniali, &
 aliud nobis bodie. Legi Mosaica forensi principiū anni Iudeis ducebatur à

pridie Calend. Marti nostri. Exod.c.34.22.c.23.11.16.c.12.26 ubi Junius in analysi recte assert hoc mense mundum conditum, & unde opiniones aliorum, mundi natalem in autunnum, vel aestivalem reiiciuntur, provenerint, ostendit. Tempore aequinocti verni, quod incidit in 25. Martii conditum mundum fuisse probat ex eo quod Deus d.c. 120. v. 1. & 2. dicit, eum mensem omnium aliorum mensium esse principium. Deinde, quod perfectio rerum est tempus vernans, quod Chaldaei, à quibus Iudei illud principium vernum habent, semper observarunt. Perkins similiter judicat, naturale anni initium apud Iudeos fuisse mensem Aribib, vel Nisan. Mundus enim, ait, videtur fuisse creatus verno tempore, non autumno. quippe Noachus arcam est ingressus primo mense. & post annum egressus est ad finem secundi mensis. Primus autem vel secundus mensis, non convenit autumno. Iosephus vero Scaliger, vir summus, autumnum anni initium statuit. Plane in terris anni ceremonialis fuit mensis septimus Exod.c.23.16. Vnde emptiones, servitutes & alia politica negotia initium sumebant. Leges ergo ceremoniali annum Iudei numerabant à mense septembri. Exodad. loc. & c.34.22. Levit. c.23. 24.c.25. Num.c.9. Dissentit, ut dixi Scaliger & cum eo amicus meus Vbbo Emmius, vir doctissimus, quam controversiam nunc non examinabo.

In ejusmodi anni duplice principio, hodie apud nos, neque politica forsenis, neque ceremonialis legis auctoritas quidquam valeret. Observamus enim ex magistratus nostri approbatione aliud anni principium, quod incidit in primum diem Ianuarii. Malo dicere ex ordinatione & approbatione summorum magistratus, illud anni principium nos habere, quam ob natalem Domini nostri Iesu Christi servatoris, qui natalis an in fine Decembris incidat ego dubito ob sequentes rationes.

Nam si obstineri possem & doceri Christum natum in mense Septembri, aequinoctio autumnali & conceptum in medio mensis Decembris, solsticio hyberno etiam anni principium in Septembre reiiciendum. Constat autem ex Lvc. c.1. v.26. 27. 36. 5.6. 57. Christum post sextum à conceptione Iohannis Baptista mensem, in utero Marie virginis conceptum. Iohannes vero conceptus est solsticio aistro, in principio men-

sis.

sis Iulij, & natus in Martio. Ergo Christus, qui sexto mense post concepcionem Iohannis legitur conceptus. Luc. c. 1. 36. 26. fuit conceptus in mense Decembri, & natus in mense Septembri, nono, à conceptionis tempore, quod mense nono naturaliter partus humanus in lucem editur, Luc. d. c. 1. 24. 26. 56. 57. Sapient. c. 7. 2. 2. Macch. c. 7. 27. Iob. c. 10. 10. Fuisse autem Iohannem conceptum solstitio astivo, mense Iulio & natum Martio probari potest ex tempore sacerdotii Zacharie, de quo Luc. c. 1. Ceterum enim est, sacerdotum 24 classes fuisse, per vices alternatim ministrantium in templo, ita ut duas familias, seu classes, uni mensi deputatae fuerint, ut anno seu 12. mensibus qualibet classis semel officium suum obicerit. 1. Chron. c. 9. 25. 2. Chron. c. 23. 8. 1. Chron. c. 24. & c. 27. 1. v. & seqq. c. 23. & 2. Chron. c. 8. 26. & 23. 8. arg. 1. Reg. c. 4. 7. septimanis tamen, seu sabbatis singulis mutatio per vices succendentium in eadem classe fiebat. 2. Chron. c. 23. 8. vid. Sigon. l. 5. c. 3 de Repub. Hebr. ex Iosepho l. 2 contra Appion. & Petr. Martyr. 2. Reg. c. 1. c. 9. per illum text. reliqui Levita, qui non erant sacerdotes, erant Musici, Tannitores, vel prefecti arario. 1. Chron. c. 23. 5. & seqq. c. 24. c. 25. c. 26. Sigon. d. lib. 5. c. 3. c. 4. quorum ministerium menstruum fuisse constat ex dictis locis. Inter classes autem sacerdotum, octava per sortem fuit assignata Abiae, 1. Chron. c. 24. 10. quo incidentebat in mensem Iunium, quo quartus ad Martio, primo anni mense. Atque hunc ordinem & distinctionem clasium ministrantium, earumque tempora, apud posteros ita semper observataam constat ex 2. Chronic. cap. 29. 25. & seqq. c. 3. 1. 2. & cap. 35. 4. & seqq. cap. 23. 8. 18. c. 8. 26. cap. 5. 11. & 2. Macchab. c. 10. 6. 7. ubi unicus actus, quo semel ordo ille sacerdotum interrupitus, excipitur. Idem liquet ex 1. Esd. cap. 3. 4. 5. c. 6. 18. 3. Esd. c. 1. 15. 16. Nehem. c. 12. 4. 4. Luc. c. 1. 8. Sigon. d. lib. 5. c. 3. Sed Iosephus Scaliger in lib. de emendat. tempor. aliis demonstrationibus uitetur.

Ergo tempore, seu anno, quo Iohannes conceptus fuit, prima & secunda classis sacerdotum incidentebant in mensem Martium, quo initium anni apud Iudeos erat, uti dixi. Tertia & quarta classis incidentebant in mensem Aprilem. Quinta & sexta classis in Majum. Septima vero & octava classis, in qua Abiae posteri erant; Luc. cap. 1. 5. 6. 8. 1. Chron.

c. 24. 10. in mensim Iunium incidebant. Post hunc statim Iohannes conceperunt logicur, Luc. c. 1. 23. 24. Nam hoc mensis Iunio festum pentecostes seu septimanarum celebratum à Iudeis fuisse constat, in quo festo frumentum primiceria, aristae recentes rotulae offerebantur, sacrificium cereum ex simili, id est, farinâ munidissimâ in cibano, aut sartagine coctum, aut craticulâ, aut frumentum igni costitum, quorum pars in concedatur, pars sacerdotibus erabatur, Levit. c. 2. per tot. imprimis verific. 14. 15. 16. c. 23. 10. 11. 12. 13. 18. c. 6. 7. & seqq. Num. c. 15. Huius incensi & sufficiens mentionem etiam Lucas facit, d. c. 1. 9. 10. 11. Festum hoc pentecostes seu hebdomadarum celebrabatur in septimana à septima, finito & absoluto febo paschatis, & festo agitacionis. Levi. cap. 23. 15. 16. 17. Ex aristis recentibus, qua non nisi illo tempore baberi poterant in eo loco. Levit. c. 14. 16. c. 23. 15. & seqq. Nam non longè à paschato messem habuerunt. Exo. c. 9. 31. 32. Luc. c. 6. 1. Ergo festum hoc celebrabatur in principio mensis Iunii nostri, & fine Maii. Fiebat enim computatio horum septem septimanarum, seu 50. dierum à cessatione offerendarum primiciarum, quæ incidebat in 17. Marti, Levi. c. 23. 11. 13. 16. Sigan lib. 3. c. 10. de Repub. Hebr. Hoc festo expleto, & fuscus munere suo sacerdotali, Zacharias dicitur dominum reversus, & uxor eiusdem statim concepisse. Luc. d. c. 1. 23. 24. Ex quo constat de tempore conceptionis Iohannis, qui nimirum in Iulio conceptus, & natus in Marcio, qui est nonus mensis à tempore concepti Iohannis. Et hinc per consequens etiam constat de tempore conceptionis Christi, qui sexto mense post conceptionem Iohannis conceptus est, Luc. c. 1. 26. 36. hoc est, mense Decembri, qui sextus est à Iulio, in quo Iohannes conceptus, & præterea Christus mense nono ab hoc Decembri, qui incidat in Septembrem, natus. vide Matth. Berwald. lib. 4. Chron. c. 20.

Secunda ratio sumitur ex predictione Danielis. c. 9. 24. & seqq. quæ Christi nativitas rejicitur in medium hebdomadis ultima. Initium vero hebdomadum est mensis Nisan, seu vernum tempus, in quod etiam definuntur V Volphi in Chronolog. siue de tempore. lib. . in fin: quem iudicium tamen Danielis aliter accipit Iunius ibidem in nobis. Christum vero in anno acatis sue triginta secundo cum dimidio crucifixum probatur ex illis, que in quintaratione subiungo. si ergo in 32. cū dimidio anno acatis Christus

Christus mortuus est, in mense Martio, quo pascha celebrabatur, sequitur, retrosum computacione facta, eundem annum acatis sue trigesimum secundum compleuisse, & 33. incepisse in mense Septembri, & per consequens eodem fuisse natum.

Tertia ratio sumitur ex umbris legalibus. Notum enim est, quod dominus iisdem ferè diebus festis impletur ea, qua olim per ceremonias in illis celebratas significata fuere. Sic festum paschalis impletum in Martio, quo etiam agnus paschalis cdebatur. Festum pectorales per missionem Sp. S. eadem tempore, quo apud Iudeos celebrabatur, nōcē in principio Iunii, vel fine Maii impletū. Festum tabernaculorum, tubarū, expiacionis, quod incidebat in mēsem septimā, hoc est, nostrum Septembrem, Lev. c. 23. 24. & seqq. 39. 40. 41. 42. Deu. c. 16. 13. & seqq. Exo. c. 45. 18. & seqq. Num. c. 29. 1. 2. 2. Chro. c. 5. 3. 4. 1. Esd. c. 30. 4. 5. 6. Nebo. c. 8. 18. & seqq. 2. Macc. c. 10. 6. 7. c. 11. 9. quo tempore summus sacerdos undus sanctum sanctorum semel in anno ingrediebatur. Lev. c. 16. 29. & seqq. Eodem etiā tempore per Christi nativitatem fuit impletum. Solus enim Christus dicitur nostrum tabernaculum, per festum tabernaculorum figuratus. Hebr. c. 9. 11. solus hic expiatio nostra, qui solus sanctum sanctorum ingressus est, ut ad Hebreos dicitur, solus hic tuba, quam pater iussit audire, & secundum hoc tabernaculorum significasse perpetuam memoriam de Christi morte, & redemptrione nostra celebrandam esse cum gaudio, testatur Zacher. c. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20.

Quarta ratio est, quod annus jubileus & festum clangoris initium suum accipiebat in mense septimo, hoc est, nostro Septembri, Lev. c. 25. 9. & seqq. & c. 23. 24. quo anno & eiadē & Χθεια, onerum excusio, & debitorū remissio fiebat, per quas ceremonias significabatur spiritualis latitia pro liberatione per Christum faciendā. Esa. c. 35. 2. 3. 10. c. 4. 8. 20-21. c. 49. 13. 14. c. 5. 2. 9. Lev. c. 25. 9. & seqq. Deut. c. 31. 10. 11. atq. hic annus jubileus a φτωχος; acque & eiadē & Χθεια denunciabatur publicē in principio mēsis septimi, hoc est, Septembri; Lev. c. 25. 9. & seqq. Deut. c. 31. 10. 11. vero si mīle igitur est, fuisse illam ceremoniam jubilai anni eodem tempore per nativitatem Christi, ejusq. per angelos factam denuntiationē impletam. Luc. cap. 2. 8. 9. 10. 11. 12. 13. & seqq. 28. 29. 30.

& seqq. cum conficeret, in nullum alium mensem, plura festa incidiisse, videlicet Sigoniu[m] lib. 3. cap. ult. de Repub. Hebrei. & contra in Ianuarium & Decembrem omnino nulla. Signus d. loc.

Quinta ratio est, quod Christus in anno 30. aetatis b[ea]titudinis baptizatus a Iohanne, Luc. c. 3. 23. junct. Matth. c. 4. 17. Marc. c. 1. 9. 10. 11. 12. 13. & seqq. Hoc igitur tempore definiebant & incipiebant anni nativitatis Christi. Ac vero simile est, Christum, non in medio brume tempore, sed potius in autumno, Iordanum ingressum, Matth. c. 3. 16. Marc. c. 1. 9. 10. quo tempore Iohannes morabatur in deserto, induitus pilis Camelorum, edens locustas & mel silvestre. Marc. d. c. 1. 12. 3. 4. & seqq. quod non nisi tempore astivo fieri potuit. Iosephus Scaliger ex comparatione & velut occursu mutuo temporum, scilicet temporis ab Encenio Macchabaei descendente & ejus quod a baptismu Christi ac 150 annis Tyberii Caesaris ascendit, conficit, Christum omnino natum esse in fine septembris, aut initio octobris. Quam sententiam suam multis rationib[us] aliis reborat, ut eam planè extra dubium collocare videatur.

Sexta ratio est petita ex ipsius Christi testimonio de seipso, Luc. c. 4. 17. 18. 19. 20. 21. 22. eodem ipso tempore quo cum Iudeis in synagoga de loco Esiae, ca. 61. 1. differerat, impletum fuisse, vel impleri annum jubilacionis etiach[er]ebim quo tempore Christus prædicare coepit Euægeliu[m] Luc. c. 4. 17. & seqq. Ac verò hoc in anno Christi aetatis 30. fuit, statim scilicet postquam a Iohanne in Iordanem fuit baptizatus; Marc. c. 1. 9. 10. 10. & seqq. Luc. c. 4. 1. & contactus a Diabolope[ri] 40. dies, Luc. c. 4. 1. 2. & seqq. Marc. c. 1. 12. postquam tentationem Christus expresse dicitur officium suum incepisse & prædicare coepisse, Matth. c. 4. 17. Marc. c. 1. 14 & seqq. Luc. c. 4. 15. & seqq. & dicitur impletam ceremoniam & significationem anni ap[er]tione, Luc. c. 4. 14. 15. 16. & seqq. 21. de qua Es. c. 61. 1. 2. 3. 4. & prædicavit hunc annum ap[er]tione, Christus tuba patris: primum quidem in Galilea patria sua Nazareth. Luc. c. 4. 14. 15. 16. & seqq. Matth. c. 4. 12. 13. & seqq. 23. postea dicitur sibi discipulos elegisse. Iohann. c. 1. 37. & seqq. Matt. c. 1. 16. & seqq. item primum signum & miraculum in nuptiis Canæ Galilee fecisse, Ioh. c. 2. 12. post quod tempus descendisse legitur Hierosolymam & crucifixus videntes ex templo,

propterio, Ioban. c. 2. 12. 12. & seqq; quo facta, festum Paschalis primam post acceptam predicationem in mense Marcio, in anno statis sua trigesimo cum dimidio celebravit, Iob. c. 2. 12. & seqq; usque ad finem. In medietatem tertio anno officii sui Christum crucifixum probare mihi videant rexus, apud Lucam. c. 13 + 32. 33. 34. Ecce iunctiones peragam hodie & cras, deinceps autem die consummabor, &c. et d.c. t. 3. vers. 7. 8. 9. Nam post baptismum & incipitum predicationis manus Christus ror dicetur ad ascendisse ad festum paschalem in seruum Hierosolymam. De prima ad confessionem exiret Ioban. cap. 2. vers. 12. 13. 14. De secunda Ioban. c. 6. 4. 5. de tercia Ioban. cap. 11. 5. 5. & seqq; post quam ad confessionem etiam caput est à Indeis & ad mortem damnatus. d.c. 11. 5. 5. & seqq. capitibus.

Sepima ratio est, quod ab historiis Romanorum confitit, censorum praefectionum, Romano imperatori fieri solitam in mense Septembri, quo intermera omnia sunt portra & fractius colliguntur, quo tempore Christus dicitur natus. Luc. c. 2. 1. 2. & seqq; quo ex edicto Cesarii census in territorio Romano indicabatur, describebatur & exigebatur. Luc. c. 2. quod in mense Septembri apud Romanos scribat L. 2. C. de vest. milit. Novell. 1. 2. 8.

Ottavariatio est ex tempore nativitatis Christi, quo pastores greges suos pavent noctu in agris, quod neque olim, neque hodie in terris illis orientalibus in media bruma fieri potest, neque solet, ut testantur historici, sed potius in auctummo, ut ex poëtarum & historicorum testimoniorum lato probat V. Volphius in sua Chronologia, lib. 1. in fine.

Nona ratio est, quod Graeca ecclesia olim annum semper à Septembri mense incepit, ut refert Berwaldus. Non obstat argumentum, quo adducti, diem natalem Domini in Decembrem contulerant, quod scilicet pueri Zachariam sacerdotem ingressum Sanculum Sanctorum, quod se mox in falso cabernaculorum hoc est, in septimo mense, seu nostro Septembri, dicebat. Levitic. c. 16. 21. 24. Hob. c. 9. Nam rexus apud Lucam d. c. 1. dicit, Zachariam sacerdotem sortitum sortem functionis sacerdotalis, sufficiens faciendi, ingrediendi in templum Domini. d. cap. 1. 9. 10. 11. 12. Chronic. c. 2. 4. 2. 5. 1. 9. Non dicit Zachariam sumnum sacerdotem & pontificem inquit, sed sacerdotem Pontificem in multis fuit, sacerdotes plurimi.

Nam c. 4. ex tribus Abaronis prograti. Nec Pontifices habebant vices & sorteem, ut sacerdotes. 2. Reg. c. 11. 9. 10. sed antea soli erant, Exod. c. 40. 15. Levit. c. 16. Exo. c. 30. 10. & seqq. neq; summus sacerdos & pontifex, sicut reliqui sacerdotes, in classes distributus. Præterea suffitum & inconsuum factum in festo pentecostes, seu septimanarum in principio mensis Iunii patet ex Lev. c. 23. 5. 6. 11. 12. & seqq. Exod. c. 23. 15. 16. 19. Deut. c. 16. 16. tempore nimirum, quo erant spicæ recentes virentes, Levit. c. 2. 14. quo tempore sacerdotes pariem simile comedebant in loco sanctuarii tabernaculi, non in sancto sanctorum, Levit. cap. 6. 9. 19. 2. Chronic. c. 26. 16. 18. 19. c. 9. 7. Quibus addo &c. Luc. d. c. 1. 11. ubi dicitur Angelus adficiisse Zacharias, ad aliaris suffitum defererat. Atque hoc suffitum erat in media pars tabernaculi, hoc est in sancto, non in sancto sanctorum, ut liquet ex Hebre. c. 9. Et munus sufficiens faciendi, etiam pro sorte ordinarii reliquis sacerdotibus deferobatur. 1. Chronic. c. 23. 5. & seqq. Et summas sacerdos, non per dies aliquot commorabatur in sancto sanctorum, prout hic Zacharias per dies aliquot offitium facisse docetur. d. c. 1. 23. Ex quibus constat, functionem sacerdotalem Zacharia non potuisse referri ad illud tempus, quo in sanctum sanctorum pontifice maxime ingrediebatur, quod fiebat in mense Septembri, sed postius ad illud, quo sacrificia & suffitum ordinarii fiebant, quod erat in Iunio. Quod vero dicitur populus expeditasse foras Zachariam, intelligendum est in ostio tabernaculi. Exod. c. 40. 30. 31. 32. & seqq. c. 38. v. 8. 1. Sam. c. 2. 22. seu in atrio domus Dei. 1. Chronic. cap. 23. 5. 6. Nam populo non licet ingredi dominum Dei, sed tantum sacerdotibus. 1. Chronic. c. 23. 5. 6. & Exch. c. 44. Levit. c. 16. partes vero tabernaculi tres erant; Altarium: sanctam: & sanctum sanctorum. Levit. c. 16. 12 & seqq. ubi Iunius Hebre. c. 9. Exo. c. 26. Atrium erat ancica pars, ab oritur occasum, in qua populus conveniebat. Exod. c. 27. & ubi arca ancæ, ad quotidiana sacrificia & labrum ancum, aquam sacerdotibus probrens ad ablendum, Exod. c. 26. c. 39. Heb. c. 9. Sanctum vero erat pars media tabernaculi. atrio proxima, velo ab illo distincta, que sacerdotibus ministram cibis quotidianis paretur, in qua altare aureum. suffitum, seu ibyrmam cibis in dexere letere, & mensa aurea cum panibus propofitionis, in finibz candelabrum

brux

bram aaronum. Sanctum sanctorum denique erat pars polica tabernaculi, velo quoque à sancto distincta, Exod. c. 26. Hebr. c. 9. in quam summo pontifici semel in anno ingredi licebat. Levit. c. 16. in fine in mense septimo sepe omnes scilicet die, decimo, Levit. d. c. i. 6. 29. & seqq. ubi Iunius. c. 23. 27. Exod. c. 30. i. 10. 11. 12. In hoc sancto sanctorum stabat arca fudere, sed & propitiatorior, seu pperculo. Exod. c. 26. In Luca. c. 1. cum diceret Zacharias stetisse ad dexteram altaris suffitum, cum populus foras in oblio tabernaculi proscareetur, satys apparet, eo tempore Zachariam non fuisse in sancto sanctorum, sed in sancto, in quo erat aliter suffitum autem, ut dixi. Deniq; constat, Zachariam hunc patrem Iacobum, illo tempore, quo Christus concepierat & nasciebatur, non fuisse summum pontificum. vid. Sogonium de Repub. Hebne. lib. 5. c. 3. subscrifit & ex Iosepho probat. Iacob enim: cum temporis pontificatus administrasse. Quomodo igitur hic sacerdos Zacharias sanctum sanctorum ingressus esset? Ex his omnibus probabile sic, tempora & festa ordinaria & solennia à pontifice Romano male miscerata fuisse, ut scilicet impleretur de filio perditionis, qui compora si misceretur, ut quidam illud Danielis accipiant.

CAPUT XXIII.

De natura & affectione populi.

HAEC NUS DE LEGE, REGULA & NORMA VIVENDI & ADMINISTRANDI DIXIMUS. SEQUITUR DE NATURA & AFFECTIONE POPULI & CORPORIS CONFOSCIATI, QUORUM NOTITIA ETIAM MAGISTRATUI IN REGENI ADMINISTRATIONE SACRAE NECESSARIA EST. BECCARII LIB. 2. CAP. 3. DE POLICIA BENE CONFICIEND. POPULUM HIC ACCIPIO PRO CAEN ET PLEBE PROMISCUA CORPORA CONFOSCIACUM, PRO MEMBRIS REGNI IN UNUM CORPUS ANUCIS.

Populi ingenium, mores, natura, affectio & notitia petenda & cognoscenda est ex natura, situ & sede regionis, aetate, conditione, statu & educatione eiusdem. vide Bedini. lib. 5. c. 1.

de Repu. Lipf. lib. 4. polit. c. 5. Hippolytus à Collib. de præcepto c. 8. Zwing-
ger. in theas. volum. 21. lib. 1. & seqq. Alexan. ab Alexan. genial.
dier. lib. 4. c. 13. & Gregor. Tolos lib. 4. c. 4. & lib. 10. c. 6. num. 17. &
seqq. c. 3. Bodin. in methodo histror. cap. 5. Boer. lib. 2. de polie. bene infis.
Scipion. Amira. lib. 4. discurs. 7.

Cognoscitur autem ex loco & situ regionis, hominisque
natura, si consideretur, an versus orientem, septentrionem,
occidentem, meridiem, vel occasum solis, regio sita sit, an illa
plana, montuosa, ventosa, vel tranquilla.

Populi orientales, ceteris naturâ suâ sunt humaniores &
urbaniores.

Populi inter meridiem & septentrionem siti, quia medium
inter calorem & frigus ressent, ideo ipsi quoque viribus in-
genii & corporis firmulvalent. Ideoque libertate temporata
regendi sunt. ut sunt Romani, Greci, Poloni, Hungari Galli & alii.

Septentrionales populi naturâ sunt audaces, animosi, con-
dati, sed non astuti, atque industrii, verum simplices candidi,
corpulenti, tardi, fidi & constantes, hilares, visuodediti, inhu-
mani. Quales esse videntur Transylvani, quidam Poloni, Dani, Sae-
di & alii. Hi liberius in gâbérnatione sunt habendi. gaudent
enim maiori licentia & indulgentia. Meridionales populi
contra sunt solertes, ingenuos; levces, inconstantes, veneri de-
diti, melancholici, quales sunt Sarraceni, & reliqui Arabes, Ae-
gypti, Malabates, Cumanai, Godrojii, Tadi, & plures alii.

Habitantes in regionibus partibus & ventosis, sunt tur-
bulenti, inquieti, inconstantes. In locis tranquillis viventes,
contra sunt quieti constantes.

Montani populi sunt duri, robusti, asperci austeri, atque ga-
udent majori licentia & libertate frui cupiunt.

Vallenses, contra sunt naturâ timidi, molles, effeminiati.
In locis sterilibus degentes, sunt artificiosi, industrii, sedoli,
severi, & arctioribus vinculis indomitam & feram hominum
vitam constringi eportere iudicant.

In fertilibus contrà habitantes, otiosi, voluptatibus dediti. In portu maris fluminūm viventes, ob commercia & cōversationem cum variis hominibus callidi, astuti, lucro dediti, dolosi. *vid. Arist. lib. 7. polit. c. 7. Petr. Greg. Tolos. lib. 4. c. 4. de Repub.*

Valentēs robore corporis, non ingenio, opus habent rege prudentie & gravi, cuius autoritate contineantur.

Qui valent prudentia, viribus autem corporis destituntur, illi cupiūt sibi dari regem, hominem acrem, bellicosum & ad res gerendas aptum: sed qui inter hos medii sunt & tam corpore, quam ingenio valent, libentiūs ab optimatibus reguntur. *Petr. Martyr 1. Sam. c. 8.*

Populus Iudaicus, naturā contumax præfractus, rebellis, impatiens, pervicax & intractabilis fuit. *Deut. c. 31. 27. ibi nam ego novi rebellionem tuam & cervicem tuam durissimam. Psalm. 95. 8. 9. 10. 11. Esa. c. 48. 4. c. 65. 2. Ierem. c. 3. 3. 4. 5. c. 8. 6. c. 1. 1. Aet. c. 7. 51. & Psalm. 78.* Ideo etiam Moses quadam bac duritiā motus ipsi indulxit, quæ aliās concessurus non fuisse. *Mattb. c. 19. 8. 9.*

Deinde, ut regionum mores sèpè sunt diverti, & diversa studia & judicia: sic & inde nati diversum habent morum habitum & rationem, & proinde non possunt simul convenire sine aliqua antipathia, quæ solerū quandoque motus, seditionē, ləsionem & subversionem status Reipub. excitare. Nam elati, superbi, bellifive assueri, facile pacificis & mansuetis vim inferunt. Male & dediti mollitiei, bonos mores corrumpunt. *Ezech. c. 16. 3. Siracid. c. 33: 12. 13. 14. 15. 16. l. quod si nolit. 6. qui mancipia de adil. edict. Tit. c. 1. 12. Alex. ab Alexand. lib. 4. c. 13. Greg. latè d. lib. 4. c. 4. de Rep. & Plutarch. de gerend. Repub. Aristot. lib. 5. polit. c. 3.*

Oportet itaque magistratum ingenia hominum quos regit, vel in ius civitatis recipit, non visse, ne moribus, naturā, & ingenio diversos & contrarios conjungat, vel qui alios corrupturi sint: Oportet non visse etiam mores & ingenia eorum, quibus praest, ut hūs se adcommendare possit, & sciatur quibus potissimum populus moveri & delectari soleat.

ducit. vide Arist. L. 7. poli. c. 6. li. 5. c. 3. imò & senū, jauentū, item faminariū, dīvitū, nobiliū, doctorum, pauperū, & viliū naturā mores & ingenii scire debet. Scip. Amir. l. 4. dis. c. 7. Qui venācū bestias induunt exuviū certi; qui ancipantur aves, plūmatis utuncur tunicis: qui cauros capiāt, cāvēt ne vestē rubra appāreant, aut elephātis albā: quod hoc colore irritatur. Sic qui ferā nationē domare vult, semet ipsum illi ad tempus adcommodet necesse est. Ita quoque magistratus affectus populi discere debet, & scire, quomodo passiones & affectus populi ad harmoniā & ad legum obedientiam ducere possit. Sed tamen ut arbores transplantat, deponunt sepē nōdiam sublantiam, mutatā culturā & terrā: sic quidam alio cōmigrantes mutant & mores & naturam pristinam. Greg. d. lib. 4. c. 4. num. 17. & seqq. & Iohan. Bod. in method. bistor. c. 5. & d. c. 1. li. 5. de. Repub. 1.

Populi vētō triplicis, sui, finitimi & universi natura & affectio magistratui cognoscenda est.

Populi sui, seu sibi subiecti, affectio & natura, vel conditio, idē cognita, perspecta & explorata magistratui esse dēbet, ut sciat, quibus rebus & modis ille ducatur, moveatur, offendatur & regatur; que quibus, & quales leges & gubernandi ratio congruat. Ideo Iosephus in exordio sui magistratus obivit totam regionem sibi commissam, eiusque naturam, conditionem & statum dicit, ut babs: ur Genes. c. 4. i. 46. vide Plutarch. de gerend. Repub. Inter subditos duo ciuitatum sunt genera, plebs & nobilitas. Plebs annona abundantia & hilaranda est, iustitiaque timore frenanda: nobilitas vero ut honoris stimulo adigitur, sic pudoris freno corrigitur. Si nobiles nō timuerint, si plebeios non puduerit, si tamē hi patientur, illis aditus ad principē intercludatur, pro re cōperta habendū est, Remp. minus recte se habere.

Finītimi populi naturam, ingenium, propensionemque noscere oportet, idē, quod cum illis sēpē res, fædera, & commercia, vel bella int̄cedunt, vel quod opera eorum opus has beat in vita sociali. Ad. c. 12. 20 ibi perebant pacem eo quod aleretur regio ipsorum ex regis agro. Iudic. c. 18. 7. 10. 27. Quamobrem refere mores vicinorū scire, an sint iracūli inquieti, audaces, pacati, levēs, timidi, int̄perātes, luxuriosi, superbi, mēdaces, vani, avari, laboriosi, austeri, mores

cōrūmaces, inhumani, duri, agrestes, molles, vel a'ii. Quinā tales sine naturā regionis, latē docit Bod. in mech. hist. q̄ē videt l. 5. c. 1, de Rep.

Mali finiti mi & vicini à Deo alicui regno obiciuntur, ad vi-
tia illius reprimēdū, vel corrigendū, vel in officio illud conti-
nēdū n. Sic Philistinos Israelicis, Iudaicis Israeliteas, Deus opposuit, tan-
quam repagulū & frenū. Chron. c. 4. adde Ierem. c. 50. & seqq. vid. Ju-
dic. c. 3. 3. Quamobrē etiam dico, non expellam eos à facie vestra, sed erūe
vobis ad lacera, & dii eorum vobis in cēdicolam futuri sunt & c. 4. 4. fu-
eruntq; ad probandū per ipsas Israelem ad cognoscēdum, an auscultaturi
essent præcepis Ichova, que præceperat majorib. ipsorū, c. 10. 7. Iudic. &
Ios. c. 15. 63. 1. Chro. c. 4. Sir. c. 33. 15. 16. Sic bodois Turcas Germanis op-
ponit vicinos, & Gallis Anglos, & alii alios vicinos & vindices quasi
deditiorum suorū habent. ut exēpla & bistoria testātur. vid. Comin. part.
1. hist. Gall. c. 107. & seqq. Nam si qui princeps, aut si que civitas secu-
ra, sine alto metu hostili vivere, luxuriantibus oīo animis principatus
in libidinē & tyrannide vertetur, quo argumento Scipio Nasica Caro
phaginē conservandā esse contra Caronem discentientē aſterebat, ne metu
abato amule urbis luxurianti felicitas urbis Romana inciperet. Ita De-
us, dum singulari providentia principibus et civitatibus excitat amulos,
illis velut quosdā stimulos subdit, ut alii aliorum metu modestè & tem-
perantur se gerant. Comin. lib. 5. c. 18. Plant bellicosarū gentiū & in suis
regionib; parcē & duritius viventius in fertiliores invicatio periculosa.
2. Reg. c. 16. 7. 8. 9. & seqq. sed & Deus provinciū vel regni Angelos pfi-
cit. Persis Angelus à Deo legitur tributus. Dav. c. 10. 13. c. 12. 1. Mace-
donia. Ad. c. 16. 9. adde Exo. c. 13. c. 14. Ios. c. 5. Iud. c. 6. 2. Reg. s. 19.

Vniversi populi ingeniu, inclinationē propensionē & natu-
rā intelligere decet magistratū, qui nimirū sint motus, affectus
omnibus subditis communes erga superiorē sibi imperantē.

Quod nullo meliori modo, q̄ quod ipse aliquandiu imperio
alieno obēpaverit, intelligere poterit. Ex eo n. recolero potest
qd sub alio principe, aut noluerit, aut voluerit, & qd tibi obe-
diēti ab impāte, vel cōtra fieri volueris, vel minus. Vnde d: Gal-
ba Tac. acutissimus idē ac brevissimus rerū bonarū malarū dilecto; cogit-

bare

taxe, quid sub alio principe, aut noluoris, aut vulneris.

Deinde consultum, ut magistratus se moribus & ingenio populi ad tempus ad co^mmodet, ut intelligat quae ei convenient & quae deceant, & leges convenientes ferat: ita faciliori labore & diutius imperabit. *Vide Gregor. lib. 22. c. 8. num. 7, 8. & lib. 10. c. 3. de Repub.*

Est verò plerunque natura & ingeⁿium vulgi, & populi universi.

Primò mobile, varium, inconstans & mutabile, primum in affectus, quos ponit, vel sumit varios, imò contrarios s^ap^e & divertios, & plerunque in bene de se meritos ingratum, pro beneficiis maleficia reponens. *Scip. Ambras. lib. 5. discurs. 3. & lib. 20. discurs. 4.*

*Iea populus Iudaicus, modò Christum voluit regem constituere, modò famulis acclamacionibus Hierosolymis ingredientem discopit, quem tamen alio tempore ad crucis supplicium postulavit; Idem populus Iudaicus erga Gideonis liberos ingratuus. Iudic. c. 8. 34. 35. iuncto versic. 22. & idem eti^s en primò regem coluit, quem alio tempore trucidare volebat. Num. c. 20. Sic Iudas Iohanni Messie honorem deferunt, quem tamen postea ab Herode in carcere conjundum, omnes deserunt. Apostoli, qui obsecratis insimulab. encur à Iudeis, pro diis postea ab illis babentur. Act. c. 2. 3. Lycornes Paulum, tanquam Deum elecipientes, paulò post ratione lapidaver. Act. c. 14. Meliteos Paulum homicidiam, mox Deum dicebant. Act. c. 2. 8. David quoque haue populi sensit mutabilitatem & inconstitiam. Ab Iraelitis rex confirmatur, & ab eisdem regno pelli-
tur & exicuntur. 1. Sam. c. 15. adde 1. Reg. c. 12. & 2. Reg. c. 15. c. 17, 2. Sam. c. 20. 2. Profane exempla plurima recenser Georg. Richter. in axio. polit. 4. 6. & 339. Extant quoque exempla Aristidis, Sene-
nis, Phocionis, Scipionis, Themistoclis, Miltiadis, & aliorum virorum
præstantium, qui postquam aliquandiu populo placuerunt, imò iustissime
vicerunt, tamen vel exilia, vel supplicio postea sunt efficii.*

Quandiu indigentia, vel necessitate aliqua premitur po-
pulus, Iuppex & humilis est valde, & ad eos, à quibus se juvari
arbitratur,

arbitratur, totus inclinat: at ubi se sensit bene habere, maximum divitiis affluit, de se mirifice presumit, unde ad libertatem, vel modico vento impulsus eackingit, jugum superiore, quantumvis aquissimi excutere. Eccles. c. 4. 10. 11. 12. contatur, & nisi tum, dum audere incipit, reprimatur, periculorum, ne quod temerè exorsus est, perniciosa perficiat: ubi vero vis glantis principis manum imminentem considerat, eadem levitate, quā ceperat presumere, in leplum reddit. Greg. lib. 4. cap. 3. n. 19. Magistratus igitur se vulgo non tradat, prudenter cum illo agat, in caducum parietem non inclinet.

Deinde commune multitudinis vitium est, ut nimia clementia principis sui abutatur & nimia superbìa irritetur, & medium amer. Vitiū illius etiam est, quod magnos ac virtute præstantes viros pterunque invidia prosequatur, ignavos autem & timidos dignitate ac gloria afficiat. Viligit, quorum prudentiam imitari se posse confidit, quorum vero sapientiam non potest attingere, eos livore & invidia infectatur. Francois Patrit. lib. 5. de regno. tit. 11. Quantam itaq; potentia accedit unicuique, tantum in eum invidia crescit, ita ut virtutis & gloria comes perpetuus sit invidia, calunnia, odium & livor. Exemplis sit Daniel, qui ob virtutes, invidiam, odium, & calumniam Sacraparum sustinuit: Daniel. c. 6. Christus cuius miracula Pharisæi calumniis infectabantur. David. in vīsus aulicis Saulis: Iosephus fratribus suis, ob virtutes & gloriam odiosus. Scipio Africanus, Thamistocles, Aristides, Hermodorus & alii Ruth. axiom. 295.

Vitium quoque populi est, quod magistrati suo mala incommoda & adverba, quæ in Repub. accidunt, imputat & adscribit. ati populus Iudaicus Mōsi. Exod. c. 5. 21. 22. 23. Num. c. 20. 3. 4. cur nos adduxisti congregationem hanc, in desertum, ut moriamur ibi nos & jumenta nostra. 5. et quare fecisti, ut ascenderemus ex Ægypto ad adducendum nos in locum matutis istum. 6. 7. & Davidi. 1. Sam. c. 30. 6. & futurum magistratum magis & plus amat, quam presentem etiam bonum & pius, at exemplum Ab solomonis et Davidis docet. 2. Sam.

R. 7

2.15.10.13.c.19.9.10.42.43. Eccl.c.4.1. Vidi oes viretes qui
abulant sub sole adiugetes se puer illi secudo, q regnaturus e/i locu illius.

Tertio populus est præceps, pavida, locors, judicii expers, nec delectu, aut sapientia, sed impetu, temeritate, suspitione, vel affectu suo dicitur. Ideoque ex opinione multa, ex veritate pauca judicat, atque ad plures inclinat, & ex multitudine sentientium, veritatē metitur. & Cicer. pro Planc. non est consilia in vulgo, non ratio, nō discrimē, non diligentia. Ideoq *vane* populi voces nō sūt audiēda. I. Decur. C. de pan. illi cui regēdus, nō sequendus, populus est cōmissus. l. 3.c. qui maxum nō posse. Scip. Amor. l. 20. dis. 4.

Credulus est, quia oīa credit, & quoquo modo audita, pro cōpertis habet & facile falli & induci potest & talis urentibus reddi, qualis est dux, vel rector illius. Favet servidis. Nam populo judice, quicquid modestū id ignoriaz specie habet, quod circumspetum & providum legnitiaz; Quod vero abruptum & præceps, id vero forte & virile censemur. ut Lipsius dicit.

Quarto, invidus est populus, & a grīs oculis alienā felicitate intuetur, & propria publicis præfert, atque omniū curarū est expers: imò deteriori atque inferiori parti favet. Hinc multi viri præclarī eximii post res feliciter gestas, in exiliū fuerunt ejeci, vel alia graviora passi sunt, ex sola populi invidia. ut Themistocles, Scipio Africānus, Scipio Asiaticus, Bellarius. Est. n. commune viciū in magnis et liberis civitatibus, ut invidia virutis sit comes et libenter detrahant his, quos aleius emergere vident: neq pauperes aquo animo alienam opulentā foreunā intuetur. Franc. Patr. lib. 6. tit. 5. Spin. de animi tranquil. l. 4.

V. Ferox, morosus, indomitus & servitutis impatiēs est populus, equo feroci & indomito similis, eadēque arte tractādus Greg. lib. 22.c. 8.num. 5. & lib. 10.cap. num. 203. Nam, inquit, nisi cum arte & peritia secesserit ergo equi infidere, omnino exēcūtur. Ideoq recte Xenophon. i. p. ad. homines, ait, in nullis magis insurgunt, quam in eos, quos imperiū in se affectare sentiunt: et omnibus animalibus faciliter quam hominibus imperare posseris, nullū animal, quod maibri arte tractandum est. Cicero ad Quini. fratr. epist. 1. sapè magistratui pro communibus commodis adeandas iniurias, dicit, sacerundas, sapè pro Rep. tem-

populares, cū multis audacibus, imprabis, non unquam etiā parentib. esse dimicanda. sed hæc fortia in foliis verbis. Nihil en. ultra verba plebs est ausura.

V I. Vixita loquitur populus & comprimi necit. Famam, vel rumorē alit & auget in peius potius, quā melius & quando provoto omnia non succedunt, facile culpam in magistratum coniicit. Ideoq; redē Plutarchus dicit, omni populo inest malignū quidam & querulum in imperantes. Et Seneca dicit, provident. Quāvis id agas, ne quis meritōe oderit; erū tamē sc̄per, qui oderunt. adē ut Plutarch. in Apophtheg. roctē dicterit, regūt esse audire male, cū facias bene. Qua in re populus similis est infantibus, qui pulcē à matribus ac nuericibus capiūt, plorare interim non definunt. sed imperanti vanae populi voces non sunt audiēnt. Dicur. C. de pen. & vulgi obreccationes negligēntia imperantibus. quod exemplis illustrat Scipio Amrit. lib. 3. discurs. 7. & mirabil eſe le vias, quā anra populari fidore, idē lib. 5. discurs. 3. exēplis docet.

V II. Hinc populus est turbidus, seditiosus, rerumque novarum cupidus, præsentia fastidiens, aliū statū & cōditionem Recip. expetens, quieti & otio adversus, prælertim quando dux est. Ecclesiast. 4. 10. 11. 12. ubi docet Salomo, populares & subdites nunquam suā sorte contentos esse, ac ne sapienti quidem regi adquiescere, & mutationem expetere quod patet etiam ex Absolomis exēplo. 2. Sam. c. 15. 10. 12. 13. & aliis supra allatis in §. Magistratus suo, & plura adfert Richer. axiom. 237. Nam animi hominum sunt instabiles & offensi aliquib. incommode, facile appetit alia. Sic Iudei sub Samuele, perebat sibi datus regē iudicis in Egyptū redire cupiebat. Nam ut mare, quod suā naturā tranquillū est, vētorum vi agitat; Sic populus suā naturā & sponte placatus, hominū seditiosorū vocib. ut violētissimis cōpestari. attollitur, ut ait Cic. pro Cœlent. At sine rectore & duatore, vulgus præcōps, parvidus, vocors, metu aut spō nimīū in rēb. minimis trepidat, in maximis minime proficit, verbis ferōx, factis remissus. Aut. n. servit humiliter, aut supē dominatur, aut nimīū colit, aut nimīū odit. Mediū nescit, declinat, vel ad dexterā, vel sinistrā. Libertate, q; media est, nec spēnere modicē, nec habere scit. Exēplū bujus natura populi exīat 2. S. c. 15. ubi Absalō subditoru. patris sui animos facile suis blāditijs ad se allicerē potuit, ut secū cōtra

dom Regem confirarent. Similiter cap. 20 ubi auctore Shebata Iudeo-
lise à Davide deficiuntur. 2. Reg. c. 10. 1. 2. 3. 4. 5. & seqq. Greg. lib. 22. c.
11. d. Rep. & lib. 10. c. 3. 6. 4.

VII. Natura & affectio, seu ingenium populi est, ut mores & vitam sui summi magistratus imitetur facilimè. Est enim subditus omnib. quasi lex ab ipsa natura insita, ut omnia principis facta, dicta, mores accuratissime imitentur, arque in id unum intonsus habeant oculos, studia, mentes, ut ojus singula vita, virtutes, omnia, denique corporis & animi habitum, ipsis animis & mentibus expressum habeant, ut dicit Bodin. lib. 4. c. 6. de Repub. & obsequium inde in principem et amulandi amor validior, quam pena ex legib. & metus. *Vnde proverbium.* Qualis rex, talis grex: qualis princeps, talis populus. *Siracidae.* 10. 2. Quod adçò verum est, ut princeps, quantumvis simularer & cautus sit, non tamen possit efficere, quin Regis pub. suis vitiis non inficiatur, vel virtutibus suis non exornetur. *Vnde est.* quod princeps plus exemplo, quam peccato suo noceat, & vita sua honesta plus, quam praeceptis & penis edificet. Nam vita principis boni, censoria est civium, eaque perposua, ad hanc solent se cives conformare. *Natura,*

componitur orbis,
*Regis ad exemplum, nec sic infletere sensus
Humanos, edita valent, quam vita regens.*

Mobile mutatur semper cum Principe vulgaris ut ait Claudiannus,
Ita Vespasianus bonis legibus à se latis multa corredit in Repub. sed
exemplum vice proba, plus efficit apud populum, ut refert Aurel. Vit. in vita eiusd. Idem de Arcadio & Honorio narrat Zozomen. lib 8. c. 1. Quosque impius rex Ieroboam dicitur Israelem peccatis suis sedaxisse? David in Psa. 12. in fine conqueritur multiplicari improbes, improbia imperium senectibus, & in Psalm. 20. 4. 5. 6. 9. ob peccata regis subditii incitantur ad virtutes & pietatis studium. & Psalm. seqq. *Contra amnes* ministri regis impii, etiam ipsi sunt impii. Proverb. c. 29. 12. In politia Romana, vita impia & turpi, mala & vita introductrixens Nero, Caligula, Heliogabalus & plures alii: Item in Repub. Iudeorum Ieroboam, Achab, Manasse & alii. 2. Reg. c. 21. 2. Chron. 33. vide Cicer. 3. de

de legib. Non tantum, inquit, mali est, peccare principes, quantum illud, quod permuli etiam imperatores principum existant. Nec solum virtus concipiunt ipsi principes, sed ea infundunt in civitatem, & ob- sunt dum corrumpuntur & dum corrumpunt, plusque exemplo, quam peccato nocent. Hinc Plato; si Remp. rede laudabiliterque instituis gero. virtus tibi cum civibus comunicanda est. Quales n. in Rep. sunt prin- cipes, tales solent esse reliqui cives. Ideoq; non tam imperionibus opus, quam exemplo, dicebat Plinius. vide exemplum Marci Imp. in capitolino. Ideo lamina populi magistratus vocantur. 2. Sam. c. 21. 1. 7. & c. 23. 3. 4. qui in suos mores formant ceteros. Camerar. cent. 1. c. 66. Georg. Richter. A- xiom. pol. 1. 20. qui exempla referunt. Scipio. Amirat. lib. 3. discurs. 9.

Hinc studia vulgi cum benevolentia & favore principum consistunt & mutantur. Vulgus enim illos colit & admiratur, quos seit in gratia & autoritate esse apud principes. Rursum quoque hos odit, quos videt gra- cia & favore principum excedisse.

I X. Populus levis, inconstans & varius est, varia agitat, mos ver, conatur, meditatur, loquitur, quovis tempore, quz prin- cipem, seu magistratum scire oportet: Imò etiam singulorum subditorum vitam & mores, ut cognitos habeat, ipsius inter- est, ne illi imponatur à malè consulentibus, néve mendaciis firmeat dolosa cōnsilia, ne cogatur hoc tantum scire, quod consiliarii loquuntur, atque ut remedia ordinare & in tempo- re prævenire possit.

Adsequitur autem hoc honestè, quando frequenter co- mitia, seu statut regni congregat, audit, & liberè conqueri pa- titur quosvis.

Iosaphat rex, ministros suos per omnes regionis & regni sui partes mi- sit, qui de statu singulorum & universorum informari, omnia in melius reformarent. Delatores à quibusdam buic negotio adibentur, qui clam à magistratu submissi, in secretiora etiam quæque privatorum habitacula penetrant, omnia expiscantur & observant, ad superiorem subornare & relaturi. Sed ob imposturas et calūnias horū in bonos & delationes fal- las, hoc genus hominū valde periculosū est. vid. Pet. Gre. l. 3. 206. 4, Syn.

In quibusdam locis constituti sunt in hunc finem censores, observatores, procuratores & advocati jurati, qui qua ad crimina & negotia publica pertinent, solliciti inquirunt, explorant, referunt & deferunt magistratus emendanda. Vnde bi, magistratus sui auros & oculi recte dicuntur. Eccles. c. 10. 17. Ne quidem in conscientia tua regi maledicito: & in conclavebus eubilis cui ne maledicito di viti. Nam vel avis calorum perferret vocem illam & ales indicaret verbum. & 2. Sam. c. 18. 13. aus si commisero ex membris falicitatem, cum nulla res posset a rege celari: an tu stiterus es te ex adverso? Genes. cap. 44. Vers. 5. 15. Levit. cap. 5. Vers. 1. 2. Deut. cap. 17. Ver. 2. 3. 4. 5. 6. cap. 13. Vers. 12. 14.

Coitiones etiam & conventicula subditorum, vel vulgi, magistratum cognita & explorata habere oportet. Solent enim flabella nocturnis colloquiis, aut flexo in vesperam die, & dilapsis melioribus, deterrium quemque congregare, atque in ejusmodi conventiculis serunt querelas, & ambiguos de principe sermones & quævis alia turbamenta vulgi, prætexunt speciosa nomina, fingunt varia & facile in malum prorumpunt.

Valde quoque principis interest, ut hominum mores cognoscat, bonisque virtute insigni præditos viros cognitos & exploratos habeat, ut iis uti possit pro Reipubl. commodo. Qua in se excelluit Augustus Imp. & Ludoicus undecimus rex Galliæ. Scipio Ambras. lib. 1. discurs. 9. Malos contraria & noxios cognitos habeat, ut evitare horum ministeria possit.

Prætereà aulicorum & palatinorum suorum ministrorum naturam & ingenium summum magistratum cognitum habere oportet, ut remedium malis adferre possit, & præcipitum, lapsum atque ruinam, quam tales magistratui & imperio parare solent, præcavere, vel mala, quæ imperantibus

bus adferre solent, declinare possit. Horum igitur aulicorum & palatinorum mores & natura ita solet esse comparata.

Priuò in aula & palatio magistratus versantes ministri, toti ex nutu sui principis, velut Dei sui, pendent. Psalm. 146. 2. ex hujus nutu vultum suum fingunt, simulant & dissimulant, ac præcipites feruntur etiam ad facta impia, quæ sciunt placere dominis. Sunt igitur iniustitiae & libidinis eorum ministri, viitiis & cupiditatibus ipsorum per adulacionem inservientes, absque ulla conscientia. 2. Sam. cap. 1. 3. 4. 5. 6. & seqq. 19. ubi Davidis flagitiis, famuli ipsius aulici promptè inservierunt. Ita ministri Herodis, ut placerent illi, Christo illudant. Luc. cap. 23. & ministri Cæsarae. Matheb. cap. 26. ca. 27. sive principes Pharaonis ilius libidini inserviunt. Genes. cap. 1. 2. 12. & Abimelechi. Genes. cap. 20. 2. & principes Hiskiae. Ierem. cap. 38. 4. 5. cap. 36. 23. 24. & Saulis tyranndi Z'phai inserviunt. 1. Sam. cap. 26. Sic Saulis infidiis, quas Davidi struebat, serviunt famuli Saulis mentiendo. 1. Samuel. cap. 18. vers. 21. 22. 23. 24. & seqq. & Doegh è servis Samuelis. 1. Samuel. cap. 21. 8. 9. & Ammonis libidini turpi inservit Iona-dab. 2. Samuel. cap. 13. vers. 2. 3. 4. 5. & Achabi vindicta ipsius famuli. 2. Reg. cap. 1. vers. 6. 7. & seqq. Ita principes libidinum suarum artifices & ministros in aulis facile reperiunt. 2. Samuel. cap. 13. vers. 1. 2. 3. Ideoque in aulis pluris sunt adulatores & fycophante, quam viri fortes, boni & pii. Richer-rus axiomat. 184. & Reinhardus Lorich. de institutione principum titul. de adulat. & seqq. Quare istis ministris & mu-scis aulicis non est fidendum, aut illis quidquam committendum. 1. Samuel. capit. 18. vers. 21. capit. 21. vers. 8. Solent enim esse prothores & exploratores honorum virorum: ati Doegh dict. capitul. 22. vers. 8. 9. 1. Samuel. & famuli Saulis 1. Sam. cap. 18. vers. 21, 22.

II. Aulici solent esse bonorum virorum amuli & detrac-tatores,

Etatores, calumniatores, inimici & exploratores, eorumque famæ & bonis invidiantur etiam laudando. 1. Sam. c. 18. 20. 21, 22. c. 21. 8. 9. Esth. c. 3. c. 7. 2. Sam. c. 10. 1. Reg. c. 12. Psal. 101. 5. De Parmenione Alexandri magni medicum deferente. Polyb. lib. 4. hist. & Pet. Greg. lib. 22. c. 12. Sic Ierô verba & facta Abneri maliciose interpretatur. 2. Sam. c. 3. 24. 25. & principes Amonitarum verbalegorum Davidis. 2. Sam. c. 10. 1. 2. 3. 4. Doeg, de quo conqueritur David. Psal. 52. & Psal. 59. & in genere de suis calumniatoribus Psal. 109. & 120. & 140. & 52. & 59. Daniel. c. 6. 1. 6. 7.

III. In aulis principum maxime ambitiosi, fastuosi, superbi ac pravi fraudum sunt artifices & malorum fabricatores. Prov. c. 6. 12. 13. 14. & seqq. c. 10. 10. & seqq. ostendunt exempla Doeg & Haman. Daniel. c. 6. 6. non sumus inveniri contra Daniellum ullam occasionem, nisi inveniamus contra eum occasionem. &c. & vers. 7. 8. 9. 10. et seqq. Psalm. 101. 5. lingua apud me laudentem clam proximum suum, ipsum exscindam: elatum oculis & cumenesc animo, ipsum non potero ferre. 6. oculi mei attendent ad veraces terræ, ut considerant mecum: ambulans via integra is. ministrabit mibi. Ideoq; aula dicitur gynnamum mendacii, adulacionis & calunnia Francise, Patricie, lib. 1. ist. 7. de regn. adeò ut in aulis non sanctum vituperando, sed etiam laudando bonis calunnia fiat.

III. Aulici ex rerum mutatione mutantur & pendent, ac proinde in proprios domuos, (quos prius penè pro Diis coluerant.) mutata corum conditione, primi crudeles evadunt, & in eos statim conjurant, in favore alterius potentioris ac rerum iam potentis. vide exempla. 2. Rog. c. 12. & c. 9. 32. 33. & exemplum Zibe & Achitophelis. 2. Sam. c. 1. c. 16. c. 17. David quondiu erat in gratia Saulis, omnibus aulicis erat gratus. 1. Sam. c. 18. c. 19. quamprimum verè illi ingratus, omnes aulici illius odio ipsum habebant, uti conqueritur Psalm. 54. & Psalm. 58. & 59. Sic Haman in gratiæ regis existens, ab omnibus aulicis observabatur. Est. c. 3. & quia Marduchai in gratia regis, ideo omnes Iudei erant gratiæ. Est. c. 9. & Job de iisis conqueritur. Job. c. 30.

V. Con.

V. Contra dominorum & potentiorum voluntates in aulis adeò mobiles sunt, ut peritarò aulicæ vita periodus eodē favore ad finem ulque perseveret, vel quod latieras capiat principes cum omnia tribuerunt, aut aulicos, cum iam nihil reliquum est, quod cupiant. quod exemplo Sejani apud Tiberiam, Clyri apud Alexandrum magnum, Amanis apud Abnerum & aliorum illustrat, Scipio Amiratus lib. 3. discurs. 4. ubi rationes varias hujus mutationis aulica adducit.

VI. Aulici, quos vident esse in gratia regis, odio habent clam. Exemplo sit Isaac, qui gratus apud Abimelech, sed odiosus Philisteis. Genes. c. 26. David, qui apud regem Achis gratus erat, apud ilius ministros aulicos odiosus fuit. 1. Sam. c. 29. Daniel regi erat gratus, sed aulicis ipius inigratus. Daniel. c. 6. Sic & Aman & Mardochai. Est. c. 6.

VII. Aulici gratiâ & autoritate pollentes, patem ferre in aula non possunt, sed conantur illum expellere arte, dolo, rechinis, insidias, dilationibus. Sic Iob non posuit ferre Abnerum. 2. Sam. c. 3. & Amanam. 2. Sam. c. 20. & Achis obel Husai. 2. Sam. c. 17. & Aman Mardochai. Est. c. 3. & 3. David conqueritur. Psalm. 35. 15. cum claudito, lacratur congregantes se apud loricapedes ne non animadvertam, lacrantes ac non silent. 16. inceps hypocritas, facetus, saniosi, faceti frendentes contra modestis suis, 20. contra quietos terre res fraudulentissimas loquuntur & excoegerant. 21. & dilatant contra meos suum. 25. & seqq. Psalm. 62. 5. 10. 11. & Psalm. 64. 4. qui accidunt, facut gladium, linguam suam: intencante, ut sagittam suam, verbum amaralentum. 5. Iaculus pectendo ex latebris integrum repente jaculis pertundit eum, neque riment. 6. confirmante sibi rem malam, narrant, de abscondentibus laqueis, dicunt quis vide illos. 7. Persecutantes iniquitates, conficimur illis quae callidissime sunt persecutae. Jerem. c. 9. Prover. c. 26. 18. 19. Talis fuit Dœg contra Davidem. 1. Sam. c. 22. & Psalm. 52. Siba contra Mephibosech. 1. Sam. c. 15. Haman contra Iudeos. Est. c. 3. Alimus. 2. Macab. c. 14. Principes contra Danielum. Dan. c. 6. & socios quarant contra piros conspirantes. Psalm. 4. & 62. Esa. c. 5. Dan.

d.c.6.5. & seqq. simulantes amicitiam verbis, eoram illis quos oderant.
 Prover.c.23.c.27.c.6. Psalm.55.21.22. cuius blanda sunt verba bryrina, dum bellum infidet animo illius cuius molliora quidem verba oles, sed stricti gladii sunt. Psa.62.per eos. Vnde tales cognoscantur videre licet Proverb.c.6.c.16.c.17.c.26. Siracid.c.13.c.19.c.27. Exemplum extat. 1.Sam.c.18. Daniel.c.6.1. Sam.c.22.2. Sam.c.16. Nebem.c.6. & 2.Samuel.c.3. Ierem.c.38. Quomodo bone in odium adducant mendacii suis aulici vide Eft.c.3.6.c.4.7. ita Siba deculpsit Dominum suum, 2.Sam.c.16. & principes Daniellem. Dan.c.6 quales ex aula sua David se expulsurum testatur. Psalm.101.5. & seqq.

VIII. Aulici solent esse simulatores & dissimulatores, aliud ore dicunt & profitentur, aliud factis suis declarant & demonstrant. Ita Ioab sub specie saturationis occidit Abnerum. 2.Sam.c.3. Absolon fratrem Ammonem in convivio interficit. 2.Sam.c.13. Saul Davidem sub specie amicitiae cogitat perire. 1.Sam.18. Amiae aulici, sub specie amicitiae deferunt & calumniantur Amos. Amos.c.7. 10.11. 12.13. Itaq; in aulis frons, vultus, oculi, sapientia mentitur: oratio vero sapientissime. Psalm.62. & Psalm.55. Abner & Ioab imagines sunt aulicorum. 2.Sam.c.3.

IX. Vita & via aulicorum palatinorum est valde lubrica & periculosa. Nam aula plena est fallacibus amicis occultisq; insidiis, que latent in simulatione officii, aut aliquo necessitudinis vinculo. Eleganter horum mores describit Siracid.c.13. 13. non des operam, ut ex aequo alloquaris cum, & ne erendas pluribus verbis ejus: nam multa locuzione probacurus es te, et tanquam arridens perquisitus res tuas occuleas. 14.15. & versic.7. Si opus te habuerit, seducere te, arridens tibi & faciet tibi spē, alloquens te bonis verbis ac dicens, quid opus est tibi v.5. si utilis fueris, opera tua uenitur, quod si deficiaris, affligeris est te.6. & si habueris, convictor eris tuus, cumq; exhausterit te, tū non laborabis ipse. adde Prov.c.23.c.26. David. Psalm.109. et 120. & 140. et Psalm.5.22. cuius blanda sunt bryrina verba, dum bellum infidet animo eius: cuius molliora quidem verba oles, sed stricti gladii sunt. Exempla historiarum satis ostendunt, eas qui unice adamari fuerunt in

calce

et a principibus in crucem tandem actos esse. & Scip. Amis. lib. 3. c. 4. notabile exemplum in Sejano, in Clito, Plautiano, Seneca, & aliis adfere. Ita inutiles sunt volantes aulicorum, ut vix bonus etiam aulicus possit effugere invidiam & calamitates alias. Ita David primo Sauli gratus, postea in visus, 1. Sam. c. 16. plura exempla profana adducit Richerter. axiom. 180. & 196. Vnde illud: In aulis in occulto stat invidia & avaritia: in apero vero adulatio, simulatio & ambitio. Sic in viderunt Abimelechi aulici felicitati Haaci. Genes. c. 26. 14. 15. 16. et aulici Pharaonis Iosepho. Genes. c. 39. c. 40. et Saulis Davidi. 1. Sam. c. 16. c. 18. et regis aulici Danieli. Daniel. c. 2. c. 3. c. 6.

X. Illud quoque inter ceteras aulae artes, delatoribus & adulatoribus est solempne, mentē principis metu, ira, aut quo cunq; affectu turbare, ut ei veluti cæco, pro arbitrio illudat: exēplis illustrat Antimachius. lib. 1. theor. 2. Claudi, Severi et alior. principū.

X I. Aulici non ferunt liberas admonitiones. vid. Camerar. lib. 1. oper. sacrific. cap. 90. Ideoque periculorum esse solet, veritatem in aula dicere. Exempla adducit Camerarius d. loc. et Richerter. axiom. 181. neque ferunt acerbas facetas, familiariaq; colloquia libera, neque obsequia præstata aut beneficia in principem collocata, exprobranda iisdem.

X II. Aulæ facundiæ sunt crudelibus consultoribus præser-tim quando princeps est crudelis & suspicax. Ita Hanon ab aulicis crudelis redditur. 1. Sam. c. 20. et Rehabeamus. 1. Reg. c. 12.

X III. In aulis semper sunt factiones inter se certantes & se invicem exagitantes & præmentes & odiosè persequentes contra illud Sira. c. 3. 1. Pet. c. 4. Eorum aulicorum, qui suis dignitatib; inviti privat, magnum est odium in eos qui ipsorum sunt successores. 2. Sam. c. 20. 8.

X IV. In aulis plerique plus est παρέπων quam ἐπων.

X V. Aulici quanto magis principi gratiæ sunt, tanto plus ambiunt, cum magnaten aliorum invidia, & suo tempore periculo & exitio matrimonia sua forte maiora: oblata vero ultrò à principe, non prudenter illi aspernantur.

XVII. Aulicorum affectuum gubernacula Reipub. ha-
sunt artes, ut principes avertant à rebus publicis cognoscen-
dis, illisque voluptates pro tedium huiusmodi obliuant; aug-
ia secessus aliquos & peregrinationes eos animi gratiâ pro-
cul abducant. *Vide autem nobiliss. Everhardt à Vreyde in dure
dyspepsia.*

XVIII. In aulis, ad oculum præstantur servitia & obse-
quia, & aliud agentes & aliud loquentes inserviant sua
cupiditatibus. Plura monita aulica tradit Scipio Amvrat. lib. 5.
discurs. 1.

Possunt etiam prius esse amici & fuerint, ut Ioseph, Genes. c. 41. Da-
vid. 1. Sam. c. 16. Daniel. Daniel. c. 1. Nehemias. Nehem. c. 1. Obadia. 1.
Reg. c. 18. Asiba. Ierom. c. 3. 6. Mardochai ESC. c. 1. centurio. March.
c. 8. Regulus ille Capernitanus. Ioban. c. 4. Camerarius regina Candia
ca. Act. c. 8. Cornelius. Act. c. 10. quidam domo fisci Cesaris. Phil. c. 4. in
fin. Nehemias 2. Reg. c. 5. & tales etiam impi regi inservire possunt
exempla Nehemias, Nehem. c. 2. Daniel. Daniel. c. 6. Miche. 1. Reg. a
12. Iosephi. Genes. c. 41. Mardochai, ESC. c. 2. & seqq. Principes quidam
Histrie, Ierom. c. 3. 1. 7. 8. 9. & seqq.

Præterea etiam amicorum & adulatorum mores, naturam
& ingenium magistratus debet (circum, ut illis fidere, hosca vero
fugere possit. vid. Plutare de discrim. adul. & amici.

Amici propriis, non est fidendum, neque etiam perorsus
diffidendum. Dissidenia aperta, alienat amicos probos. Con-
fidentia nimia, decipit plerumque confidentes Nam hujus re-
landum, ait, tyrannus, regnandi causa violentiam est. Et mutabiles
sunt hominum voluntates, eorumque animus regnandi cupidus. vid. Greg
lib. 22. c. 11. Nec simulatores à veritate distinguunt semper possunt. ne
fallunt Zopyri ostendit & plura alia. de quibus Gregor. d. loc. num. 7.
8. 9. ubi probas plures regos à suis, quam ab hoste interfessos.

Adulatores sunt, qui gratiam magistratus venantur & cap-
tant quovis modo, verbis gestu'e, ad omne vitæ iustitium,
omnesque affectus se adcommodantes, Exech. c. 13, Quorum
naturam

naturam & ingenium probè noscat magistratus & intelligat, quorum assentatio dulce venenum, dulcis preditio dicitur. 2. Chronic.c.24.17. post morem vero loyphati venientes principes Iudee incurvarunt se bonorem habentes regi: tunc auscultavit eis rex. Prover. c.26.23.24.25.26. & seqq. & c.23. Hosea.c.7. 30 malitia sua exhibilant regem & mendacii suis principem. Daniel.c.6.8. & seqq. ubi divinos honores Dario tribuunt: & Herod. Ab.c.12.22.23.

Adulatorum igitur natura est placentia loqui & te ad placitum alterius accommodare. Esa.c.30.8. & seqq. dum tribuunt bonum quod magistratus non habent, vel approbant malum, quod habent, vicina virtutibus vitia, pro ipsis virtutibus prædicant, & vitia virtutum vocabulis incrassant, & ita nutriti vitia. Pet. Greg. lib. 8. c. 7. Males principes hi redunt detinores, bonos vero corrumptunt, quod exemplis probat. Gregor. 4. loco. Plutarch. de discrim.adul. Scip. Amir. lib. 1 r. c. 1.

Adulatorum inos est, ut principibus, tanquam hirudines, facultates exfligant & pecunias, que in negotia ardua & necessaria impendenda erant, ad se transferant quovis prætextu. Vnde fit, ut ob penuria pecunie in hosce processos & moriones impensa, utilia negotia intermitantur & nova onera populo imponantur. Post exhaustum vero ararium, tales adulatores & hirudines subtilius se ex aula expediunt & ut pediculi examinata corpora, ita principem deferunt ut bene noscat. Pet. Gre. d. li. 8. c. 7. Camerar. oper. succis. c. 90. Richt. Axi 104. & 105.

In more quoque habent ex levi causa principes in subditos & hos in principes concitare, pacem & concordiam inter principem & subditos tollere & omnia tranquilla turbare, conurationes & conspirationes excitare. Ideoque adulatores hosce meritò insidiatores & proditores dixeris. Prov. c. 29. 5 & 6. 24. c. 26. 28. Psalm. 5. 10. Psalm. 10. 7. & Psalm. 55. 22. vid. Exemplum Doeg. 1. Sam. c. 22. 9. 10. c. 21. 8. 9. c. 23. 19.

Fœnitiae etiam quedam malitiosæ blanditiis suis maritos suos decipere & seducere solent. de quibus. Prover. c. 31. 3. Siracid. c. 4. 10. 2. 3. c. 19. 2. & seqq. c. 25. quales fuerunt uxores Salomonis;

Ab fabi & aliorum, Richter. axiom. 75.

Indicia adulatoris sunt, 1. in faciem laudare præsentem, 2. vituperare ea, quæ ille, cui placere studet, vituperat. 3. Admirari & magnificere illum. 4. officiosum esse, plumas, pilos, floccos de vestibus sublegere. 5. Gestire & applaudere ad osculum, more canum. 6. instar polypi & Protei mutare & componere mores suos in gratiam alterius, ejusque mores imitari & assumere. 7. cum fortuna tandem cedere & deserere priorem fautorem. dixi in *civili conversat. cap. 3.*

Ex quibus constat, adulatorum tria esse genera. Sunt enim quidam scurræ, quidam delatores, quidam consiliarii applaudentes & assentantes, qui omnium adulatorum perniciosissimi & periculosisimi, quidam qui specie laudandi sibi inimicos opprimunt, qui que calumniam laudis tegumento tegunt, qui palam laudant, quo incautum decipient.

Constantinus magnas, tineas soricésque domos adulatores appellavit.
Et miser est Imperator, apud quem vera reticentur, & cuius aures ita formatae sunt, ut tam aspera, quam utilia, audire non volunt, & nihil nisi jucundum accipiant, & pulvillum sub capite vel cubito ponunt, ne dicere Ezechiel. c. 13. vido de his latius ~~Memoria~~ *maievell. lib. 1. theorem. 2. Pe- tricium de Repub. lib. 4. tit. 3. 4. 5. & seqq. Bened. Aret. com. 2. loc. 105.*
Richter. axiom. polit. 104. & seqq.

Videat igitur princeps ut adulatores & simulatores à veridicis & candidis, vera à mendacis separet, perpendat quæ sihi, quæ Reipub. utilia sint, potius, quam quæ sunt jucunda: amicum & fidum sibi non existimet, qui contra Dei præcepta turpia illius apporbar, vel mala bona dicit. Semper habeat suspectum blandilloquentiam, verborum fucum, & liberè, sincerè, simpliciter, dextre vel ruditer dicentes monenti elve, audiat potius. Nam bono malus, declinat, redargitionem, & querit homines qui ab blandiuntur sua nequitia. Siracid. cap. 32. vers. 20. & qui auscultat corripiens scientia preditam est, Siracid. cap. 10. vers. 23. cap. 20. vers. 7.

Vitari

Vitari potest adulatio, quando princeps semper liberam sibi sententiam reservat, atque adulatoribus non datur aditus vel loquendi potestas, nisi quando interrogantur. *Scip.*
Amir. lib. 2. de regni & regis justit.

Insidiatorum denique & proditorum ingenia & mores princeps observabit, qui scipios linguâ propriâ plerunque prodere solent, & inter mœnia atque in sinu urbis hostes versantur.

Sunt verò ad utrumque vitium proditionis & insidiarum proni maximè, avari, animo perfidiosi ac subdoli, nec non homines leves, instabiles & ex anticipiti mutatione temporum pendentes; item dissimulatores & occulti, qui non cognoscuntur antequam proditus sit magistratus.

Contra utrumque insidiatorem & proditorem magistratus utetur indagatione & pœna.

Indagationem, inquisitionemque promovet præmium propositum & vigilantia.

Pœna de convictis statim est sumenda, nequaquam condonanda, ut ab ejusmodi sceleribus alii deterrantur. *Vid. Lipp. lib. 4. c. 10. in fin. polis.*

C A P U T X X I V .

*De naturâ & affectione regni duplice: ingenerata
naturali & conciliata acci-
densariâ, benevolâ.*

ATQUE ejusmodi est populi natura & ingenium erga magistratum. Sequitur de confociatione universalis, seu confociati corporis affectione erga magistratum.

**Affectione corporis confociati erga suum magistratum est
guæ**

que comitatur imperantes, ex Reipub. administratione conciliata, vel nata.

Eiusmodi affectio est duplex. Una ingenerata, naturalis & perpetua. Altera conciliata, accidentaria, mutabilis.

Ex naturali tuâ perpetua affectione regnum, seu corpus hoc consociatum casibus est obiectum, odius, & mutationi.

Variis casibus suâ natura obiectum esse ideo dico, quia propter varios casus est instabile & fluctuans, quod subito detegunt ruit & collabitur totum, cum pars aliqua adimitur. Ita Seneca in epist. rectè. Nihil, ait, inausum est fortuna. Adversus imperia idem habet juris, quod adversus imperantes; & lib. 6. de benefic. c. 33. Non enim in imperio bis gradibus, quibus ad summa per ventum est, retro star: sapè inter forsunam maximam & ultimam nihil interest. Et Tacit. 2. hist. Imperium cupientibus, aut habentibus, nihil medium inter præcipitia, aut summa. Exemplum præbet rex Creslus, Dionysius, Nebucadnezar. Daniel. c. 4. Adonibezec. Iudic. c. 1. Variis viis ab Alexandro, Nero interfactus, Achab & plures alii. add. 2. Sam. c. 15. 2. Reg. c. 10. Scip. Amiris. lib. 1. 8. discurs. 8.

Odijs obiectum regnum ideo dicitur, quia odiosum sua natura subditis, ob duplice causam nimicum, ob mores imperantium, & ob ingentium subditorum.

Ob mores imperantium, eorundem scilicet naturam & impotentiam, quod ob potestatem & imperium proniiores & faciliores reddantur ad peccandum, & ideo soleant esse licentiosi, pervicaces, superbi, qui slecti non minus existimant, turpe, quam vinci, ut ait Senec. lib. 6. c. 3. de benefic. luxuriosi, intemperantes, iniurii in alios, tyranni, qui sub specie iuris evertunt jus, amant de latores, tuentur malos, bonos expellunt, & quia sunt in metu, ideo adimunt loquendi audiendiique commercium, ad omnes suspiciones pavidi, avari, duri, austeri, sordides, negligentes in officio. Tales fuere Abimelech, Saul, Roboam, Achab, Sardanapalus, Cambyses, Tarquinius superbus, Caligula, Nero, Domitianus, Did. Julianus, & alii plures.

Hicce imperantium affectibus qui suâ naturâ illis innasci solent, si accesserit prosper successus, dici non potest, quam vitia illa augeantur. Nam ex prospero successu imperantes fiunt securi. Ex securis fiunt insolentes & superbi Deo & hominibus odiosi. Superbiam verò sequitur ruina, qua vel evertuntur proflus, vel ad agnitionem sua infirmitatis redeunt. unde tres gradus & periodos fortunæ ipsorum observare licet.

Primus gradus est securitas, orta ex successibus prosperis. Hec facit homines negligētores, & minus circūspectos. Obliviscitur securus primò Dei, & precū, quæ fiunt lāguidiores, & cogitationis de divino auxilio, & sibi perpetuam fælicitatem præsuadet. Deinde obliviſcitur sua infirmitatis.

Secundus est superbìa, quæ oritur ex securitate qua scipsum quis admiratur, & propriis viribus cōfidit, & vel non necessaria, contra vocationem aggreditur, vel maiora viribus tentat, fit iracundus, morosus & crudelis; φλαύτος & ἴδιοβελός, unde & quidam ob superbiam tiales et honores divinos usurparunt. vid. Greg. lib. 6. c. 12. de Rep. Dan. c. 5. Exo. c. 5. 2. c. 14. 2. 6. Iud. c. 3. 2. Macc. c. 9.

Tertius gradus precipitat in eversionem & ruinā. Nam cum venit superbìa, venit ignominia, Pro. c. 13. 12. c. 6. 17. c. 15. Exec. c. 28.

Exempla fortuna busius apparent in Sæculi. Nebucadnezare, Grafo, Pausania, Pompeio, C. Julio Casare, Alessandro magno, Cicero, Sennacherib, C. Caligula, Domitiano, Dario, Pharao, Antiochus, Holophernes, & aliis. vide Gregor. lib. 22. c. 6. de Repub.

Obrepant igitur in rebus secundis etiam excellentibus viris hac via, securitas & superbìa, que comitatur ruina. 1. Tbes. c. 5. cum dixere: pax & securitas, tunc repentinus eis superbìa invenerit. Veteres dixerunt, fortuna, quos nimium fortes, stultos facit. Deus verò potentes de sede deponit & exaltat humiles, ne Maria canit. & superbis reficit. vide Camerar. oper. succis. concur. 1. cap. 12. Richt. axiom. 294. Tolosan. lib. 22. cap. 6.

Præterea difficillimum est, magnam potentiam moderari & contineat in crux metas presertim in successibus magnis, eis quibus superbìa

ingens erit, quo parit in genses filios, & confidenciam & spiritum invole-
rables. Alexander magnus ante vicum Darium modestus fuit. Post
captam vero Babylonem & Darium vicum, insolentissimus, & suis
odiosus & tyrannas crudelis? Nam eorum se dedidit voluptatibus, lu-
bitidinibus & belluationib. & voluerit adorari tanquam Deus, & vocari
filius, non Philippi, sed Iovis Hammonii: interfecit ope rite de se mori-
tos Clytum senem, & Parmenionem & ejus filium Philocam. Hanc in-
solentiam & superbiam secura est ruina & mors Alexandri, & totius
regni. Est n: nemesis Comes superbia, & odium suorum subditorum.
Nemesis vero illa superbos punxit, primo errore in confusis, deinde in
felicitate & venturum in rebus gerendis. Odium subditorum oritur ex mo-
ribus impotentiae imperantis, quibus regnum in exitium adducit. Pro-
verb.c. 16. 18. antecedit calamitatem superbia, & ruina comitatur ele-
tionem animi.

Experientia satis superque refatur ex luxu, delictis & morticis
semper nasci superbiam, insolentiam & arrogantium, que vicia mo-
re regna & urbes in manifestam perniciem trahere solent. Camer. tene. 2.
oper. faccif. c. 30. unde luxuriantes principes merito odio habentur & sub-
ditis. Lips. in monitis & exemplis politic. lib. 7. cap. 6. Tolosan. lib. 22.
c. 5. c. 6. de Repub.

Maxima regiae virtus est, sibi posse imperare, & affectus frus-
tobivere, deliciarum arritamenta, dignitatis inanes titulus, adulaciones,
fratres, & alia omnia, ad que regandi libertas & licentia inclinat &
impellit, praecepsere posse. Siracidor. 31. Paulatim n. indulgentia fortuna
& pravis magistris etiam boni discum & audient peccare, & a felicitate,
vel impunitate & diuturnitate, superbia imperantium sua natura crescit
& magis sit intollerabilis & odiosa; que aliis vult imperare, cum non
dum juri ipsi imperare possit.

Deinde ob subditorum mores & ingenium, regnum o-
diis est obiectum ideo, quod populo difficile natura sua sit pa-
rere, & quod populus belua sit multorum capitum, qui nec
in bono magistratu ad quaestere potest. Eccles. c. 4. 10. 11. 12.
Hic etiam p̄ magistratus calumniorum noxi fuenterunt, uti Moyses.

Num

Num. c. 14. per eos. & c. 13. Gideon. Iudic. c. 6. c. 8. Iephœ. Iudic. c. 11. David. i. Sam. c. 30. Samuel. i. Sam. c. 12. Daniel. Daniel. c. 6. & plures alii, quibus populus sine iudicio, omnia sua mala & incomoda impunis-
tare solet, uti constat, ex exemplis supra in populi natura, allatis.

Atq[ue] hinc regnum sit obnoxium insidiosum, & magistratus redduntur meticuloſi, ſuspiciaces, & audaci. Ideo ſuſpedius ſemper & invifus domi-
nabitibus etiam annib[us], faciens, vel par potentia, & qui quis proximus
definatur.

Deinde natura ita comparatum est, ut quod felix, augu-
tum & pulchrum videtur, id defiderabile fit, & quo pulchritus
& magis ab omnibus defideratur, eò difficius custoditur,
imprimis quod à pluribus appetitur. Principatus autem ab
omnib[us] ambitur, sed ab omnibus obtineri & possideri nequit.
Proinde qui in eo gradu iam est, ut principatu fruatur, tunc ſibi
habeat necesse eſtrinimicos & invidos, quo habet cupidos &
ambitiones inhiantes; & ſibi veneno, ſtrategemate doto, vel vi
aperta, insidiantes. *Vida Greg. lib. 6. c. 10. ubi de miseria, calami-
tate & periculis imperantium & de ambitione regnante, ejusque malis
ex historie refert plura. & lib. 7. cap. 17. & lib. 10. c. 4. Richter.
etiam. 7. 8.*

Mutatione denique objectum est regnum ratione qua-
litatis, vel quantitatis ſua.

Ratione qualitatis, dum regnum est novum; laffragio, vi;
vel iuste quæſitum; vel cum membris suis concors, aut mutuus
dileſidius, odius, ſimilitatibus laborat. Pro hinc enim varietas
temperantur: ſeptuaginta, aut laxanda, vel adducenda im-
periij, habentur; ut dicit Lipsius lib. 4. polit. c. 6. *Greg. lib. 10. c. 4. &
lib. 7. c. 4. Bodin. lib. 6. c. 5. & Raph.*

In hereditatis regnis, que aliqui familiæ patere dicitur,
principi plus juris & in toto difficultatis erit, quando ma-
iorum ſuorum vestigiiis inficit. *Eft cum subducatur re-
gationem non horunt: Seus in ceteris, ubi omnia ſumma cum pericula
mutanda, vel ad eorum admittenda, adhibenda ſane.*

Novationes & mutationes periculose sunt in regno novo, quando mutantur ea in quibus veteres autoritatem suā posuerunt, ut ait *Livius*. Saul ideo duos annos in seūlā privati vitam egit, sine auls et ministris in regno novo. Augustus in imperio novo noluit rex vocari. Tiberius appellationsibus antiquis salutari voluit. Clapmarius vocat hāc imperii arcana.

Novationes & mutationes insuper odium procreant apud populum & periculum adferunt. *Buter*. lib. 2. c. 7. ut accidit *Alexandro magno* cum relictis ritu & moribus Macedonum, ad Persicos transiisset, ut & *Dario*, & aliis. vide *Bodin*. lib. 4. c. 3.

Quod si omnino necessariò mutationes inducēdē sunt, paucatum & tenuis illud est faciendum, non ab extremo ad extremum: sicuti natura non violenter, sed paulatim operatur. Sie *Hebraei contra Mosen* murmurabant fleentes, quod non essent cucumeres & pepones. *Num. c. 11.* quib. absuetis in *Ægypto* fuerant. *Scip. Amīrat.* lib. 1. discurs. 8. vid. *Patric. de regno*. lib. 6. tit. 6. & *Simach*. lib. 4. c. 10. de *Repub. Greg.* lib. 22. c. 8. *Richt. axiom.* 29. 1.

Nova regnum, seu magistratus, qui repētē nascitur, ut cetera, que repentinū ortum habent, nec adhuc radices egerunt, ferē quovis tēpore adverso, extinguitur, nisi princeps summo ingenio, dexteritate, prudētia aliaq; potentia imprimis clemētia & famā illius, sit prædictus. vide exempla apud *Greg.* lib. 7. c. 19. & 4. de *Repub. Scipion. Amīr.* lib. 1. discurs. 8. & lib. 20. disc. 7.

In hoc consultum est, ut novis subditis utilia quædā concedantur, quibus ipsorum benevolentia cōparetur, & populus nō irritetur. vid. 1. *Reg.* c. 12. 7. *Bod.* lib. 6. c. 5. Quam ob causam Galli regnum Neapolitanum non diu (ut diximus & supra) obtinuerunt, quod subditi commoda majora, quam sub priore suo rege habebant, non consequbantur. vid. *Bote.* lib. 5. c. 1. de polist. const. Ergo bic consilium est prīceps confucudanis saltē umbrā retinere, & omne prioris dominationis & politie desiderium populo adimere, & quae recinere, que veterem Reip. formam, uicinque representant. 1. *Reg.* cap. 12. 25. cap. 28. 3. 8. & veteres officiaries Reipub. *Bodin*. lib. 4. cap. 3. *Tolosan*. lib. 22. c. 8. Consilium

sultum quoque ut suis legibus vivere populo permittatur, & antiquis uici moribus. Imprimis etiam in novo regno curandum est, ne principes novos titulos & honores inconsuetos sibi usurpent, vel aliquid in concem. peum novi regni faciant, quod male ipsis cedit, ut Iulio Cesari, qui in sensu officiosæ debitæque humanitatis oblitus, senatoribus non absurrexit. Sueton. cap. 18. Octavius verò titulum regium invilum non usurpavit. Exempla plura recenset Scipio Amrit. lib. 1. cap. 1. differe. polit. Deinde praevendum ne viri magni impia premantur, & ob hanc accendantur amore pristinae Reipub. & moliendi contra presentem Republicam flatum, ut omnis occasio, cupidas & voluntas nocendi adimatur: Coloniae etiam in novum regnum transferenda, ut caritate & cognatione novi subditis cum veteribus devinciantur. ut hodie sit in India occidentali & orientali. Observandi quoque dieres & potentes, quorum potentia est minuenda. Non novi homines, contemptis indigenis, ad dignitates evehendi. Clapmarius libr. 2. cap. 23. de arcan. Rerumpubl.

Ratione quantitatis regnum mutationi est obnoxium, dum est exiguum, nullis confoederatum, vel vires suas dispersas habet. Ideoque potentia propria magistratui est cognoscenda; quanti redditus ordinarii, extraordinarii, unde & qua ratione, & quo tempore conficiantur, quantas copias educere, & quam diu aere possit, & quales sint confederati.

Quò verò latius patet imperium, eò plures ad Reipub. gubernacula sunt admittendi, maiorique ad illud regendum prudentiâ, ordine, publica privatâque iustitia opus est, ne statim corrut. I. Reg. c. 3. 9. c. 4. 23. I. Cbron. c. 24. & cap. 26. adde, quæ dixi supra de regno ampio & populoso, cap. 9.

Extrinsicus assumpta & conciliata affectio regni est, quam ex directione & administratione magistratus, quæ illi vel benevolentiam, vel autoritatem conciliat, accipit. Pro ut igitur hęc bona, malāve, ita regnum subditis laudabile gratum, vel odiosum & grave redditur.

Vnde regni natura duplex: una subditis grata & laudabilis: altera odiosa & gravis: utriusq; notitiam habere & causas scire, magistratus maximè interest, ut illam quantum potest, cōflectetur: hanc contrā summè fugiat & vitet. Petrarch. de Repub. optim. administranda.

Gratum, acceptum, & laudabile regnum subditis redditur à magistratu, quando benevolentia & reverentia affectum apud subditos excitat & fovet, vel opinionem de se preclaram apud subditos sibi conciliat & retinet.

Unde affectio regni accidentaria conciliata duplex: una benevolia: altera reverens. Boter. l. 1. c. 8. 9. 10. & c. 1. i. de constit. poli.

Benevolia affectio est, quæ ex benevolentia subditorū erga magistratum concepta, oritur. Caritatis en. & benevolentia civium potius, quam armis septum oportet esse magistratum. Et facile princeps suis imperat, quando eorum voluntates suā sponte ad parendum sunt comparatae, & obsequientiores subditi, opes suas conferunt, statum & imperium firmans et amplificant. Plin. in panegyri. in Traian. fidelissima principis custodia est ipsius innocentia & benevolentia subditorum. Idem ibi. dem sub bono principe ea est principis & populi inter se æmulatio, ut contendant, uter alter alterum magis amet. Exemplū vid. 2. Sam. c. 19. 43.

Benevolentia illa, est subitorum in magistratum ejusque statum prompta inclinatio & amor, ut definit Lipsius lib. 4. polit. cap. 8. Hæc vnde utilis & necessaria magistratui, quod ab eo, quod placeas hominibus, actionum omnium sit efficacia: ideo à Plin. in paneg. dicitur fidelissima custodia magistratus, hæc benevolentia.

Hanc subitorum benevolentiam magistratus sibi comparat lenitate, beneficentiâ, indulgentiâ & studio benè merendi de Repub.

Lenitas consistit in factis & verbis benignis & humanis, quæ comitate & alloquiis, incorrupto honore magistratus, officia provocat; atque imperio justo, moderato & severitate ac lenitate temperato & tranquillo utitur in subditos, qui nec totam servitutem pati possunt, nec totam libertatem, domiti

ut

ut pareant, non ut serviant, ut sit moderata servitus & moderata libertas. Hinc quies & fides.

*Exemplum humanitatis vide in rege Artbasafia. Nebem.c.2.4.6.
7.8.9.in Davide, qui subditos suos frares vocat. 1.Chra.c.28.2.in Au-*

gusto, Antonino & aliis. Commoda lenitatis magna sunt. Nam prin-

cips clemens, subditis obsequencioribus uitatur, uti diximus, & clementia

opes & statum suum firmat, & imperium amplificat, imò facile imperat

iis, quorum voluntates suāspente ad parendum sunt comparata. Nihil

n: est, quod magis homines ad obedientiam impollit, quam imperii ex-

plorata equitas, & nihil quod magistratum aliis magis amabilem & gra-

tum, quam clementia, reddit. Leue ergo imperium statum imperanti-

am turum diuturnumque reddit, uti docet exemplum Augusti, Vespasianii,

Trajani, Antonini & aliorum de quibus Ansimach. & Riche. axi-

om.64. Salust.ad Cesar. Qui benignitate & clementia imperium tem-

peravere, his candida, et laetitia omnia fuerunt: his etiam hostes aquiores,

quam alii cives ei revera remissus imperanti, paretur melius, imò et fi-

delius, atq; hinc etiam stabilitas. Nam potentia mediocriter exercita, omo-

nia quaestia conservat. contrā qui imprudenter et passim in omnibus po-

tentia abutitur; is neque benevolentiam veram, neque firmam securita-

tem invenit, ut probat Lipsius ex Dione & Seneca. Populus enim uti

equus ferocious & in dominus tractandus et gubernandus, cui si equo ob-

blanditur, cumque mallesime in principio tractat, habet eundem obse-

quentem: si imperite cum redcerit, erratum equus ferocious vindicat, suumq;

sesorem dojicit. Populus enim si subito prima fronde, vi adiungit ad iuf-

sa capienda, calcitrat, fluctuat, astutus, & satagit exercitare imperium,

ubi autem benevolentia & volunt ex causa & ob suam utilitatem gu-

bernatur, obsequentiissimus efficitur: Paulatim igitur oneribus, & ob-

diversas easq; necessarias causas onerandus est & seorsim inducenda,

et quo inexcandescit, ut sub imperio Rhababeami accidit. 1.Rog.c.12.

Gregor.lib. 22.c.8.num.5.de Repub. et lib. 8. cap.11. ubi principi, ait,

ineunda gratia cum populo, arte si velit amicè et sponte obtemperanti-

bus et securè imperare. Ut enim qui captat aves, earum vocem imitatur,

ut allicias in laqueos; sic, ut multitudinem in tuam adducas sententiam,

illius

illius ingenio obsecundes & moribus te accommodes oportet. Sic vinum bibenti primum servit, quem postea regit. Xenophon lib. I. de pædia Cyri ait, eos principes, qui humaniter justè & comiter imperant, habere facile sibi obsequentes subditos: contra vero, qui crudeliter regnant vix habent, ait, obsequentes etiam servos suos, ne dum homines liberos. Nam firmissimum imperium id est, quò obedientes gaudent, idque salvum tecumque cupiunt, & ob quod imperantes amantur.

Eniescit verò hæc clementia erga subditos levamentis onerum, laxamentis laborum, si delinimentis animorum corporumque, illorum voluntates promoteri studeat, si jura, si libertatem illis tutam, perpetuamque sub tutela sua praefest. l. I. l. 7. de offic. procons. & de necessitate onerum publicorum eos doceat, & de sua moderatione.

Deinde princeps nulla ratione melius opes suas augere potest, quam si populum sibi commissum clementer habeat, cumque temperata & salubri curâ ac levamentis onerum dicescere per otium finat. Nam vera ac certæ opes principis, & propè extra omnem periculi aleam posita, sunt in subditorum divitias sitæ. Et magistratus clemens & lenis flatum suum euriorem & validiorem praefat, quam si nullos inimicos, vel hostes haberat. Eſſ enim clementia & lenitas semper amabilis natura ſuā. vide exempla apud Antimach. lib. 3. theorem. 22. & Scipion. Amirat. lib. I 5. discursoſ. 7. & lib. 20. diſcurſ. 7.

Sed ne indulgentiâ & clementiâ hac populus abutatur, necesse est, ut cum malestate & metu obedientiæ temperetur. Desiderat n: populus suam libertatem cum potestate principali temere confundere & equare. vid. l. 19. observandam de offic. praefid. Ideoqne non reverentia ex timore neq; ex humilitate amore caprandus est. Nimirum enim libertas non est libertas, sed soluta licentia.

H̄ p̄p̄na à sceleratis fumiendâ, ut opinione lenitatis magistratus conserveret, obſervabit, ut tardè ad eam veniat; nam civitatis mores malos, magis parcitas animadversionū corrigit. Deinde ad eam nunquam veniat, niſi quoties id fieri publica utilitas suadet. Tertiò, ut ad exemplum eam, non ad ultionem referat. Quartò, ad dolorem, non delectationem & gaudium actum

actum hunc penæ referat. Quintò, ut penæ justæ & merita, secundum leges & morem interantur. Sextò, sine respectu personarum, ne iisdem de causis alii plectantur, alii non, vel mitius. Septimò, suppliciorum executionem aliis mandet, ipsorum illorum sònà sit spectator.

Non tamen semper rigide puniat. Nam severitas amittit affiditatem auctoritatem; & nescio quo obnitemdi virtù sapè cōsiderantur, quæ sapè vñdicantur, ut dicit Senec. i. de clem. Temperatus timor est, qui cōhibet, alsidus & acer la vindicta exercitat, & auger iniūciorum auerterat. Et prīncipe, non minus cūrpiaculea supplicia, quam mortificatoria. ibid. Senec. Odiam cōmen, si quod emerit, beneficis mollies, & pūnendo rerum acrecium ministros, in quātū marocodat.

Designo ad leniorem pertinet, ut non sit tende offenſionum & iniuriarum fobi illatorum. Sic David uicerò offere tribulibus suis reconciliacionem, nec cum eis ex profūla offūdationem. 2. Sam. c. 19. 1. Sam. c. 30. & Samuel. i. Sam. c. 1. & Moses. Edad. c. 4. 21. 22. Salomo. i. Reg. c. 1. 32. Deinde ut spatiū noxiis retinquet quod suā culpas emēderent, & penitentiam agere posint. Scip. Amis. lib. 17. discar. &c.

Nibil enim est, quod magistratum magis commendes, quam clementia & moderatio ira & iniuriarum illatorum diurna, in quibus infamans quasi populus, ut dicit Clapmat. lib. 6. cap. 12. Talis fuit in Iulio Cesare, Augusto, Marco Antonino, Vespasiano, Traiano, Adriano pluribus, de quibus apud Sueton. & vide exempla in Aneimach. lib. 3. theorem. 22.

Ecc. n: proprium magistratus, placidum esse & tranquillum, neque iniarias & offendentes superne despiciere; ut sis Senec. i. de clement. Nam magnam fortunam, magnus animus decet et ea in contemptor. Cogites in libera. Repub. lingnam mentisque liberas esse operari. Quid. n. plebi re-liquum erit, ademptio per inquisitiones commercio loquendi & audiendi? Ideo in punitiendis hisce oportet eum esse mitem. l. 7. ad. l. Iul. magist. Exempla Saulis. i. Sam. c. 10. 27. c. 11. 37. Davidis. i. Sam. c. 30. 6. 22. 23. 24. Psal. 38. 13. 14. 15. & Mosis. & Augusti Imperatoris & aliorum.

commendatur Mo^{is}, quod super omnes mitissimus fuerit. Num. c. 12. 2. Sam. c. 20. & de rege manusto Christo dicitur Matth. c. 20. de præmis manuſtudinis, diuitiis, honorib. & vita vid. Prover. c. 22. 4.

Beneficentia est liberalitas exercita cum judicio, quâ hominis naturæ nihil est accommodarius, ut dicit Cicero, quæque benevolentiam conciliat & charitatem. Hanc ob causam magistratus in factis literis vocantur beneficii munifici libertales. Psalm. 146. 3. ubi Iun. Psalm. 113. 8. ubi Iun. Proverb. c. 8. 16. c. 19. 6. c. 25. 7. Esa. c. 13. 2. ubi Iun. 1. Sam. c. 2. 8. Job. c. 30. 15. c. 29. Proverb. c. 20. 28. benignitas & fides custodire regem & sustinere benignitate solium suum. c. 28. 16. Est n. beatum dare potius, quam accipere. Ad. c. 20. 35. Psalm. 101. 1. benignitatem et ius palliam. Vnde Sanctora, de brevitate vita; melius, ait, beneficiis imperium custoditur, quam aravis, quia omnium dulcissimum est accipere. Sic Augustini melius enim, populum annoq[ue] , cunctos dulcedine otii pellexis, ut tradit Tacit. 1. annal. quod maxime locum habebit in novis imperiis. vid. Grog. lib. 22. c. 13. de Reo pub. & Antimach. lib. 3. theorem. 26. Castellani lib. 3. part. 2. c. 11. & seqq. Tunc imp. respondisse dicitur, non oportere quoniam à facie & sermone principis exilium recedere. Alii ob memoriam beneficentia, et jam mortui sunt honorati, suaque virtutia hac virtute tulerunt.

Cum judicio exercetur hæc beneficentia, si non in quosvis immēritos, indignos, sine delectu, sed potius in bellorum socios, periculorum confortes, in bene de Repub. vel largiente meritos, aut eos qui bene mereri possunt, exercetur.

Deinde, quando cum modo sit & non exhaustit, vel laedit donantem, quâve ille non perditur. Nam nimis hauriendo, fontem ipsum exauritis, et liberalitas liberalitate postea perit, atque ex ea sit prodigalitas & luxuria. Addi quod subite & in considerata largitionis odore sit penitentia & rapacitas, ut si ararium ambitione exbauseris per scelerā postea sit supplendum. Gregor. lib. 22. cap. 13. Lipsius. lib. 2. cap. 17. politic. Bote. lib. 1. c. 20.

Denique quando non simul, eodem tempore, sed sepius aliquid

ali quid donatur. Nam quando simul donatur omnis spes pre-
ceditur & donatarius non retinetur obsequens, si læpius da-
tur contraria. Immodice & inconsulta largitiones principum
ex timiditate oriuntur. unde donantium affectus produnt, iis-
que opinionem malam conciliant.

In primis vero beneficentia haec, si publica est, conciliat fa-
vorem, nimirum, si populo non necessaria tributa remittat, vel
minuit; gravi calamitate, annonæ caritate, peste, terræ motu,
incendio, aquæ inundatione, hostili deprehensione & similibus
incommodis afflatis operem ferat, vel ob clades acceptas, an-
nonâ subveniat tempore famis, & auxilio tempore belli; si
pulchrum, aut necessarium opus publicum extruat: si securas
præstet vias publicas, urbes oblesas libereat, vel imperium, aut
regnum augeat, hostes vincat. 1. Sam. 6. 11. 7. cap. 13. 3. c. 14. 4. 8.
49. vide exemplum notabile in rege Arthesasta. Nehem. c. 2. 4. 6. 7. 8.
9. & seqq. ubi inopia subditorum à magistratu fuit sublevata remissione
& liberalitate, vid. 2. Chron. c. 10. 7. 8. & v. 4. & Greg. lib. 3. c. 9. exem-
pla referentes & Petrarach. de Repub. optimè administranda. Cagliod. lib.
3. epist. 16. & 32. videndum quoque, ut collante calamitate & causâ tri-
butorum, censes & exactio. Vide exempla apud Antimacbiavell. lib.
3. theorem. 26. & 22. Clapmari. lib. 6. cap. 13. de arcan. Rerum publicar.
Si nulliter beneficentia publica in viros egregie doctos & ex-
cellentes artifices, deinde in milites bene meritos de Repub.
exercita, valde laudabilis. vide Castellan. lib. 3. parte 2. c. 14. & seqq.

Quod si odium in se concitavit, videat, ut illud mitigeret be-
neficciis novis. Animos n. hominum beneficentia & donatio li-
bi conciliat & ad usus suos adiungit. Quid enim non, venale pec-
nitz? Arcana quoque profert, haec in apertum, ita ut etiam corrupta
azore, secreta prodantur. Atq' talis beneficentia re vera est corruptio, quâ
callide aliorum animi, vel opera inclinatur & al. sciuntur ad beneficentia.

Observandum hic, quod & ante monui, quando tributa & ex-
actiones postulantur à subditis, que beneficentie sunt contra-
ria, & invidiam ac odium concitant, ut det operam magistra-

tus, ut omnes intelligant, si salvi esse velint, necessitati cūcū parandum; ut ratio questuum & necessitas erogationum inter se congruant; ut vis atrocis absit in exigendo; ut sit exactio exigua, cāque præstitu facilis, non crebra; nova; ut crudelitas & avaritia ministrorum absit in exigendo: Dispensatio exactorum sit parca, utilis, restricta ad usus Reipub. facta, atque equaliter singulis imposta, sine personarum respectu. Denique exactio fiat à fide dignissimis & probissimis ministris, quos patiatur à populo ad hoc officium eligi & designari, ut illos, quibus maximè res suas credit, maximā curā deligat. 2. *Chronic.* cap. 10. ver. 7. qui allocuti sunt eum dicendo: si fueris facilis bui populo, gratificando eos & allocuens fueris eos verbis bonis, utique tibi erunt servi omnibus diebus. ex. & vers. præcod. 4. *Pater eius durum imposuit nobis jugum, nunc ergo leva nos servitio ista patris tui dura & iugus eius gravi, quod imposuit nobis, et serviamus tibi, & carera. v. 13. respondit eis rex duriter. v. 14. adde *Nebom.* c. 2. 4. 6. 7. 8. 9.*

Indulgentia est, quæ sine morum corruptela, subdixis laxè & incundè imperat, cōsque regit.

Laxè in vietu, ne plebs acri annona prematur, & carum rerum, quæ necessariæ sunt, inopia vexetur. *Plin.* Bonas principes cum subditis & cōribus suis, volenti cum liberis suis versari debet.

Iucundè in ludis aliisque honestis voluptatibus publicis, & oblectamentis, quæ subditorum feritatem & asperitatem frangunt & emolliunt, & à curis imperio inutilibus avocant, sed quæ sine lascivia & luxu.

Huic cōteraria crudelitas & feritiae ferox, qua odiofaest, & inerratum effere soles potestati. vide *Greg.* lib. 22. c. 7. & *Georg. Richt.* axiom. 'pol. 72. & *Antimachia vel.* lib. 3. theorem. 2. 2.

Studium bēnē merendi de Repub. est, quod impetum & administrationem suam magistratus, ad communem regni utilitatem & cōmodum civium instituit, & corpori consociato acceptam refert, & suum cuiq; tribuit, bonis præmia, & malis pænas. *Rom.* c. 13. l. 2, 3. 4. & seqq. *Plin.* in *Pans in Traj.* Benefaciendo
maxi-

magis in subditorum iuris animas princeps experitur, & eos sibi dominare, cui salus populi suprema est lex; qui potestare Rex, beneficium popularis est. Et si deinde que imperant quis non merum ex crudelitate, sed amorem ex bonitate et viuam suorum animis instillant. Neque enim quos servare necessitas coegerit, sed quos obtemperare sua quenque voluntas ex utilitate adogit, ut sunt in agendo patientiaque, à suspitione, afflictionique, omnino paci, nunquam imperia detrectant, nisi violenter consumelioseque sine habent. Regum est, volenteribus subditis imperare; Tyrannorum vero in rebus dominis. vide Greg. lib. 22. cap. 8. de Repub. & idem Plin. in panegyr. Bono principi tamdiu erus principatus, ac ipsa vita estra esse debet: quandiu per eum incolamus & salva esse Repub. potest. Princeps salutaris ideo vivum quoddam Dei simulacrum dicitur, quod ut Deus est optimus & potissimum, sic ut princeps, cuius bonitas hoc proficit, ut omnibus prodest velis, potentia vero, ut possit.

Hoc studium benè merendi, duplice via & actione magistratus exercet.

Primo, quando ipso facto demonstrat, se non esse bonorum & iurium regni, vel subditorum proprietarium, sed fideli dispensatorem & defensorem, generali corporis consociati mandato constitutum, qui, ut ab universalis confociatione incepit, sic ab eadem pendeat.

Deinde, quando re ipsa ostendit, gubernationem & administrationem suam, ad Dei gloriam, salutem & commodum subditorum civium esse directā. Ex hisce duabus actionibus bonus, pius & fidelis magistratus cognoscitur, qui ideo à subditis amat, quia hosce ipse amat.

De priori, quod magistratus nudus dispensator & defensor fidelis bonorum & iurium regni sit, non proprietarius, constat ex eo, quod non possit alienare imperium, oppida, urbes, regiones, vel res subditorum, bonave regni. Bosis de principio & privilegiis illius num. 290. Et com. quaest. illust. 1. Vsq. lib. 1. cap. 4. illust. contr. Gregor. elegant. lib. 3. c. 8. de Repub. per cap. 1 e. & praecetera, de prob. fraud. alii mas. per Fridon. c. 1. Sede eadem lego, de lego

*Corradi. Roland. à Valle consil. 1. volum. 2. num. 109. & seqq. late
Molineus in consuetudin. Parisen. tit. 1. § 1. gloss. 5. num 49.
Natta consil. 640. num. 8. Menoch. lib. 2. cas. 559. arb. jud. qui
distinguit inter modicam & magnam alienationem. Rosenthal. lib. 1.
de feudis. c. 5. conclus. 10. & seq. Petrus Heigius quæst. 19. Renat.
Choppin. de domis. lib. 2. tit. 13. & 14. Multò nō ita igitur ad
deformationem sui status, quid tacere, vel parenti sibi consti
tuere poterit, aut tegnum tertituti subjicere, & superiorita
tem alienare ipsi faciet. Rosenthal. d. cap. 5. conclus. 10. & 11. Co
narr. c. 4. num. 1. præf. quæst. Mynsing. cent. 6. obs. 99. Roland. d.
loc. vel plenitudinem ius potestatis in alium transferre. Hei
gius quæst. 4. num. 25. & seqq. lib. 1. Natta consil. 636. num. 168. &
capl. 640. num. 12. 13. & seqq. lib. 3. Ancon. Peregrin. de jure fisci
lib. 1. tit. 2. num. 71. 78. Rosenthal. d. loco.*

Concedimus ipsum habere propria bona, quæ sunt separata
ab illis, quæ ad corpus consociatum pertinent, quæque pri
vati alicuius, suā naturā fieri nequeunt. Vnde distinc^{tio} illa
communis: Aliud esse fisci, aliud principis patrimonium: Ali
as res esse imperatoris, regis, principis alias. Verò esse Caroli,
Antonini, Rodolphi, Henrici, Regis res sunt, quas ipse ut rex
possidet: Rodolphi, quas, ut Rodolphus possidet. Hinc alius
fiscus Cæsaris, alius Reip. dicitur, alii cæsaris, alii imperii mi
nistri. In privatis propriis rebus, plenum habet princeps & domi
nium: in rebus corporis consociati & regni secùs, in quibus
tantum iuris habet, quantum illi corpus seu Rcspl. concessit:
ideoque illas alienare nequit. Rationes Rolandas & Pet. Gregor:
d. lib. 3. c. 8. num. 2. & seqq. & lib. 7. c. 20. num. 61. 6. 2. 63. afferunt has.

Primo, quod magistratus sic usufruuntur horum honorum & iuri
um, quæ sunt Reipubl. quod ius frumenti est personale et adatum, quam
proprietarym, iure cessionis, ne quis transferri, ut docim^e 1^o. Et si usus frui
clus de iure docim^e finitur, ius de usufruendo nullum est.

Deinde haec bona data, sunt magistraci frumento ad regni conser
vationem & defensionem. Roland. à Kalte. consil. 640. tit. 12. & seqq. vol.
2. Ide

2. Ideoque dilapidare, vel mutuare non potest. Et essentiam regnum corpus, quod uno membro sublatum & imperfectum efficit Roland. d. loco num. 126. & seqq. Et si viscera imperii evicerare, sua dignitatis esse homicida ibid. num. 133. Itaque in prejudicium, subversionem, destructionem, lassitudinem, vel diminutionem regni nihil potest facere. Roland. d. loco num. 109. & seqq. anno vero regnum ius & superioritatem a se abdicare potest. Roland. d. loco. numer. 137. 138. & seqq. per allegatis. ibidem Mynsing. centur. 6. obseruat. 99. num. 2. Covarr. cap. 4. num. 1. practic. quast. Rosenthal. dicto loco. c. 5. concus. 11. & in quavis coniunctione imperii, superioritas referenda intelligitur, ut est communis Dd. sententia, per l. 16. folio. de jure sif. l. 3. de offic. ejus cui est. Respub. etiam continent corpus perpetuum, quod per subrogationem simbolum personarum immortale habetur. l. proponebatur. 27. de judic. Ideoq; etiam ejus patrimonium perpetuum & immutabile consecratur. ergo. iubemus. 14. C. de sacros testos. cum publica etiam bona sancta dicantur, que violari non debent. l. 8. de rer. divinis. & nullius in bonis sine. l. 1. de rer. diuinae rei. id est mandari non possunt. Greg. lib. 25. c. 7. syntag. Roland. d. conf. 1. nro. 97. et c. 9. & seqq.

Terrio, mandatarius, seu alienorum negotiorum administrator, etiam cum generali potestate constitutus, alienare non potest. l. 40. l. 63. de procurat. l. 16. C. de v. artios. Pinelli in l. 1. part. 3. num. 97. C. de bon. mater. Roland. d. Valla confit. 49. velut. 21. Heigitus quest. 20. lib. 1. per l. 1. §. 1. de administrat. rer. divina & alia nomine domini facere. Mynsing. conf. 84. et 53. Deoꝝ in eis. mandat & Dd. in d. l. 61. de procurat. adeo ut etiam alienandi potestatio sita, & cum libera constitutus, non posse facere, nisi quatenus bona filie patiatur. l. 1. §. 1. de offic. procurat. l. 37. l. 28. §. 1. de past. ex negotiorum demanda primum natura & administratio editur, et quemero simili- ser ipse dominus suffit facturus, non contra, l. 29. aqua ratione. §. 4. de acquirend. rer. domin. l. 46. falsus. de fave. l. 28. de pecat. l. 34. §. 3. de solut. l. 17. §. 16. de injur. addo. Pinelli in l. 1. part. 3. num. 57. C. de bon. mater. Sed magistratus est ei⁹modi alienorum negotiorum ad- ministerior confititus, qui potestatem administrandi, non alienandi accepit.

accipit. l. 12. frases C. de transactional. 35. pland. quod vi aut clam. Zuan. de Romano imperio num. 175. Vafquinus illeſc. cont. lib. 1. cap. 1. nro. 10. l. c. 5. nam. 3. 4. 5. Bodin. lib. 1. c. 9. lib. 6. c. 2. Covarr. c. 4. num. 1. præf. quæſt. Mynſ. cont. 6. obs. 99. Ergo alienare minime potest.

Quocumque bona que commituntur magistratus, sunt subiecta reficiu-
oni, proinde in prejdicium successorum alienari nequeunt. per l. ult. 6. sed
nulta. C. com. de leg. l. pco. 69. 6. fraterem. de legat. 2. l. 32. 6. ult. d. t.
Roland. d. loc.

V. Iusticæ dotis d.tra sunt hac bona magistrati à Repub. pro one-
ribus ferendis. Ergo iustitia totalis rei, alienari non possunt. Gregor. d. c.
8. c. cap. 20.

VI. Magistratus, in auguratione se juremento obſtringit de non a-
lienandis bonis Repub. ut sup. c. 17. diximus, c. 18.

VII. Hoc jus gemitum est, ut exempla revocatorum alienacorem.
conficiantur apud omnes populos. vid. Roland. à Valle d. conf. 1. num. 109.
et seqq. volume. 2.

VIII. Dignitas magistratus est interridua, et jus regiam codi non
potest. Papen. lib. 3. Rep. art. 9. tis. 10. Roland. à Valle lib. 2. conf.
1. num. 137. 138. Rosenthal. d. cap. 5. conclus. 10. et 11. de feud.
lib. 1. per alleg. ibidem. Covarr. d. c. 4. num. 1. præf. quæſt.

IX. Diffamacionem confitit ad Iudic. c. 8. 22. c. 9. 6. c. 18. 2. 10. 12.
13. Et illa, quæ dicit supra de constitutione magistratus. Ratiōnes
alias adducit. Et docim. d. quæſt. I.

X. Denique probat cœfumoniam Hadriani Cesuris: quis dixit, se sic
gescutum principatu: eum, ut sciret rem populi esse, non suam: fucus tutor
res pupillares administrat. Tiberius Ceser, senatum suum dominum vocat,
ut duxcon in via Tiber. c. 29. erudit. bonum ac salutarem principem
quem nos ratiōne et rem liberapoteſtare instruxissis senatuſ servire debe-
re et universi certibus, ſep̄ et plerūq; etiam ſingulis: neque id dixisse,
me penitus, et bondos et sequos et fauentes vos habui dominos, et ad-
duc habeo. Idem Tiberius dicit, se operam daturam, ne rationem fa-
torum et dictorum fuerum reddere posset, unde rex Baetianus, quæſi
Saxic. tuus, et Gerulus princeps eum fortitudine Vorſicher quod
populo

populo præfici & rex à regendo dicitur, & imperatores Germani in suis scriptis testantur formula usitata, vñß vnd dem heyligen Reich Ec. in vnser vnd des Reichs stadt Ec. Sic & Antigonus ad filium dixit, Annon nō vissi, fili mi, regnum nostrum eſſe nobilem servitutem, ut refert Elian li. 2 variarum historiarum c. 20. idèo etiam domini appellacionem Octavianus & Tiberias imperatores respuerunt. Suet. in Octav. Petrarcha. de Republ. optimè administranda Alexander Imp. nefas eſſe dicebat, ne dispensator publicas in delectationes suas, fuorūm vero converteret id, quod provincia'es dediſſent. Lamprid. in Alex. Plin. in Panegyr. in Trajan. Boni principis est arma dare milicibus, ut ius statuit, etiam in seipsum. s. in Remp. peccat. ibid. Assuefact princeps calculum ponere & expensi accepti quo rationem illi reddere. Nam cum sic negotiorum alienorum administrator, curator & mandararius constitutus ex contractu mandati, id eo recte quoque, ut quilibet alius administrator, gestor, procurator ve teneretur domino mandanti, populo nimis, in corpus regnum unico, administrationis sue rationem reddere. Roland. à Vallo. cō-fil. 49. vol. I. Menoch. cas. 209. lib. 2. arb. judic. t. 2. regnos. d. quass. 20. per l. 1. §. 1. de admin. rer. civic. & de negligētia, culpa, dolo, coiulphone & insufficiencia tenetur, de gestis & de non gestis, & si quid non, ut oportuit, gessit, vel facienda omisit. Roland. d. loc. sic etiam administrator Reipub. vel rerum civitatis, exemplo iuroris obligatur. l. 3. de admittit. rerum ad civit. pertinent. & de dolo, latra vel levia culpa tenetur. l. 6. magistratus. d. t. t. l. 4. de magiste conuen. & pecuniam publicam in aliud usum convertere non potest. l. 1. l. 4. de admin. rer. ad civitatis nec facere ea, quæ verosimiliter ipse dominus non fuisse facturus. l. 4. 6. falsas. defact. l. 3. 4. 9. 3. de solat. l. 4. 8. de pecul. aut que sunt contra bonam fidem, & nesciam negotii demindati. Alienare vero non potest talis procurator, nisi speciale ad hoc habeat mandatum.

Aquid Graecos quoque erat actid vñß ditta in eos, qui aut urbem non recte gubernasse, aut publicum aliquod munus non recte administrasse viderentur? Hujus alteritis motu Pericles bellum concivit, ne rationes reddere cenerentur. Et Julius Cæsar ob irrum redditionis rationum, arma civilia modo. Pet. Ortg. lib. 9. cap. 2. nam i. in fin.

Deus etiam à regib. rationes exactorum se communiqueret. *Esa.c.3.24.1.5.*
Ezech.c.34.7.8.9.10. Concessa est principi potestas plena, ut se ianquam
 principem, custodem, defensorem & patrem cum subditis gerat, loco & vice
 Dei, à quo accepit potestatem. quod si non agat, incipit adversus potesta-
 tem sibi datam, imperare, & aliam sibi non concessam usurpare: &
 quando curpiter agit contra potestatem concessam, id non potestatis, sed
 impotentia dicitur.

Arque hinc est, quod jurat Cæsar electus, se nihil eorum, que ad
 imperium Romanum pertinent, alienaturum, distracturum, vel oppri-
 gnoraturum: si quid verò recupereret, vel adquirat viribus publicis, id
 imperio, non sibi quæsum iri. latè probat Steph. Iur. Brut. in vindic. con-
 traryann. Horomann. quæst. illust. 1. Covari d.c.4. Anton. Græbriel
 de jure quæsum non toll. lib. 3. Greg. d.c.1. & seqq. libi 26. de Repub.
 addc. Gen. cap. 47. 18. & seqq. 1. Reg. cap. 21. per tot. & 1. Reg. cap. 9.
 11. 12. 13. ubi late Petrus Martyr. 2. Sam. cap. 24. 24. cap. 23. 16.
 1. 3. l. venditor. &c. com. prædior. l. 39. cum servos. ult. de legat. 1. l. uni-
 versi. & l. seq. C. de fund. patrimon. Ex quibus omnibus apparet, plenum
 dominium imperii & Reipub. magistrati non competere.

Quibus addo & hoc, quod magistratu mortuo, remoto, aut ad-
 ministrationem suam deponente, imperium & jus ipsius redeat ad po-
 pulum, tanquam dominum proprium, qui ante magistratum fuit. L.
 ex hoc iure: ibi, discreta gentes, regna condice. de justis. & jure.
 Zouinier. part. 3. defens. num. 96. 79. 98. 99. Clapmarius libr. 2. c.
 21. de arcau. Rerumpub. qui populus & post mortem, vel exauctio-
 rationem magistratus romanet, & nunquam moriunt. l. proponebatur.
 76. do. judic. l. qui res. 92. 6. ultim. de solut. l. vemo. 54. de regul.
 juris. vide. Iunium Brutum in vindic. contra tyrannos Danicus
 libr. 1. cap. 1. pollicorum. Cum princeps, vel rex natura sua sit
 mortal, Psalm. 82. vers. 6. Siracid. cap. 10. vers. 11. Exitio
 ratiem & adhuc extare magistratus, qui omium se dominos pre-
 ficiunt, & subditos pro servis habent, et namus idèo ciuios filii
 ascribunt, refert Gregorius lib. 6. cap. 12. de Repub.

Quas

Quas ob caussas nihil gratius & acceptius populo, quam si cum adeo non despicit princeps, ut nonnunquam cum eo communicet, de publicis negotiis, cum eo agat, sententia, opera, opibus eius utatur. ut David, & alii pii reges fecerunt in comitiis infieuis. Nam quando subditi vident, tantum sibi tribui, ut in partem curarum & consiliorum vocentur, & necessitates publicas considerent, libenter sunt parituri, quam si rerum nullam habentes notitiam, arguantur. Antimach. lib. 3. theor.

22. Comine. lib. 5. cap. 18.

Exemplum hujus rei optimum preber David. 1. Chron. c. 28. c. 29. Salomo, Asa, Iosaphat, lechizkia, Iosia, reges pii, de quibus 2. Chronic. nec non Moses, Iosua & Samuel: Similiter Augustus Caesar, qui ita regnum & administrationem illius salubri temperamento miscebat, ut refert Dio. in Augusto, uno & Tiberius, de rebus gravioribus referebat ad senatum & cum eo omnia communicabat. Alii quoque laudari principes, Vespasianus, Titus, Trajanus, Adrianus, Antoninus & similes senatus & magistratibus maiestatem pristinam conservarunt, & omnia ad patres conscriptos referabant, seque praesides, non domino senatus ferebant. Macrinus, ut refert Herodian. lib. 1. ad senatum scripsit, mibi ait, decretum est, nibil sine autoritate vestra agere, ac vos principes, consiliariosque habere Reipublica gerenda, vivetisque pro arbitrio in libertate vestra, etc. Atque inde temperamonsum et symmetria quedam in politia existet, us species quadam Democratia esse videatur, in comitiis regnū suū in illa communicatione et deliberatione cum populo: Aristocracia vero species in eo, dum autoritas & alia quedam propria adsignatur optimatisbus Monarchie, dum decretum & ius, confirmatio & executio penes principem remaneat. Atque talis videtur esse policia Venerorum, ex omnibus istis temperata. Vbi vero plebs nibil de imperio habet, id malae Reipublica signum dicitur ab Aristotele libr. 2. politice oratione cap. 3. Bonae autem Reipublica signum dicitur, quando statum illebus satrum & incolumentem omnes ipsius membra volunt, amant & duxerunt cupiunt. Praefata essam plebi particularam imperium

tradere, quām totam Rēpub. in dēcretū pēculium vocare. In Vēnetorum Rēpub. et ē Concaronē de Rēpub. Vener. Omnes cōrēs jūs suffragii habent, & electi ex plebe, & patriciūs de rebus disceptant; de quibus Patriciī pōtētā statuant. Imperiū vīs ex pēnes senātū: spēcīes imperiū pēnes ducēta. Plebi humiliora munera concedunt, imo & honorifica, ut Cancellarii & scribarum. Apud Romanos, populus iubebat, Senātūs decernebat, in magistratib⁹ vero erat imperiū, in se- nātu auctoritās, in populo mājoritās.

De posteriori bēnē merendi via & actione constat ex eo, quod magistratus hominib⁹ p̄ficit, sed hominū causā, & suoruop̄ subdiorum gratiā sit constitutus. Greg. lib. 4. c. 5. de Rep. Fernand. Vasquis lib. 1. in prefat. num. 102. & seqq. sicut ru- tor ab pupillū, pastor ob gregem, non contra. Fernand. d. lib. 1. cap. 1. num. 10. communem omnium theol. philosop. & jurisconsul- torum sententiam hanc esse dicit. Non enim regnum est proprius regnum, sed rex propter regnum, ut nimirū ii, qui sub ipsius sunt imperio, sive quam beatissimi, acque ita debitor sit sui māximis omnibus suis subditis. Nam imperare dicitur, ut ait Augustinus lib. 19. de civitate Dei, c. 15. qui aliorum utilitati consulit. vid. Lys. lib. 2. c. 7. in monit. et e- xerop̄. politie adde Ezech. 6. 14. 2. sic ait Dominus: vix pastoribus Israe- lis, qui erant pascui ipsos. An non grāx est quem pascunt pastores. 3. Adipem comedit et lanam inducis, quod optimum est, mediatim, gre- gam non pascitis. 4. marbo affectas non confirmatis, egrorumque non cu- ratis, & contradam etas obligatis, ac depulsum non redactis, pereun- tamque non requiritis, sed vi dominiamini in eas per servitiam. 5. & seqq. Jerem. 6. 23. 1. 2. 3. 4. Zach. c. 11. c. 13. Iosu. c. 1. 10. praecepit ita que labo sua moderatores populi dicendo. 11. transite per casta et prae- capite populo: dicendo, parate vobis. xiaticam: Nam intra tres dies vos exiectori estis levandum. 12. 1. 4. Famine refixa, per vici pēfici, & pēcata vestra manichios in hac terra, &c. nos erant milites ordinati ante fratre vestro, quasque effici valentes robore & adiuvante eos. 13. usque dum quietem largiōem est Ichovra fratribus vobis &c. &c. 22. 1. 2. 3. 4. 5. 6. Ideo apud Danielem. c. 4. 20, 21. comparatur rex ar- bora

borei fragifera, cuius ramis sunt pulchri & fructus multi, & cui cibus pro omnibus infuit, sub qua habitabant bestie agri & in cuius ramis confidabant aves celo. Exemplo est, Nebemias, quis commoda populi sui promovit, & incommoda patria avertit diligentissime. vid. Nebem. c. 2.c. 3. & seqq. Magistratus enim ad utilitatem constitutus & propter regnum, sed non regnam propter regem, ut Latè probat Fernand. Vasqu. concurv. illuftr. lib. 1. in prefat num. 102. & seqq. ex theolog. & Iuris. c.

Hanc ob causam princeps dicitur pater publicus, ut ex Cassiodoro refert Greg. lib. 8.c. 11. de Repub. Iudic. c. 5. 7. ibi dum surrexi mater Israeli. & didi fupr. cap. 19. Proinde non tanquam barbarus tyranus, eus servus dominus, sed tanquam pater, uti debet clementia & misericordia, & non propriam, sed communem subditorum salutem querere. Flavius Vopiscus in Tacito: Ingens, ait, est gloria morientis principis. Remp. magis etiam amare, quam filios. vide Gregor. lib. 8.c. 11. & qui inflas boni pastoris, vitam ponit pro suis, exemplo Moysis Exod. cap. 32. 11. Quamobrem deprecatus est Moyses faciem iratanam Dei sui, & dixit: quare accederetur ira tua in populum tuum &c. v. 12. 13. 14. & v. 31. 32. ibi, dimicet eis hanc noctem, aut si non facis, dele me de libro tuo quem scripisti. & exemplo Schimonis. Iudic. cap. 15. 12. 13. 14. qui salutis publicae causa passus est seipsum hosti tradid. Sic Christus rex nostor pro nobis & salute nostra mortuus: Et bonus pastor vitam suam pro omnibus suis exponit. Iohan. c. 10. & David, 2. Sam. c. 24. Ego sum, inquis, qui peccare: iste oves sunt, quid fecerunt? Versatur manus tua contra me, &c. Salomon pro subditis orat. 1. Reg. c. 8. 15. David pro populo. 1. Chron. c. 30. 18. & cap. 29. 18. 19. Psalm. 12. 1. Psalm. 82. 8. Psalm. 118. 25. Psalm. 20. 12. 13. 21: ita & Samuel. 1. Sam. c. 12. & Moyses & Iosua. Exempla profana refert. Greg. lib. 8.c. 1. n. 18. 19. Scipio Africani sententia hac dicitur, male se unum cum servare, quam milles hostes perdere. Plutarchus factum Persarum commendat quatuor reges, dicte, habuisse præpositum, qui manè illos surgere admonueret ad curandam populum sibi commisum. Solebant et idem reges obire omnes universæ ditionis sue provincias, easq; lustrare & peragrare, ut videant quid regnum opem desideraret, ut Samuel etiam fecisse legitur. 1. Sam.

cā. 7. 15. 16. & Ioseph. Genes. ca. 41. Idq̄us quovis tempore, post̄is,
 famis, bellī, vel pacis, quō singulis malis remēdia querantur. Cicer. lib.
 5. de Republ. dixit, moderatori Reipub. beatam vitam ciuitatis esse
 propositam, ut ea sit firma, copiis locuples, gloriā amplā, virtute bone-
 sta. & de lege agrar. si populo consulis, remove te à suspicione alicuius
 tui commodi: Fac fidem, te nibil, nisi populi utilitatem & fructum
 querere. & 2. officior. Eſſe boni magistratus commoda ciuitatum defen-
 dere, non diuellere. Sic & Aristotel. lib. 8. positio. ca. 10. Tyrann-
 us, inquit, suum ipsius commodum spectat & querit, at rex subditos-
 rum: quorum salutem vita sua preferit. Ideoque Seneca lib. 1. de
 clementia. recte & sc̄ite, scias, ait, Rēmp. non cuam esse, sed te Reipub.
 & ibidem. Omnia ſomnos, illius, ait, vigilancia defendit, & omnium
 vitium illius labor, omnium delicias illius industria, omnium vacatio-
 nem illius occupatio. Et ibidem. c. 3. illius, ait, magnitudo stabilitatis est
 futura, quem omnes tam ſuprā ſe quam pro ſe ſcīunt, cuius curam excu-
 bare pro ſalute ſingulorum atque univerſorum quotidie experimur, quo
 procedente, non tanquam malum ac noxiū animalē cubili profilaret,
 diffugiant, ſed tanquam ad clarum & beneficū ſidū certatim ad volent.
 Syracid. c. 32. 1. duciorem te cōſtituerunt homines. 2. curam eorū habe. 3.
 & omnem cui copiam illis facito, cumque probat te, requiescito. 1. Sam.
 c. 18. 11. totus vero Iſrael & Iuda amabat Dauidem quia ipſe procede-
 bat & veniebat ante eos. Iofu. c. 4. 14. Die illo magnificabat Iehova Ies-
 uam, ante oculos omnium Iſraelitarum, ut reverenteretur eum, quem ad-
 modum erant reveriti Moſen omnibus diebus vita eius. Talis diligen-
 tia, candor & fides commendatur in Moſe Num. c. 12. 7. & in Davide,
 Psalm. 78. Num. c. 27. 16. praficiat Iehova Deus spiritum, Deus carni-
 sis carnis, virum huic eætui 17. qui procedat ante eos, & qui denias
 ante eos, quique educat eos & qui reducat eos, ut non fit eatus hic fecit
 pecudes, quibus non eſſe paſtor. 1. Reg. c. 3. 7. 1. Cbron. c. 11. 2. ibi, edu-
 cebas & reducebas Iſraelem, & tu es paſturus populum meum, & Abi-
 molec curam ſui regni habuiſſe legitur. Genes. c. 20. 9. 10. Seneca epiftola
 91. penes ſapientes, ait, aureo ſeculo regnum erat. Hi concinebant ma-
 nus, & inferiores à validioribus cuebantur ſuadobante, diuina dabantur

& utilia atque inutilia monstrabant. Horum prudenter nequid deesse
suis, providebat. Fortitudo arcebatur pericula, beneficiis augebat ornabatq;
subjectos. *Esa. c. 22.23.24. paxillum rex dicitur, cui subditi sua securè
sunt commissuri.*

Quapropter magistratus, erga subditos se, tanquam curator erga pupillū
minorēm^{re}, vel tanquam pastor erga gregem se gerere debet. *Eze. c. 34. 2.3. & seqq. ille en. propter pupillū, hic propter gregē est constitutus. Grs.
L.8.c.1. de Rep. vide Euseb. Phil. idelpb. in Dialog. secundo. de reb. Gal-
licis; cuius scilicet dispensatio restricta & utilis sit, qualis in familia boni
patris; ex qua subditi possint cognoscere, magistratū custodem, & admini-
stratōrē esse communī honorū, non ut propriorū, ut dicit Aristot. lib. 5,
politic. cap. 1. I. Idiō ob totius populi & R. ip. pacem & salutem seipsum
in discrimen adduci patitur bonus magistratus, *Iudic. ca. 15. 12. 13. 14.*
& privatas iniurias sibi à subditis illatas Reipub. condonat. *Iudic. c. 11.
11. 12. 2. Sam. c. 16. 10. & c. 18. 5. 1. Sā. c. 10. 27. 1. Sā. c. 12. 2. Sam. c.
15. & seqq. & nihil carius habet, quam ut in regno suo felicitatem, tran-
quillitatem & pacē diuturnā habeant subditi, et in abundantia rerū neces-
sariorū vivat. 2. Cbr. c. 1. 15. et 1. Reg. c. 16. c. 4. 24. Eze. c. 34. 2. 3. etc.**

Pestis, famis, morbi epidemicī, aliisque periculis & calamitatibus
de remediis malorū accurate cogitat, eaq; diligenter et fideliter qua-
rit ad salutē subditorū. *Eze. c. 34. 10. 1. Sam. c. 5. 8. et seqq. c. 7. 16. 1. Sā.
c. 24. ale. 17. 18. 19/20. 1. Sam. c. 12. 21. & seqq. Gen. c. 41. 4. 8. et seq.
et urbes ab imperio ecreptas volvuntas recuperat. 1. Sam. c. 7. 23. cladibus
aceperis. & calamitatibus Reip. presentibus, siue futuris prospicit, & re-
mediū affōr. quācum potest fieri, ita tamen, ut oēs intelligent necessitatē
auxiliū, & periculi magnitudinē. Exemplū Iosephi consuloniss & proficiē-
tis Aegypto extat. *Gen. c. 41. 48. 49. & c. 43. 14. Portentū natura Calig-
oola, conseruā querisolebat de conditione temporum suorum, quod nullis cas-
tamicibus publicis insignirentur, atq; idēo exercituum cades, famē, pe-
nitentiā, incendia, biatū aliquom terrā operabat, & cervicē unā esse popu-
lo, ut uno istu collī posset. Succo, in Calig. c. 32. tale portentū & Nero fuit,
qui se vi vēro porabat, ut terra igni misceretur. Suc. in Ner. c. 36. 37. 38**

Hoc facit etiam id, quod Plutarchus scribit, de civili administracione

ad Trajan. Respu. ait, felicissima tunc est, cum magistratus & eius conserunt omnia sua ad salutem Reipub. vel comodum, neque praeferunt quicquam, vel quemquam aspernantur, qui Reipub. prodest possit. Cic. lib. 1. officiorum: ut curuela, sic procuratio Reipub. ad utilitatem eorum, qui commissi sunt, non eorum quibus commissa est, garenda est; Roman. c. 13. 4. Dei enim (Magistratus) minister est, suo bono, quod si feceris, quod malum est, metue: non enim frustra gladium gestat. Nam Dei minister est, ultior ad iram ei, qui quod malum est fecerit. 5. 6. 7. & 1. Timoth. c. 2. 2. Orandum pro regibus & quibusvis in eminentia constitatis, ut tranquillam ac quietam vitam degamus cum omni pietate & bonefacie. Hanc oī causam, dux & pastor populi dicitur. 2. Sam. c. 5. 2. Esa. c. 4. 4. Jerem. c. 10. c. 50. 6. Nabum. c. 3. Psal. 78. in fine Exech. c. 34. 2. 3. 6. 7. & seqq. Esa. c. 23. 1. 2. 3. & Pater Patric; Gen. c. 4. 1. 4. 2. & seqq. c. 4. 5. 8. 9 Iudic. c. 9. 7. ubi Martyr & Iun. Iud. c. 5. 7. 13. 2. Sam. c. 24. 12. 1. Poer. c. 2. 13. 14. ibi, tuum ad ultionem maleficiorum, tuum ad laudem rei agencium. & seqq. Facis hoc, quod dicatur. Heb. c. 13. 17. obediens ductoribus vestris, & obsecundato. Exequant enim ipsi pro animabus vestris, tanquam rationem redditur, ut cum gaudio hoc faciant & seqq. l. 3. ibi, ut curet is qui Provincia praef. malos hominib. Provinciam purgare l. 13. congruit. de offic. Praefid. 1. Macab. c. 14. 4. 5. 14. 35. 36. & l. 1. de offic. Praefid. vigil. cogite, quod populus insipientis regendus sibi commisus est, qui non sapientia, sed potius insipientia contra propria certat commoda, adeò ut miserendum illius potius, quam propriā iniuria, vel contumeliam in eum pavendum Luriso. C. si quis imp. mal. Pet. Greg. Tolos. lib. 8. c. 20. exemplo leprie Iudic. c. 11. 4. 11. Adcessis & Davidis qui a suis subditis gravissime lèsi, injurias condonarunt. Cogiter populum sibi subiectum, minori, pupillō de comparari, l. 3. 6. de jur. Reip. lib. 11. 1. 4. Reipublie. Ced quib. caus major. l. 9. de appell. l. 1. C. de offic. c. ius qui vic. Iud. vel presid. & se tutori curacori no, qui ad tuendum & curandum pupillum bonaq. eius est constitutus.

Conga exemplum magistratus non curantis subditos, sed suas voluptates exhibet Isbosteb. 2. Sam. c. 4. Belsazer. Dan. c. 5. Darius: Dan. c. 6. Abasorus. Est. c. 3. Ninias, Sardanapalus, Tiberius, Virgilius, Heliodorus, galatuc,

gabulus, & plurimi alii. Pessimus vero est stans polizia, quando publica negotia negliguntur, & dominantur illi, qui sua & privatae confundantur & peccant. Prov.c.28 28.c.29.8.16. Eccl.c.5.7. Et ut industria ac diligentia principes omnes adiuvat, sic inertia & negligenter evertit. Sed prob. dolor plerique hoc tempore pluris faciunt suas voluptates & commode, quam Reipub. bonum, atque ita se preferunt toti populo.

In administratione hac tua, magistratus a ligatus est legibus Decalogi. Deu.c.4.6. et seqq. & c.17.18.19. Ios.c.1.7.8.2. Reg.c.23, 2.3. Psal.72.1.2.3.4.1. Reg.c.21.19.1. Sam.c.16.20.23. Osee c.13, 1.1. digna vox. 4. C. de legib. at. ; civilibus regni & maiestatis legib. arg. l. filius. 15. de codic. inst. l. 18.8. ubi §. 1. de reg. jur. 1. Sam.c.10. 24. id. quas, tanquam ad cyanosuram, normam & regulam, oīa negotia administrationis suę referre debet. Vnde magistratus lex vi-va, exsecutor, custos & minister legis dicitur, qui nihil nisi lege iubere, velit, faciat. vel omittat. ut recte dicit Vasq. c.14. d. li. 1. Nam remota iustitia, quid sunt regna, nisi magna latrecinia, ut ait Aug. de civit. Dei. l.4.c.4. Ideoq. absoluta potestas, supra jura, principiū minimè est data. Covarr. lib. 3. var. resol. c.6. num. 8. Plin. in panegyr. in Traj. Non est bonus princeps supra leges, sed leges supra bonum principem, optimusq. principis nota illa ex legum prescriptio velle vivere. Psal. 1.19. per rot. Deut. c.17. 15. & seqq. & secundum leges se administraturū Remp. in electione promisit, quam fidem violare non potest. Qua de causa recte dicitur, magistratum non esse legibus generalibus solutum l.4. digna vox C. de legib. l. 1. C. de testam. §. ult. inst. quib. mod. test. infir. non tantum naturalibus, sed etiam in civilib. arg. Matthe. c.23.4. ligant onera gravia & digitum suo nolunt ea moveare. Et quod tibi fieri vis, etiam alteri faciendum, & contra terram qui cum Decalogo haec civilis leges co-sentientes, & ex naturalibus sunt extructae. vid. sup. c.9. Dissentiunt plurimi per l. 31. de legib. quae tamē non obstat, si eam intelligas de legib. panariis, quib. magistratus summus est solutus, non respectu obligationis, sed executionis. Nam si deliquerit, sat non contra leges fundamentales & conventiones proprias cum populo inita non puniatur; Cui. l. 26. obs. c. 3.5. Pet. Greg. l. 7. c. 20. Mar. Salo. lib. 1. in fin. de princip. Vasq. l. 1. c. 2. ill. cor. T. c. 3. & c. 8. c. 26 n. 14. 22. &c. 43. qui etiam ex potestate soluta seu ex plenitudine potestatis, q. ipsi tamē non

est data. Covarrub. lib. 3. var. resol. c. 6. num. 8. pueat, principi non est concessum, aliquid contra ius naturale & gentium & Reipub. sue leges civiles facere, quia nulla potestas est ad malum, sed tantum ad bonum, non ad nocendum, sed ad consuleendum, juvandum, & ad meram subditorum utilitatem, non ad regencium libidinem, vel commodam. Pasqua. d.c. 26. & cap. 45. & Covar. d. loco. Pinel. in rub. part. 1. num. 25. 26. Et de rescind. vend. Tessan. decis. 9 t. arg. tit. quod quisque iur. in alium placet, eodem et ipse uti debeat. Et quod tibi vis fieri, etiam alii feceris: & contr. & Matth. c. 23. 4. cum quia lex est conservatus. l. 1. ibi communis Reip. sponte. de legib. juncto. 5. 1. Iust. de verb. oblig. ex quo contraria principes obligantur, tanquam Reipub. membrum precipuum, Roland. à Valle consil. 1. vol. 2. Lege etiam princeps non est superior, sed ipsius causas, minister & executor, aut defensor. Ad l. principis. de legib. respondet V. aquisus ex mente concedentium, generalem concessionem esse refutandam ad utilitatem concedentium. Nam qualis est natura principatus, talis esse debet illorum verborum, utcumque generalium interpretatione. Principatus autem naturae sunt meram subditorum, non etiam regentium utilitatem respicere & curare. Ergo concessio imperii a populo principi facta etiam verbis generalissimis ex materia subjecta limitata & restricta est, ad meram utilitatem civium. Nec enim in generali mandato, aut concessione continetur id, quod in specie quis non esset concessus. l. obligatione. de pignor. Et fraude legi fieri dicitur, quando mente ejus relictâ, verba amplectimur. l. frans. de legibus. Ad. 1. de constitutis principi. ubi populus omne jus suum in principem transstulisse dicitur, responderet, intelligendum hoc, quo ad ea qua populo transference utilia essent, non quoad contraria. Princeps etiam solitus est legibus, in casibus in quibus in se ipso dispensationem concedit. V. aquis. d. loc. et cap. 25. num. 3. Minime tamen obligari principem in iis qua honorum habentur, dicit V. aq. & Cijac. cum iudex & executor in propria causa fiat. l. si pater familiæ. l. & hoc Tiberini de bared. insit. Atas aliorum sententias ad l. principis adserit Fachin. lib. 1. c. 2. contr. & Poc. Gregor. d.c. 20. lib. 7.

Atque haec sunt media, quibus magistratus subditorum benevolentiam promovetur, colligit, & collectam conservat

led

Sed quando aliam & contrariam viam ingreditur, illam amittit .. & contra odium subditorum in te concitat; qui pravus est & nox us imperio affectus de magistratu , vel in eundem, ut Liphias lib. 4. c. 11. dicit , cuius vestigii hic inservemus.

Odiuum igitur eiusmodi est malevolentia subditorum personarum in magistratum, eiusque statum concepta , orta ex metu, cum ea perirent auctileendi. Hoc ergo odium maximè obest magistrum. Nam quem metuunt, oderunt; quem quisque odit, perfisse expedit. Lib. 2. luffe, sed per gradus Nam exsecratur, infidatur, & denique opprimitur facit. Multa enim illis sunt mali, magistratus una cervix; & canonicis porcinalis peccant, quam multis ipse periculum est. Imbadiunt porcinali, etiam eorum quibus se committit, expositus est, ut ex aliis Lippas refert. Subditus vero non in continuo meru docinendos esse multis allatis exemplis probas Scipio Ambras. lib. 17. discurs. 5. sed possumus meru omni circa liberando esse.

Odiuum eiusmodi effugiet magistratus, si fugiet ea vitia quibus id patet, & vicioruntistorum opinionem.

Vitia oditorum conciliatrix funeraria, contraria meditis benevolentias comparanda; nimisrum se vita, avaricia & iactio.

Morum viciorum opinio oritur ex suppliciis & tributis, nisi prædicter & cathide administrantur; providè & catè usurpantur.

Ex suppliciis, quando & cum vindicta cupiditate vel non ex sufficienti causa præproperè & festinanter, vel cum volupitate, turnantur à sceleratis vel infortibus. Exemplum vid. Iudic. c. 1. 6. 7. Gen. c. 37. 27. c. 44. 16.

Ex tributis & exactionibus, quando ea sine necessitate & utilitate Reipub. à subditis exiguntur, vel augeantur sine causa iusta, vel iniquitate, violenter, vefintibidines principis , aut profusionem, vel frequenter. Et denique quando à ministris rapacibus, iniustis, irributorum in eorum exactione inique agitur, qui præter imperatas pecunias , privato compendio tuo serviant, & luculentum proprium querunt. Prov. c. 28. 15. psalm. 1. Reg. c. 12. Greg. lib. 3. c. 9. Nullum a: terius vitium, avari-

zia, praesertim in principibus & Reip. gubernatoribus. Multi regum potius cunis acerebè conquirendis, plus inuidia sibi, quam virium adiuvit. ut ait Tacit. 3. historiar.

Sævitia, quæ in tyrannidem transfir, odiosta est & invisia valde, tum subditis tum extraneis, ita ut qui multis est terribilis, multos cogatur timere. Caius Rhodig. lib. 9. cap. 9. ob quam multi deieci ab imperio. Bodin. lib. 4. cap. 1. Pet. Gre. lib. 22. cap. 7. de Republ. ubi exempla refert. Malus enim custos diuinitatis dicitur esse vis & metus. & recte Salust. ad Caesar. Ego quidam ciuita imperia crudelia magis acerba, quam diuturna arbitror: neque quemquam à multis metuendum esse, quin ad eum ex multis formidaret. Eam vitam arbitror, bellum esse num & ance, s gerere. quoniam neque adversus, neque à se ipso, aut laceribus tutus sis, semper in metu, aut periculo agites.

Avaritia magistratus sèpè quoque dat caussam subversioni status Reip. & mutationes excitat. Nam impellit ad illicita & gravia tributa imponenda, ad munera, corrumpendi caussâ das & accipienda, & ad alias illicitas exactiones & artes, cuius fiscus, inflat lienis in corpore humano, est in Rep. Prov. c. 29. 4. c. 28. 16. antecessor mulieris oppressionibus, decurabit, qui autem odit questum, prolongabis dies: & eodem cap. 28. 1. ut leo rugiens et ursus discursans est dominator impotens in populum tenuem. vid. exempla apud Greg. li. 22. c. 12. de Rep. 1. Reg. c. 12. Deut. c. 17. Ezech. c. 46. 2. Reg. c. 9. & c. 10. 1. Tim. c. 6. Epb. 15. 1. Sam. c. 8. Suet. de Vespasiano cap. 16. Prov. cap. 29. 9. & c. 28. 15. 16. Nehem. c. 5. 15. Antimach. lib. 3. theorem. 26. ubi exempla recenseret.

Avaritia contrarium est vitium alterum profusio & prodigalitas, quæ reddit principem odiosum, uti Thiberium, Caliglam, Neronem, Vitellium & alios de quibus. Antima. lib. 3. theor. 26.

Læsio subditorum est quando illorum commodis & saluti administratio Reipub. est contraria. dum princeps subditis privatimq; facit, quæ sibi, si subditus esset, fieri noller. Scip. Amiat. lib. 17. discurs. 4. & tum administratio degenerat in tyrannidem, de qua cap. 37.

CAPUT XXV.

De autoritate summi magistratus.

Hactenus de prima specie conciliatæ & accidenariæ affectionis regni: sequitur de altera reverente, autoritatem conciliante.

Reverens igitur affectio erga magistratum est, quæ ex opinione autoritatis magistratus est concepta. *Licet Boterus distinguat inter reverentiam & autoritatem.*

Autoritas hæc, ut Lipsius dicit, est concepta & imprevia subditis, sive exteris, opinio reverens, concepta in mente subdorum, vel extraneorum, de magistratu summo ejusque statu.

Hæc, vita & anima regni est; quæ efficit, ut tot mortalium missibus, una anima præsideat, non nunquam senis & invalidis. *Senec. lib. 1. de clement. adde l. 1. de postul. l. 19. de offic. præfid.* Ut autem negotium, podes, manus, oculi gerunt, & illius iussu jacemus, aut inquieti discarrimus: sic hæc immensa multitudine, autoritatis quasi spiritu regatur. *David in Psal. 8. 48. hanc à Deo proficiunt dicunt, ubi art, Deum esse qui cogat sibi subditos obtemperare* & *Daniel. c. 5. 18. idem faciuntur.* & liquet ex *1. Sam. c. 10. ubi dicitur, non omnes secutus esse Saulum, sed eos tantum quorum corda Deus retigerat.* Vires imperii in consensu obedientium sunt: consensus vero ille, ab estimatione, cui contrarius est concampus: *vide exempla in Georg. Richier. axiom. histo. c. 7. adde Iosua c. 4. 14. 1. Sam. c. 11. 7. Scipio Amrit. lib. 5. discurs. 8.*

Opinio hæc in supremo magistratu maiestas, in aliis celsitudo, excellentia, vel serenitas dicitur. *Greg. lib. 8. c. 4. de Repub.*

Constat hæc autoritas ex admiratione & metu. Vt ragaue est ex forma imperii, potentia, vel morib. imperantis. *Lips. l. 4. pol.*

Forma imperii severa, constans & adstricta esse debet ad autoritatem conciliandum.

Severa gubernatio & administratio ideo, quod perpes illa & assidua lenitas contemptum inducit. Nam in hac colluvie momentum & honorum habendus meus, aut societas est. Et vulgus meo coer-

Ty 3. 1.

cendum, quod à pravis non ob turpitudinem, sed ob supplicia & penas abstineat. Non igitur per segnitatem superior patiatur habescere aerem sua auctoritatis. Ideo Cicer. lib. 2. offic. adhibenda, inquit, Reipub. causa, severitas sine qua administrari civicas nulla potest. 1. Samuel. c. 1. l. 7. Vnde incidit pavor Iehova in populum, ita ut exirent unanimis. Sed tamen exercenda hac est tempestivè & cum intermissione & per intervallo. Nam civitatis mores, magis corrigit parsitas animadversionum, quam pena ad paucos, metus ad omnes perveniat. Temporatus timor est qui cobibet, assiduus & acer in vindictam excitat, sicut nimia libertas non est libertas, sed licentia soluta & diffusa.

Obsequium quoq; hac severitate comparatur, quo recipetur imperia. Nam ubi reverentia excoecit animis, sequitur confusio & contemptus. l. 19. de off. praefid. Exod. c. 22. vulgus enim facile insolescit, nisi aliquo legitimo metu cobiceatur, Greg. lib. 8. 4. de Rep. Et sicut prudens pro oculo est magistratus, sic forensis pro manu, illa consilium, hac robur suppeditat, Siracid. c. 7. 6.

Severitas hæc in primis adhibenda est in vindicando criminis letæ maiestatis; cuius penam severissimè, etiam à propriis cognatis sumet magistratus. vide Gregor. lib. 22. c. 11. num. 8. 9. 10. 11. Valer. Max. lib. 6. c. 3. 1. Reg. cap. 2. Nam nimia indulgentia & clementia Principis in reos maiestatis, perdit Reipub. vel judicis pericula. Scip. Amiras. lib. 17. discit. 7.

In primis etiam hanc levetatem & disciplinæ censuram magistratus exercebit in suos ministros. arg. 1. Cor. c. 15. 3. 2. O. primus enim magistratus & severus presumitur, qui familiæ & sacelli- tium habet sanctum & piè institutum uti David Psal. 101. 6. arg. 1. Timot. c. 3. 4. 5. & 2. Sam. c. 6. 14. & seqq. Prov. c. 29. 4. c. 25. 5. c. 14. 3. 4. 1. Reg. c. 9. 3. 4. 5. 6. Nebem. c. 5. Contra indulgentia Eli, & Samuellis in filiarum suorum delictis, mala Reipub. attraxit. 1. Sam. c. 3. 1. 3. indica Eli, me vindicaturum esse familiam ejus usque in secundum, propter iniuriam quem novit filiarum suorum, non eam non represcit eos. & c. 8. & Davidis indulgentia & negligencia in vindicando scelerebus filii Absalomis mala Reipub. attraxit. 2. Sam. c. 18. pars pro- fana

fama adfert Scip. Amirat. lib. 4. disfurs. 1.

Constans imperii forma, est diligens & uno & veteri tendens, reflacens, mutationum crebrarum expets, imperii exercitium.

Nam leges ipsa vim & vitam facis non habent, sed conuenient, quae mutantur, vel evanescent placidam, & ipse superior vilescit, qui sic vacillat & inconstans est, & novator, ut Lipsius probat. Deinde mutatio res eorum morum, maxime offendit populam & novatores odiosos reddit. Greg. lib. 23. c. 8. num. 3. ubi illustrat exemplis Alexandri Magni, mutantis ritus & Macedonum: & Daris; & aliorum.

Contra continuatio & conservatio morum magistratum patriæ gratum reddit, atq; illi subditorum favorem conciliat.

Interdum tamē, quando scilicet summa utilitas, aut necessitas suaderet, murgio & novatio est admittenda, sed lentè pet gradus. nec omnia simul statim; exēplo Augusti de quo Dion. 52. & i.e. ut simulachrum facies veteris relinquatur. Clapm. l. 6. c. 5. 6. 7. & seqq. de arcam Rerumpubl. Scipio Am. lib. 1. dis. 8. Omnis etiam mutatio extrema, ad extremum, vitanda: ēpore vero in magna infelicitate cedendum:

Non denique patietur se à populo, vel potentioribus seduisca recta semita. Exo. c. 23. 2. ut ad placitū illorū iniquè agat, sicut Aaron. Exod. 32. & Saul, qui ex meo populi sacrificabat. 1. Sam. c. 15. sic Zedekias ad placitum suorum principum, Ieremiam innocentem tradidit in carcandum. Ierem. c. 38. & Darins Danielis in leonum foras conieciatur. Dan. c. 6. Pilatus metu judaorum, Christū condonat, Lue. c. 13. Job. c. 19. & Herodes gratificatus est Iudeis in actis Apost.

Adfecta imperii forma dicitur hic, cuius à te qui es magistratus, præcipua vis & honos, imō etiam apud te sit.

A te inquam, ut maxima terum, aut agas ipse aut firmes; ut intelligent omnes, te esse à quo pendeant omnes, & quem omnes spectent & ab eo omnia expectent. Itaque consulum est, ne honores nimios, perperuos, aut longos aliis concedas; sed datos auferas, ita ut paulatim minuas & detahas vellicacionem, non simul & temet tollas.

Six

Sic monet Siracid. c. 33. v. 23. in omnibus suis administrationibus & operibus, superiorē administrationē obtine, neque officias labo gloriam tuam. Ita Salomon ex iudicio late à se in duas cauponarias mulieres apud populum magnam sibi autoritatem conciliauit. 1. Rep. c. 3. 28. Et Deus promittit suis & piis principibus hanc gloriam & autoritatem. Esa. c. 22. 2. 2. ibi, eo aperiente, nemo claudet, & claudente eo nemo aperiet. 33. & infigam cum veluti paxillum in loco firme, eritque in solio bonorum domini paternae sue. 24. Nam appendent ei totam gloriam domus paternae ipsius &c. & vers. 25. Ratio adstricta bujus administrationis est, quia periculosa sit privati nomen supra, vel iudea principis attollit. Nec magnos canem, sed nec longos honoros conferas. Nibil tam utile, quam potestatem magnam brevem esse. Libertatis enim si vero principatus est magna custodia, si magna imperia diurna esse non suauis. Insolentes enim homines per diurna imperia: & ob potentiam dulcedinem & amorem ad res novandas, nec non ad prodiciones, infidias & usurpationes regni impelluntur. Non igitur oportet in urbe leonem nascire & serpentem in sinu forere. Pet. Gregor. lib. 8. c. 4. & lib. 22. c. 9. c. 10. de Rep. Scip. Amirat. lib. 1. discurs. 12. exemplis illustrant. & exercit notable in le-robo amo. 1. Reg. c. 11. c. 12. qui Rechabeamo 10. tribus subtradidit ob nimium potestatem antea concessam. Aliud in Hordiano à suo praefecto Philippo interfacto, & plura resert Greg. d. loc. lib. 9. c. 22 & cap. 10. & Dane. lib. 6. c. 3. Solent enim ex nimio humore, vermes & tinea oriri in rebus ipsis, quas consumant, & nisi aequam crescent, suffocantur, vel excutiantur, totam rei substantiam in suam transferunt. Ad eum modum ad dignitates maiores Reipub. & in interiorem principum amicitia admissi, more tiwearum & vermium nimia prosperitate lascivientes, nisi expellantur, opportuno tempore solent Reipub. substantiam in proprium commodum convertere, & eam quia eos peperit potestatem, conaneant de vorare vel aperte vel clam. Ita mature à Tiberio Seianus sublaui fuit, & Pyrho ab Antigono. Greg. d. c. 10. Dane. d. c. 3. Prudenter quoqua hanc ob causam, Iacob regem Davidem in castra accersit, ut Victoria laus illi soli tribueretur, ne regi invictiosus fieret. 2. Sam. c. 12. 29. uici accidit Davidi apud Sarelem. 1. Sam. c. 17. 7. vid. Boer. lib. 2. cap. 10. c. 1. c. 9. lib.

lib. 4. c. 4. & Scipio Amirat. lib. 4. discurs. 2. suades, maximè cayendum in aliis, ne præ ipso principe colere alium videamur. & quicunque obsequia principi docevit, is cuncta feliciter ac prudenter à se gesta eius virtutis atque fortuna attribuat. Scip. d. loc. dis. 3. Nam quia principes instar Deorum habentur, ideo à subditis venerationem exposcunt.

Ob hanc adfritam administrationem, quidam Principes magni nomen sunt consecuti, ut Scipio, Annibal, Caius, Marius, Iulius caesar, Constantinus, Traianus, Severus, Alexander magnus, Antiochus, Quintus Fabius maximus, Pompeius magnus, & plures alii de quib. Boter d. loc. Qui verò summam rei gesta pbi adscribit, majestatem & exaltationem principis opprimit. Clapmar. de arcan. Repub. lib. 3. c. 11. Ideo que princeps non debet concedere ne aliis statua & insignia erigantur publica, vel voca illis fiant. tit. C. de oblat. votor.

Remedium hic est in matura interceptione, vel potestatis usurpatæ ademptione, vel coercitione & diminutione. Cum rei inferribas apud Athenienses olim ostracismus, qui erat moderatio elationis ad patrandum facinus ac gravioris potestatis coercitio. vid. Plutarch. in Alcibiade, Aristide & Nicias. Scipio Amirat. lib. 1. 4. disc. 2. Apud Romanos effectari imperii suspicio etiam iudicabatur. Sub alio etiam rizulo tales ablegantur in alia loca vel monentur, ut discedant. ut exemplis ostendit Amiratus d. discurs. 2.

Deinde quando admittitur potestas, vel non continuatur, tollitur etiam modus crelcendi & audendi facinoris. Ideo consules & magistratus annui erant apud Romanos, et Dictator semestris, & temporales praefides & Rectores provincialium & alii. Gregor. d.c. 10. num. 6. Boter. lib. 4. c. 4. Alex. ab Alex. lib. gen. diser. Scipio Amirat. lib. 1. discurs. 12.

Diminutio & coercitio potestatis sit divisione, collegaz constitutione, cum pari, vel maiori potestate, ut erant olim ephori apud Lacedæmonienses, & Tribuni plebis apud Romanos, qui erant oppositi nimis potestatis coercenda causâ. Greg. d. cap. 10. num. 7. & lib. 8. c. 4. de Rep. Quod si magna cum potestate quis miretur ad regondam Remp. consulcum, ut illius liberi

retineantur in aula quasi obfides fidei paterna.

Potentia imperantis magistratus debet esse directa & regia, ad solidam auctoritatem via, ut ait *Lipsius*, qui nimis habet idonearum rerum facultatem ad sua conservanda & aliena obtinenda. *Hinc Nebucadnezar excelluit.* ut dicitur *Daniel.* c. 5. 19. 20.

Hanc conferunt opes, arma, consilia, fædera, fælix successus. *Lipsius lib. 4. Politic.*

Opes & pecunia nervus imperii caput & pedes dicitur, omnia enim vanalia namis, siue socios, siue milites habere cupias, siue hostes, aut urbes perdere. Siquidem nihil tam munitum, quod non expugnari pecunia possit. ut ait *Cic. 2. in Verrem.* Si princeps est tenuis fortuna, regas suam inopiam, & externè aliud profiteatur. *Bosser. lib. 2. c. 8. de pol. cōff.*

Aarma etiam ad potentiam necessaria, sine quibus princeps sua retinere & defendere nequit contra vim & iniuriam aliorum, sine quibus etiā subditos suos feroce comprimere, vel contra alios defendere non potest. Deinde scientia rei militaris & præclarè res gestæ militares, n. agnum sui terrorem viciniis populis & subditis pariunt. *2. Sam. c. 8. 13.*

Consilia necessaria, quibus arma sunt temperanda; Nam cautis consiliis potentia tutior habetur, & quies semper tutior. Testimoniū scimus, ubi collecta in suum regnum est, turam ad omnes ieius esse, ubi exserit partes alias, quedcumq; nudavit obnoxium, atq; infirmū habere. Multa etiam qua natura impedita sunt, consilio expediri dicit *Livius* 40. & plura consiliis, quam telis & manibus geri; ait *Tacitus* 13. annal.

Fædera etiam ad potentiam necessaria, quibus venenum Rebus pub. paratum extinguitur, quibus duo corpora, quasi uno spiritu & vinculo coniunguntur, & vires coniunctæ efficiatores & potentiores fiunt. Augent enim fædera & potentiam & gloriam magistratus. *Cassiodo. lib. 1. epistol.* & facile vincuntur qui non habent vicinos confederatos. *Iudic. c. 18. 7. 10. 27.* ubi *Piscat.*

Hæc in eunda sunt cum vicinis proximis, & validis, non
cum

cū miseriis & afflictis, nec cū illis, quibus periclitantibus & tū
pericliteris; & ineūda quē causē bonitate & quietate oītūtur.

Optimē habet Repub. quando vicinis utitur pacificè, qui
nimirū sūt socii, amici, federati, qui cōmercii causa accedunt,
& habitant in regno & inconsortiū nostrum recipi cupiunt &
amicis sūt, qui cōmunes nobiscū habēt hostes & amicos vel si-
bi inter se invicem non nocent, vel bellū inferunt. *Iudi. d.c. 18.*

Sic Carthaginenses confederati fuerunt Romanis. Sic Abraham cum
rege Abimelecho, cun Iosua Gibeonita, David cum rege Syria: Salomo
cum Hiram rege Tyri, fādus & pacem coluerunt, *Genes. c. 21. 21. 2. Sā.*
c. 8. 9. 1. Reg. cap. 5. 12. 1. Chronic. cap. 18. 10. c. 19. 1. 2. 3. sic Achab rex
Israel cun Iosaphato, 1. Reg. c. 22. 4. sic Latini cum Romanis aliq. cum
aliis fādus habuerunt. vid Sipon. lib. 1. de antiquo iur. Ital. de amicis &
*sociis federatis, vicinis Salustius recte ita. Non exercitus, neque cohauri
præsidia regni sunt, verū amici; quos neque armis cogere, neque auro para-
re queas, officio & fido parantur. vid. Plutarch. de civili admin. *Iudic. c.*
18. 28. Nemo autem fuit qui eriperet, quia remota erat à Zione & res
*non erat illis cum quoquam. Est enim in illa convalle. &c.**

Fādus cum infidelibus initum, dubium & periculo sum est, 1. *Sam. c.*
28. c. 29. c. 30. 2. Reg. c. 8. 28. c. 9. 16. 2. Chronic. c. 28. 2. Non commodū
admodum, quod cum iis qui in diversa politia forma vivant, contrahatur.
Vide medicam, profader. *V Varem. de Erenberg.* Melchior Jun. politico
quest. part. 2. quest. 79. & Richter. axiom. 277. qui in usquamque par-
tem argumenta pro & contra fādera adfert, & Bodin. lib. 5. cap. 6. de
Repub. & lib. 1. cap. 9. ubi octo genera fāderum recenset, quibus
tenuiores aduersus potentiores possunt se munire. Vide qua supra
diximus cap. 17.

Periculosū tamen, potenti iūpotentem iungi, qui nec vi-
cere, nec viaci sine periculo tuo potest, quorum tamen alte-
num, aut socium, aut hostem habere necesse est; cum media
via nulla ostendatur. Iacienda igitur tunc alea & alterutri te
adiungendum, nimirū meliori: & si dispare, potiori, nisi
alii opportunitas, aut utilitas vincat.

Felix successus ad potentiam ante omnia necessarius est; qui mirificè quosdam sovet, qui hoc astro sunt, ut ad amplitudinem & gloriam, & ad res magnas bene gerendas, divinitus successus adiunctus illis videatur, qui maiore sunt felicitate, quam sapientia; quibus omnia sine labore ferè suggestit Deus.

2. Reg. 6. 18. quia Deus fuit cum Hiskja, ideò sapienter & prudenter egit.
 Ita etiam favit Davidi. I. Sam. c. 16. Gideoni. Iudi. c. 6. Iephte. Indic. c. 11. Iosue. Iosu c. 4. Iosaphato, Iosue & aliis piis regibz. Psalm 127. 1. nisi labora custodias civitatem frustra vigilare custodes 2. Cbron. c. 26. s. 6.

Sed hic successus tamen inconstans, mutabilis & lubricus est, & quos antiquandiu fovit, tandem destituit ob peccata. Solent enim homines fieri securi ex felicitibus successibus ex securis postea fuisse insolentes et superbi. Ex superbis vero sequitur ruina. Quare exercentur profligati, vel ad agnitionem sua infirmitatis redempti, unde forenta humana tres gradus sunt. I. securitas, qua ex prosperis successibz. II. superbz, qua ex securitate. III. Eversio comes superbis.

Motibus & vita magistratus sibi autoritatem conciliat virtutibus internis & externis, ut ait Lipsius, lib. 4. polis, c. 9. Gregor. lib. 8. c. 4. c. 5. de Repub. vide Melch. Iun. lib. 1. polis. quasi. 20. impetrantibus illis, quae sunt contrarie illis vitiis, ad quae ob regnandi potestatem, licentiam, adulatores, aliave iuramenta, faciliter impelluntur imperantes.

In primis virtutibus, nimirum, 1. pietate. 2. providencia, 3. fortitudine, 4. fide, 5. modestia. 6. temperantia. 7. affectuum moderatione, & 8. sufficientia. Nam vita boni principis, confusa est curium, eaque perpetua. Ad eam enim omnes se conformant. Principis fidelissima est custodia innocencia, & benevolentia subdorum. videlicet Per. Greg. lib. 8. de Repub. per. 30.

Pietas imperantis magistratus movet opinionem subditis, quasi ille nihil sine divina ope aggredi videatur, & instar Dei esse facit eum.

Edimus enim mores imitantur subditii. Camerari in operi success. cap.

66. imò factis & exemplis suis efficacius virtutis amorem instillat subditis. arg. Tis. c. 2. 7. per omnia et ipsum præbè exemplar bonorum operum. Siens contra magistratus impias & sceleratus secum ruinam multorum trahit & vita introducit, uti Manasses, Ahab, Nero & al. id quib. supra lessins.

Deinde pietas h[ec] obedientiam conciliat apud subditos, & gratiarum actiones & laudes. Psalm. 20. & 21. qui minus iniurium aliquid sperans ab eo principe pati, quem religiosum, Deique reverentem existimat, & minus ei infidianus, ut eum & adjutorem habenti etiam Deum, ut ait Aristot. lib. 5. c. 9. polit. 2. Chron. c. 26. 5. Fuit enim intentus querendo Deo diebus Zachariae informantis eum in reb. pertinentibus ad timorem Dei: & quibus diebus quæsivit leborum, secundavit ipsum Deus. v. 6. 7. Iosa. c. 1. 8. ut cum observantia facias omnino, prout scriptum est in eo, tunc enim prosperaberis in viis tuis. 1. Reg. c. 9. 4. & seqq. Ierem. c. 22. 2. Sam. c. 23. 3. qui imperium tenet in homines, debet esse justus, & in timore Dei imperare, hoc est, debet esse pius secundum tabulam primam, & justus iudea secundum tabulam. addo Sirac. c. 10. 17. Psal. 1. Pet. Greg. lib. 22. c. 14. de Repub. Pieras ex. habet promissionem huius & alterius vita. ut Apostolus ait. videlicet c. de administratione Ecclesiastica infra. Inter subditos igitur magnum & validè utili, aut damnosum est exemplum Principis, non aliter quam inter greges & armencia pastoris & ducis prudentia & insipientia, aut conservare, aut perdere peccates potest. Vt que sequitur armenium pastorem, illi confidens, sic visam & infusa principis populus. Greg. li. 8. c. 2. nro. 20. 21. & lib. 6. c. 3. num. 9. 10. de Repub.

Denuo omnes viri, sine Deo est languida & infirma, juxta illud Pbilippi. Nullus est factus conatus & utilis unquam consilii si non detegimus Deus. Ita Abaron, Gedeon, Simpon, Saul, David, Salomo, Iosas, & alii alias sapientes & pii à Deo relitti, lapsi sunt, quando impie egerrunt. Ut igitur magistratus sit felix & omnia illi feliciter succedant, prius operam dabit, iudea promissionem, Deut. c. 28. 1. Sam. c. 12. in fin. & exempla priorum magistratum. Dominatoris vero attendentis verbo falsis, omnes ministri sunt improbi. Proverb. c. 29. 12. Addo An-

timachia v. lib. 2. theore. 2. Sam. c. 23. 3. qui dominatur hominibus ipsis,
justus est. & Siracid. c. 10. 1. 2. 3. 4. Sap. c. 6. 26. multitudo sapientum,
salus mundi & rex pius & prudens stabilitatem populi. Prov. c. 29. 2.
4. Daniel. c. 6. dicitur spiritus Dei fuisse in Danieli, qui ideo excelluit in-
ter omnes Dynastas. 2. Reg. c. 18. Deus benedixit Hiskie ob pieatam.
Regnantibus piis magistratibus, viget Dei cultus, disciplina & omnes
virtutes: contra accidit regnantibus impiis, ut exemplum Iosue & sequen-
tium judicum docet. Iudic. c. 2. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. c. 3. 11. c. 4. 1. c. 8.
3. 3. c. 10. 5. 6. 7. 1. Sam. c. 7. per eoc. unde Salomo & alii reges ex exemplo
suo subditis in cultu divino & publicis exercitiis religionis preluxerunt.
2. Cbron. c. 6. 3. 4. & seqq. c. 29. 20. & seqq. c. 30. 11. & seqq. 1. Reg. c.
8. 22. & seqq. & pro talibus magistratibus Dio agenda sunt gratiae.
Psalms. 21. & 122. & 132. Ob pieatam Davidis Deus illi benedixit.
2. Samuel. cap. 5. 10. cap. 2. 12. & Salomoni. 1. Reg. cap. 10. vers. 8. 9.
juxta promissionem factam. 1. Samuel. cap. 12. 26. 27. Dent. c. 27. c. 28.
Felicitas sub piis regibus describitur. Ps. a. 72. & 85. & 144. 11. 12. 14.
& 147. & præclara facta eorum. Hebre. c. 11.

2. Providentia quoque magistratus animis hominum il-
labitur admirationis prætextu velata, si nihil magistratus
aut suscipit, aut agit, nisi lente & circumspetè. Tlerunque e-
nim omnia summa ratione gesta, etiam successus sequitur. Quin ipsa talis
indoles, per se potens est ad amplitudinem obtineendam, si quis in actioni-
bus tardus & naturâ cunctator, & cui causa magis consilia cum ratione,
quam felicia ex casu placent. Pro oculo hæc providentia est: strenuitas
pro manu & autoritatem conciliat. 1. Reg. c. 3. 28. cùmque audirent om-
nes Israëlitæ judicium hoc, quod iudicaverat, timuerunt à facie regis, &
1. Reg. c. 4. 29. & seqq. & c. 10. ubi sapientia Salomonis celebratur, ob
quam in toto mundo inclaruit.

3. Fortitudo magistratus est, quæ eundem animum in
periculis retinet officium quæ suum, constanti, firmo prompto
tóque animo agit, nec metu, periculo, inertia, otio, aut
negligentia, occasionem & tempus negotiorum omittit,
vel differt. Vnde hæc dicitur conjuncta cum magnanimi-
tate

tate & patientiâ labore indefesso, atq; constatiâ, quæ difficultatibus, periculis, querimoniis & importunitati aliorum non cedit. *Vnde fortitudo magistratus omnium subditorum animos erigit & ad benè sperandum impellit atque ad egregia facinorū patranda movere, et pericula in obeundo suo manere contemnit.* Siracid. cap. 7. vers. 6. ut qua voluntas rectè exponit, perficiat quoque. *Hac magistratui necessaria, Iosua. cap. 1. vers. 6. confirmare & fortis esto.* 7. 18. 2. Samuel. cap. 6. vers. 1. cap. 7. vers. 1. Siracid. cap. 10. filii, in rebus adversis ingenti sis animo, atque vocacioni firmus inhære, ad quam te Deus vocavit. 1. Chron. cap. 2. 13. confirmare fortis esto, ne timeas Siracid. cap. 7. non nisi fortis sit index, ne potenter faciem extimescas. Et res fortissim gesta, magistratui magnam autoritatem conciliant, terrorrem & admiracionem aliis injiciunt 2. Sam. cap. 8. vers. 13. & 1. Samuel. cap. 11. ibi, in vaste ergo timor Domini populum & egressi sunt quasi vir unus &c. 17. ibi, erit igitur Philisteus iste quasi unus ex ipsis Iudic. c. 16. vid. Boer. lib. 2. c. 8. de polit. rectè constit. Adhanc Deus Iosuam excitat. Iosua. cap. 1. quemadmodum cum Mose fui, ita & tecum ero. Nemo se tibi per totam vitam tuam opponet, non relinquam te neque deseram te, esto fortis & confirmare, non poserit quisquam confidere ante faciem tuam & seqq Principem igitur res prospera suo flatu non effera, neq; adversæ, infringant, aut efficiant ut a recto virtutis cursu deflectat.

4. Fides etiam à magistratu servata, ipsi fidem & favorē conciliat. Nam hominū vita & societas absque fide confidere non potest. vidi Rolau. à Valle cons. 1. vol. 2. In dictis verò factisq; constantia & veritas, principiōes devinit & in obsequiū ducit. Fidei violatio, qua conjuncta est cum mendacio & perfidia, omnibus eum reddit inuisum & detestabillem & cuius communionem fugient, Psalm. 15. vide exempla apud Antoniachia vell. lib. 3. theorem. 21. Gregor. lib. 1. cap. 8. Scipio Amirat. lib. 17. discurs. 1. Proverb. cap. 17. non decors principem labium mendacē adeo, ut etiam malis fides data sit servanda, exemplo Iosua. Ios. c. 9. & Davidis. 2. Samuel. cap. 19. & Iurisconsulti dicunt, quod princeps unum calatum & unam linguam habere & iustitia animarus esse

esse debeat. *Gell. lib. 2. obs. 55. nū. 3. 4. 5. Roland. d. loc.* Qui dicunt, nullam esse fidem, qui in fideli est data, errant, & pericilio quarante latentes bram, ut dicit *Cicer. 3. offic. Lips. lib. 2. cap. 14. politic.* Tyrannorum est fidem datam non servare. *vid. Exod. c. 9. Esa. c. 33. 1. 2. c. 24. quo facti efficiunt, ut perfidis ipsis, nemo fidem habeat.* Exempla recenser. *Anci. macchia vell. d. theor. 21. Scip. Amires. lib. 19. discurs. 8.*

Modestia magistratu, est ratione temperatus nec actione exultans de le suisq; tenius. querara apud magnos & felices, in quibus contemptus animus. *Ps superbia communis nabiliter atque malum. Iacob enim et opes amissos faciens. et feroce homines reddunt et superbos.* *vid. Greg. lib. 6. c. 3. Lips. lib. 2. c. 15. ex superbia vero sequunt oversio ne in Saulo, Nebucadnezare, Crajo, Panthania, Pompeio, Iulio Cesare, Alexandro magno, Scipio Aberib & aliis, ut supra diximus.*

Modestia sunt duo fundamenta. Vnum sentus de le suisq; temperatus. Alterum actio temperata.

Ex primo princeps non minus honestem se, quam hominibus praeselle cogitet, se ipsum noscat & officium vocationis suz. Cum de vero moralium incerta, seduca & in labrico posita & vanitas. Caduca bac & fragilia puerilibusque consentanea erumpendiis, que viros & opes humanae vocantur. *vid. ex Valerio Lipsius allegat.* Et nihil tam firmum, cui periculum non sit etiam ad invalido. Nam & leo ipso aliquando minimarum avium sit pabulum; & ferrum rubigo consumit, ut ait Lipsius. Ideoque magistratus semper recordari debet, se honestem esse; *Daniel. c. 4. Iudic. c. 1. 2. Sam. cap. 13. 13. 14. & seqq. Psalm. 82. v. 6. Ego dixi Dij quidem ipsis &c. ac certa us plebejus homo morituri estis. &c. Psalm. 39. 5. ibi, profecto mera vanitas est omnis homo, quantumvis maxime excellens.* Syraid. c. 10. 11. bodie sedes cras mortuus. Sapient. c. 7. c. 1. *vid. Pet. Greg. lib. 6. c. 3. de Repub.* Cogitat se alii pro niorem & facilorem esse ad virtutia. lapsus & errores graviores, ob regnandi libertatem, licentiam, ob irritamenta varia, deliciarum & voluptatum, ob adulacres varios: & quo major ipsis est dignitas. eo periculosisorem & perniciosem casum esse posse. Exemplum præbet Saul, David, Salomo, Gedeon, Josias, Alexander magnus et plures alij magistratus,

tus, etiam boni qui atrocia vitia habuerunt. Neque princeps, vel rex est dignitas, sed agit personam dignitatis & similis a iis hominibus. Sap. c. 7. Consideret quod in se magnum habet, non esse ipsum proprium, sed Reipub. à qua ad tempus accepit, que etiam quod suum est, recipere potest, ita ut pars & similis ille fiat reliquis privatim hominibus. & certe superbie comes est deiection & pena. Hodie rex, cras alius, vel nullus; Iugurtha, Persens, Tomambas, Sultanus, Dionysius, Nebucadnezar, & alii plurimi principes et reges ex solio suo deurbati fuerunt & miserrimi facti. Ideo Seneca recte; Quod est, ait, regnum, cui non est parat a ruis-ua & procalatio, & dominus, & carnifex. vid. Riche. axiom. 297. Nam princeps etiam subditus fieri potest, vel tanquam plebejus, aut maleficus vitam suam claudere. d. Psalm. 82. 6. & Psalm. 39. 5. Sirac. c. 10. 12. ut docet exemplum Crisp. Cyri, Solonis & aliorum. Gregor. lib. 6. c. 3. Ideoque etiam indignitate sua magistratus subditos pro suis fratribus agnoscere debet, i. Chron. c. 28. 2. Et surgens David rex in pedes suos, dixit: Audite me, fratres mei, & popule mi &c. Deut. c. 17. 20. ne effe-
tatur animus ejus pra fratribus ejus & seq. & c. 1. 16. audiendo causas inter fratres vestros: & Salomo de se submissè sentit. Sap. c. 7. Deus enim superbris refusile, i. Pet. c. 5. 5. subditus etiam fratres et amicos sui magis-
tratus summi dici tradit Carolus Molinaeus in consuet. Parisen lib. 2.
tit. 2. glo. 1. in verb. arrest num. 55. De regis Davidis insigni modestia
satis docet, Psalm. 131. Domine non est exaltatum cor meum, neque elati-
 sunt oculi mei & vers. seqq. Siracid. c. 32. 1. ducentrem te homines consti-
tuerunt ne errollaris, sed esto sis tanquam unus ex eis, profana exempla
suppedicat Mambrini. Rosaeas de insti, princ. c. 2. & 3.

Auctor moderata requiritur idem, quod persona principis,
non a solu in animis, sed etiam oculis civium servire debet,

In cognoscendo, non excandescat adversus eos, quos mas-
tos putat: neque se acerbum & insolentem exactorem, sed
potius moderatum & cum efficacia benignum & cum instan-
tia humanum præbeat. l. 19. observandum. §. 1. de offic. presid. l. 3. 3.
se bene; de usariis. Maxima enim virtus est sibi posse imperare & affectus
suum regere. Talis robustior dicuntur illo, qui civitatem vincit. Proverb. c. 16.

Externi mores magistratus, autoritatem conciliantes, sunt in sermone & cultu corporis, & gestu, ut nimirum ore, vultu, verbis, omni denique actione cum dignitate maiestatem ruerat, & plus facto ipso prelest, quam verbis promittit. Nam factum semper maius reputatur verbis. Et homines verborum parcii & melancholici, semper pluris estimantur, quam verbosi & bries. Boët. lib. 2. c. 8. Non tunc et maiora viribus suis, qua cum laude ad finem producere nequeat.

In sermone requiritur gravitas, humanitas & facilitas.

Gravitas ideo, quod ut sapientii viro incessus modestior convenit, ita oratio pressa, non audax, immo paucus & parcus sermoni principē decet, in quo dignitatē & pondus sententiarum inesse oportet, ac qui à populari genere, ut cuncti, est separatus. Bodin. lib. 4. c. 6. Linguaces enim loquentia malum habent, sapientia parum; quorum omnis vis & virtus in lingua sita est, & canis timidus latrare solet vehementius, quam mordere.

Gravitatem etiā & dignitatis opinionē sibi conciliat, quando ministris preclaris & excellentibus, virtute & progenie utitur, & cū paucissimis summis sapientiae & integratissimis hominibus, sua negotia comunicat. Alexander non voluit permettere, ut alius quam Apelles, ipsum pingere. Augustus Cæsar non voluit nisi à præstantissimis historiæ ritæ sua describi. Ludoico I. regi Gallia contempnere peperit, quod medico pro cancellario, & tosore pro legato usus fuit, ut resert Comino.

Humanitate & facilitate interpellantibus se facilē præbet. nec quicquam. §. observare de officiis procons. Egrè n. ferunt subditi, quādo principis sui tutoris, defensoris & pastoris aedes & colloquia sibi inhibentur, adeo ut sàpè ad defectionē inde transcant, vel ad odium implacabile provocentur. Greg. lib. 8. c. 4. num. 2. In humana allocutione & responsione Rebabeā suorū subdiscorū animos à se alienarit. 1. Reg. c. 12. Job contra se facilē etiā servis suis exhibuit. Job. c. 31. §. 3. 14. 1. §. et seqq. Iulus dicitur humaniter. Paulū trahisse, Act. c. 27. 3. & 28. 2. 7. qua mortu facilitate & animi moderatione affabilitate & humanitate V. Vilbelmus princeps Araicuſ Nasovicuſ, Belgij

Belgū gubernator, omniā animas sibi de vinciebat, princeps alius erat amī
mi & corporis docibus excellētissimus;
Contpectū tamē & aspectū sui prebeat alii, non ex levī caus
ā, & lēpē, sed tantū ob graves causas, & cū singulati gravitate.
Nā cōtinuus aspectus, minus ferēdos, magnos homines ipsa faciōtate facit,
magistrati maior ex longinquo reverentia. Nimirū civiles & familiariē
dilescēt. Qua in re principes Dei magistratē imitari Bod. dicit lib. 4. c. 5.
qui moralib⁹, non vaflaentur, & nō nō pācissimis quibusdā summa
sanctitatis & integratatis viris se insinuat. Num. c. 12.

- Solitaria verō vita principis, vel arguit etius incapacitatē reg
nandi, quod per se non adverteret pondere, & negotia subdi
torum providere, quodq; bōalis subditorum ad volūptatem
funerare abutantur, vel arguit indignā pastore & prēdicto fe
rcitā. Verumq; indigāt principata, & rebellandi cōfessionem dare fōles
subditis: Unde illud muliercula cuiusdam ad regē suū rōcusans dediti
tiā: Si non vis, vel vacat me audire, noli esse rex. Et alterius: Cū tu me
nō habas, ut subditam, cur tu habere, ut principē. Nā nihil est quod mag
istris provokeret subditos in contemptu principis, quam si ipsi à principē su
qua aportet iudeo, non habentur. M. Greg. d. 4. de Rep.

- Qui nō cōlloquuntur per seiplos subditis cōquerentibus,
sapē falluntur per intēptores, nec intelligunt necessitatē ut
gōtē, nec ambitiosorū factōnes, nec oppēssione à magna
ub. infideliū subditis, nec ullā eos capiti libido astibendī re
mēdiā mēlis que ignorant. Sic subiecti ab obediētia; op̄s vē
zō à magi mīte revolantur & adiūtiorēm tyranndē q̄ uicū patuſi

Magnā quoq; autoritatē & benovolūtā magistratū coh
ciliat, quando ecclesiasticorū, politicorū, doctorū & insigniti
vītū gratiā, & nōrē & benevolentia sibi cōparavīt. Nam eccl
esiastici voluntates, mentes & cōfessiones hōminum tenet. Dotti vērdi
populū iudicat in sua potestate renante. Idāque quidquid bijudicant, misa
grā efficiantur ap̄ p̄p̄. Ecclesiastici, sancti hōbi & p̄petuū ap̄p̄ pol
pulū opinionem habent. Politici & doctoriū, opinōpām sc̄ipta.

Cultus corporis in magistratu sib⁹ exubetet; & gōtus

Corporis compositus sit & gravis, qui visu & auditu magistrum reddat venerabilem & gravem. *Vide Gregor. lib. 8.c.3. de Rep. Bodin. lib. 4.c. 6. de Repub. Scipion. Ambras. lib. 2. de regis regnique insitio. & lib. 2. orbis dixi lassius.*

6. Temperantia magistratus impetum iohonestarum cupiditatum reprimit & moderatur. Hæc in omnibus actionibus præcipue vero in victu, cibo, potu & vestiu commendatur. *arg. Sirat id. c. 31. Exemple Curii Dorensis et aliorum. vid. Val. max. lib. 4.c. 3. Tolosan. lib. 8.c. 6. Vide Salomo. Provo. c. 31. 4. et Ecola. c. 10. 14. 41. q. 10 beatam regionem, cuius principes suo tempore comeant ad robur, non ad compunctionem. Esa. c. 28. 7. ibi potu inebriante oberrant presas, ac propheta errant potu inebriante, absorbentes à vino, oberrant pro potu inebriante, errant in fundi nevidentis, meabantur in iudeo ecclonia. R. Nam omnes mensa plena sunt romani et extremenses. 23. Esa. c. 5.*

7. Moderatio affectuum est, qua naturales affectus prævios & vitiiosi imperantium, administrationem contundens depravantes & corrumpentes, cohidentur: quaque sibi de suis affectibus, in quos illi natura, vel occasione administrationis sunt premiores imperant. *Hos qui cohibent ei domus posse, robusti et c. eo, qui civitatem expugnat. ut. Salomo ait.*

Eiusmodi affectus, quibus administratio imperantium est obnoxia, sunt ira, amor, libido, odium, pes, metus, corruptio adulatorum, licentia, superbia, avaritia, luxus. Horum affectuum impotentia in potestate constituit, facile abeipiuntur ad ea, quæ administrationem eorum culpabilem & viciosam reddunt.

8. Sufficientia imperantium est, quam cum obsequia, naturæ bonitatis & præstantia, cum sapientia & prudentia in his, quæ administrationis opera eorum concernunt, abunde sunt instruditæ quæstiones domini enim Salomo. *Dram reges. I. Sam. cap. 3. 9; 10. et diximus sup. de confitariis, lumeni magist. c. 27. et 428.*

Pongo auctoritati magistratus, quæ his, quos diximus modis

&

& factis comparatur, contrarius est contemptus, qui est impresa subditis, vel exteris, vilis, abiecta: que opinio de magistratu cuiusque statu; ut *Liphs de iuris*. Hac pretens regni pestis, qua à Deo punitur. *Psal. 107.40.* effusa est contemptio super principes et errare fecit eos in invio et non in via. *1. Sam. c. 2.* qui me contemnunt, eos et ego condenam. *Iob. 12. 21.* et seqq.

Contemptus hinc tribus contrariis mediis magistrati procreat, nimirum formâ imperii, successu infelici, vel moribus malis. *Tolosan. lib. 8. c. 4. de Repub.*

Formâ imperii, quando ea iusto est lenior & remissior, uti quando magistratus se effuse dat auræ populari, & omnem infame plebis rumorem affectat, vel ex populi arbitrio Rempubl. administrat. Negligentia & locordia hęc plures principes perdidit.

Hoc enim modo plebi omnem reverentiam excutit & licentiā peccandi præbet. *2. Chron. c. 4. 2. Reg. c. 12. l. 19. ob servandę de off. præsid.* Malum siquidem, habere principem, sub quo nihil ulli licet, peius verò, cum, sub quo omnia omnibus, ut *Dio de Nerva*. Maximè verò oritur contemptus ex inconsistitia illius, quem subitis offensis, vel intempestivis blanditiis mutabilem, meritò putant à se contemni.

Contemnitur quoque magistratus, qui ipse est humilis & sordidus, & qui se prius ipsum contemplat, ut *Plin. in pan.* & qui est levius, legibus & decretis variat, vel ingenii mobilitate.

Similiter si soluta forma imperii est, & princeps rerum omnium est incuriosus & levi auditu, etiam magna transmittit, abusus ratus, si presentibus fruatur, non in longius consultans. Vel honores effusè dividit, magnos, diurnos; hic quasi sponte videtur extire de imperio.

Catus adversus, sive successus magistrati contemptum parit, quando semper est contrarius & infelix. Nam sicut res prospere pariunt obsequium, sic successus aduersus omnes ex æquo detrectare solent. *Vide exempla apud Richter. axiom. 296.*

Deinde quando ille est orbus, tum enim convertuntur ad sc̄m orientem. Nā certus successor ex liberis, firmat magistratus autoritatem & non legiones, nō classes, eque firma imperii munimenta, quā numerus liberorū. ut ait Tacit. s. hist. vid. Greg. lib. 8. c. 4. n. 7. 8. de Rep.

Moribus in honestis & turpibus in contemptum adducitur magistratus, quando est libidinosus, vel luxui, temulentia, aut commissationibus deditus. Proverb. cap. 31. vers. 3. 4. Iudic. cap. 16. intemperantia & omnis luxus illius odiosus. Boerius lib. 1. Gregor. lib. 22. cap. 3. cap. 4. & lib. 8. cap. 6. de Republica. Esaias cap. 5. 11. & sequentibus. Ecclesiasticus. cap. 10. 6. Junius lib. 1. polit. quest. 20. Talis custos ipse opus habet custode. Luxui, voluptatibus & temulentia mancipati, deditique fluorine Ninjas, Sardanapalus, Alexander Magnus, Caligula, Heliogabalus, & alii plurimi. & Simon scismatico sibi & regno nocuit. Iudic. c. 16. Hac enim dementae reges. Prov. c. 1. 6. c. 7. 7. c. 31. 3. ipsosque in bestias transformat, et multas opproneunitates prabat insidiantib. Exempla habet Riche. ax. 295. Lideria, intemperantia & libidine principum multa imperia eversa esse docet Caesar. lib. 3. t. 1. Bodinus lib. 4. ca. 1. Tolo. San. lib. 22. ca. 3.

Deinde, quando nimia servatur humilitas, regnandi frangitur autoritas. erg. 1. Timoth. c. 4. 15. Tit. c. 1. 15. Prov. c. 5. 9. & quando magistratus fit mancipium aliorum, quorum consiliis obstrictus tenetur. Greg. lib. 8. c. 4. num. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. ab exemplis illustrat. In primis, si accedit ætas junior, vel gravior, valetudo inbecillior, aut facies parum decora, que etiam petat contemptum pariunt. Alex. ab Alex. lib. 4. f. 23. Melch. Jun. lib. 1. polit. quest. 21. qui exempla referunt.

Contemnitur quoque qui nimium est credulus, facilis, simplex, jocularis, ebriosus, libidinosus, popularis nimium, stolidus, ridiculus, deformis, superbus, vanus, temerarius, levius, arrogans, inconsistans, qui remere, ineptè, aut ingēnitivè loquitur, vel inconsideratè & stolidè agit, vel supetet & insolenter imperat. vid. Greg. lib. 22. c. 6. lib. 8. c. 4. & lib. 6. c. 12. de Republ. ubi exemplis illustrat. Et Junius d. quest. 29. Ebrietas vero

vetò imprimitis cōtemptū parit & nocet plurimum principib.
vid. Prov. c. 23. 29. c. 31. 4. Exēpla hujus roi theatrū Zwing suppeditat.

Vilis quoq; & ab. cōsus habetur, qui tractat levia, vilia, sc̄. dida & abjecta negotia, uti Nero, qui poēsi & pictura operam dedit: Domitianus, qui arti sagittandi: Valentianus, qui Cartaria & scul̄pe: Carolus nonus rex Gallie, qui venationi: Alphonsus dux Ferrarionis qui astronomia: Philippus macedo, qui musica operam dedit. Con-
sēpens fuit Demetrius rex Asiae, qui in machinis bellicis conficiendis fuit excellens: Albertus dux Austriae, qui in dolando, tornando & architectura se exercuit. vide Castel. lib. 1. c. 24. & seqq. de off. Reg. An venatio deceat principem, vid. apud Pet. Greg. de Rep. lib. 10. c. 6. Patric. li. 3. tit. 6. Keckermo. lib. 1. c. 4. sy. 1. polit. Scip. Amir. lib. 2. disc. 1. Contemnitur ergo magistratus, qui tractat aliena ab arte gubernandi, & sibi non con-
venientia; uti si princeps musica, poesin, aut artem jaculandi, sagittandi,
venandi, aucupandi, sollicitate & acuracie tractet, exerceat ve. Greg. li. 10.
c. 6. num. ult. de Rep. & Patric. de Rep lib. 4. 5. & 6. Hinc Sardanapalus
contempns, quod pensa traheret & divideret inter feminas.

Contemnitur quoq; magistratus propter affectus vitiosos
& insufficieniam. Vitosi & pravi hi affectus imperantium,
vel naturæ pravitati inhærent, vel aliundè moventur.

Naturæ suæ pravitate vitiant administrationem, qui affec-
tibus suis malis indulgentes, ad ea quæ non decent, abripiunt-
tur, vti qui ira præcipites, qui amore, libidine, odio, spe, metu-
ve ducuntur, & inclinantur ut faciant, quod non decer.

Sic Saul ex meta populi sacrificavit. 1. Sam. c. 15. & Zidekias ob metum
suorum principum, Ieremiam tradidit in carcereandum. Ierem. c. 38. Dari-
us Daniel in foceam leonam coniiciebat. Daniel. c. 6. Pilatus meta
Iudeorum Christum cōdemnavit Luc. c. 13. Ioh c. 19. Scortatio reges
démēat. Prov. c. 1. 6. c. 7. 7. c. 31. 3. David, libidine vīlus, concubuit
cum Vrīa vxore et metu infamiae Vriam hosti postea prodidit. 2. Sam. c.
1. 1. Sic idem ira præcipiti morus, Nabalē exitio doveret. 1. Sa. c. 25. Ita
Saul cæco affectu & metu, odioq; ductus contra Davidē innocentē, multa
iniusta perpetrata. 1. Sa. c. 18. & c. seqq. Et Pharaō cupiditate cōmodorum
ſuorum

andus, mandata di vina negligebat. Exod. c. 6. & c. seqq. Ira Salomo, Rebabeam, Achab, Nebucadnezar aliique plurimi, reges pravis suis affectibus seducti & vidi multa inique egerunt in Reipub. administracione: & Herodis Iudeis gratificatus est in Actis Apostolorum. vide Reichter. Axiom. 265.

Similiter affectibus suis pravis seducuntur, qui φιλορειας morbo laborant, atque studio contradicendi & contentione sua impedit bonorum in administranda Repub. sententias: qui publica remissius curant, vel συνηργουσι ministris, aut collegis suis caras relinquent, laborum & molestiarum impatientes: qui commoda sua amant & voluptrates privatas, quas publicis preferunt: nisi Sardanapalus, Vitellius, VVenceslaus, Belsazar, Darins & alii: qui lenitate, facilitate vel contra severitate & gravitatis specie quadam recedunt à medio & in confinia vitorum abeunt: qui promiscue se benignos omnibus praebent & muneris sui autoritatem prostituunt: qui praetet tem misericordes & ad ignoscendum proni, dum sotibus miseris beneficere volunt, de quibus eleganter Callistratus in l. 19. observandum de offic. prefid. & Novell. 17. cap. 2. qui vitio pliconicias laborant, cum studio honorum, potentiz, & pecunie immodico. quo vitio nullum in imperantibus nocentius, potentius, & frequentius. vid. Deut. cap. 16. 19. Prov. cap. 17. 23. Esa. c. 1. 2. ut eruditus differit Vbbo Emmius in prefatione decad. 5. bistor. Frisicar.

Aliundè affectus moventur, atque occasione data administratio viriatur ex affectione imperantium erga negotia, quæ tractanda sunt, vel personas, quæ ea agunt.

Negotia quædam circa quæ occupantur imperantes, debilitant & occæcant iudicii vim & quasi caligine aspergunt ita ut expeditè procedere non possint. Multa bonorum animos sollicitant, ut etiam ad id quod recta ratio suggesterit, modicè deflectant, causâsque querent, quibus hoc quod statuant, honeste se statuere cum aliis, tum sibi ipsis interdum persua-

persuadere conantur. Multa & varia sunt quæ multos scientes
volentesq; aperte à recto discedere & vīm conscientiā face-
re, sēpē honorem quoq; suum prostituere compellūt, ac justi-
injūtiq; rationem habere non patiuntur. Sirac. c. 7. 2. Sam. c. 19.
19. & seqq. Ita David, occultatus suum adulserium, sub specie prælii
caravie Uriam occidi. 2. Sam. c. 11. Iesebel Naborium interfecit & vi-
neam illius occupavit sub juris præceptu. 1. Reg. c. 21.

Personarum negotia agentium, affectus, sēpē in imperan-
tibus prædominantur, ita ut in lucta cum aliorum cupiditati-
bus sēpē vincantur. Nam interdum in opum, afflictorumque
lamentationes & præces, animos imperantium tentant & à
recto abducunt: Nonnunquam amici ipsi molesti sunt, instat,
urgent, donec ipsa importunitate aliquid impetrant. Sirac. c.
7. 6. ne queras fieri iudex, ne non valeas in iustis facta tollere, ne quando
meeras à facie potenter & ponas offensionem in recto itinere tuo. 2. Sam. c.
14. c. 16. 1. & 2. & seqq. c. 19. 19. & seqq. ubi David precibus, importuni-
tate & calamitate supplicatum vidus, Thekoam, Seba, Simeon, Mephis-
boseth concessit, que aliás non concessisset. Ita malorum consiliariorū per-
fusione, plurimi reges ad servitiam & alia scelera tradidit. vid. 2. Sam.
c. 10. c. 16. 1. Reg. c. 12. 1. Chro. c. 10. Dan. c. 6. 1. Sam. c. 29. 2. Coro. c.
24. Est. c. 3. P/lat. 58. 2. Sam. c. 3. 11. Iers. c. 38. per tot. Necessarii, cona-
sanguinei, parentes, liberi, fratres, conjux, validū ad expugnandos animos
vimbabent. Hoc modo Themistocles puer adhuc jactabat inter suos, se
Athenas adeoque eoram Graciā regere. Nam mirantibus dicebat, se in
potestate matrem habere, matrem vero imperare patri, patrē consilia pu-
lica Aibenis gubernare. Achenenses denique Gracia principes esse. Ita
Iesebol regem maritum Achabū ad multa scelera pertraxit. 1. Reg. c. 19.
& c. seqq. Duces Salomonis regis, sūndē ad idololatriā cōmoverunt. Sic
Eli filiorum & Davidis liberorū dilecta manū impunita & lenitata
scelera à Davide nō punita, & cōcubina Simonis eundē demēderat. Jud. 16.

Propter intusſcientiam imperantium, eocundem admi-
nistratio vitiatur nature infirmitate & defectu virtutum ad
imperandum necessariarum.

Bbb

In sufficientia imperantium nota est ex eo, quod illi sint homines, humanis infirmitatibus obnoxii. Nullus enim tanto ingenio, sapientia & virtute est, ut omnia quæ usus Reip. possit, sciat, videat, vel intelligat, omniq; loco & tempore sapiat. I. Reg. c. 3.9. des seruo tuo intelligentia ad judicandum populum tuum, discernendo inter bonum & malum: Quis enim posset indicare populum hunc numerosissimum. Multa fugiunt sagacissimos quoque, obscuraque iis sunt quæ ex usu Reip. esset, rectoribus illius esse perspecta. De plurimis quoque intellectus sàpè iudicando à recto aberramus, & ratio humana cœcutit, nebulis densis obsita; quasi & affectibus arque desideriis implicata & sociata est in natura hominis, atque ita abripitur, ut rectum nonnunquam iudicare minimè possit.

Defectus virtutum ad imperii administrationem necessariorum evidens est ex literatum ignorantia & inscitia rerum necessariarum, item ex imperitia, nec non stultitia & tyranide imperantium. Vnde Reip. detrimentum. Ecclef. c. 4.9. melior est puer indigens et sapiens rege sene & stolido. Esai. c. 3.5. daturus sum pueros principes eorum. Siracid. c. 10. rex rudis perdit populum suum, civitas vero intelligentia potentum habitabitur. de qui sup.c. 22.c. 26. adde Ecclef. c. 9.17.18. & seqq. Siracid. c. 37.

Calumniis imperantiū administratio obnoxia redditur vicio subditorum, qui pravis naturæ affectibus facile ad contumaciam & resistentiam moventur, & odio habent imperantes ob præsumptam de se opinionem, vel commodorum suorum studium. Vnde plurima bella civilia, tumultus, seditiones, commotiones, rebelliones extitisse testantur varia historia.

Opinio hominum subditorum de se concepta est. I. de libertate, quam sibi jure deberi arbitrantur. Vnde fit, ut parere & subesse speciem servitutis esse existiment. Hinc contumacia & rebellio Coraci, Dathanis, Abiramis & soierū aduersus Moysen. Num. c. i 6.1.2.3. t 3.14. II. De præsuppositione homini innata, qua quilibet se aptum & idoneum ad capescendum tenendūmque in Rep. clavū arbitratur, idq; melius quam peritissimi in hoc genere.

Vnde

Vnde sit, ut ambire imperia & magistratus ausint, seq; iis inge-
rant. *Hinc Absolon.* 2. Sam. c. 15. 4. *utinam ponere me quis indicem in
hac terra, ut ad me venires cuicunque lis est, aut causa, et iusti pronun-
ciarem ipsum.* Et soror Mosis. *Num. c. 12 an tantummodo per Mosen lo-
catus est lebora, nonne etiam per nos locutus est?* addit. 1. Reg. c. 1. 5. et seqq.
1. Sam. c. 10. 27. *homines nequam dicobant, quid servaret nos iste? con-
temnentes eum.*

Studium commodorum propriorum cuilibet est innatum,
ut impensè illa persequatur incommoda & onera defugiat,
vel in alios dcribare conetur.

Hoc studium commodorum propriorum diversum & va-
rium est, prout sunt ingenia & studia hominū diversa, vitæque
genera instituta, sodalitia, collegia varia. Unde varia & diversa
de imperante iudicia, ita ut, quod commodum his alteris incō-
modum, quibusdam gratum, ceteris adversum, unis æquum,
teliquis iniquum sit, aut esse videatur. Vnde omnibus in gu-
bernatione sua placere non possunt, & quidam indignè ferēt;
acta q; eorum pessimè traducunt, vel eludere & impedire conā-
tur. Atq; hinc odiosum imperium, ob calumniās & pericula:
populus etiam in bono magistratu adquiescere non potest. Eccl. c. 4. 10. 11.
12. Et pū magistratū calumnias obnoxii faciunt, uti Moses. Nū. c. 13.
et c. 14. Gedeon. Iudic. c. 6. c. 8. Iophae. Iudic. c. 11. David. 1. Sam. c. 30.
Samuel. 1. Sam. c. 12. Daniel. Dan. c. 6. & plures alii; quibus populus sine
iudicio omnia sua mala & incommoda imputare solet, uti constat ex ex-
emplis allatis in c. 2. sup.

C A P U T . X X V I .

De usu experientia & doleatu magistratus.

Tantum de doctrina & cognitione eorum, quæ sunt magi-
stratū administranti. Rerū publīcū necessaria, quod pri-
mum membris intellectus hujus politici diximus. Sequitur
de altero ipsius membro, usu nimirum.

Vlus est experientia rerū cognitarū per propria pericula & ex-
emplarū. Eccl. c. 1. 12. et seqq. animus meus male didicit et expertus vsc.

Eiusmodi usus efficacissimus omnium rerum est magister, & precepta longè superat nudamque cognitionem ab exemplis alienis petitam, primò genuit. Lips. lib. 1. c. 2. polit. Senec. epist. 6. longum, inquit, iter per precepta, breve & efficax per example.

Vix & experientia magistrorum docere potest de facienda & omittenda, quibus statutis Rerip. & ijsius securitas conservatur: namrum ut amicitia, vel consanguinitati non fidat nimium: ut principis in quo. libert malo & incommode occurat, ne tempore crescat matutinæ vires adquirat: ut insunmis difficultibus & periculis cedat tempori, quo omnia mutantur: contra vim multitudinis non insurgat, sed ut periti naufragi faciunt vela venticis accommodet, & quod impedit: non potest, ad tempus permitat: ut levia errata non parvifacieat, que tempore maiora fieri solent: ne multa gravia & ardua simul trahat, que simul expediti non possunt: ut in principio magistratus & imperii mobil inveterat, præstrem subito. Simanca de Repub. lib. 4. c. 10. Patricius lib. 10. de Repub. cit. 6. ut tempori & occasione se accommodet, neque si fortuna & casu committat. Prog. ver. c. 2. callidus video malum & se abscondeat; ut vetera navis quietem & tranquillitatem bello, certa incertis, tunc portentis preferat: ut vim non inferat illis, quibus par non est, imprimis vero ecclesiasticis nullam faciat iniuriam: ut cum vicini non gerat purpurea belta, negre cum subtilis, quibus illi magis magis decolorantur & alienantur ab illo: ut nunquam minimus sit securitas, cum pax non armata sit in conciliis & brevis: ut in quo vis negotio occasione oblatas amplectatur, non negligat: ut non fidat illi, quem laesit.

Experientia eiusmodi in magistratu requiritur. Prog. c. 1. sc. 12. 14. & seqq. qualis fuit in Mose, Iosua, Davide, Samuele, Iosaphat & aliis. Hi enim ad principatum non venerunt, nisi postquam variis casibus exercitati fuerint.

Sequitur de delectu altero membro prudentia, politica: quo recto judicio, honesta utilia & bona ab in honestis, inutilibus, illicitis & noxiis discernit & scelgit magistratus, atque aptè negotio praesenti accommodat. 1. Reg. cap. 3. v. 9. Deserteriq. suo animam intelligentem ad indicandum & differendum in-

cer bonum & malum. Hic insfar manus ad praxin ducit, & intellectum & sanquam dominum sequitur. Boter. lib. 2. cap. 1. de polit. Prov. c. 16. 10. Sagacitas in fideat latrū regis & c. 23. 2 honor regum est per vestigata rem. 1. Chron. c. 22. 11. nunc ergo fili mi, Dominus fit tecum & prosperans & adspica domum Deo Domino tuo, sicut locutus est de te. 12. Det quoque tibi Dominus prudentiam & sensum, ut regere possis Israe, et custodire legem Domini Dei tui. 13. Tunc enim proficere poteris, si custodieris mandata et iudicia, que praecepit Moysi, ut doceret Israe, confortare et ruricet age, ne timeras, neq; parreas.

Delectus hic & iudicium temperandum est diffidentia & dissimulacione quadam.

Diffidentia, ut tardus & lenteus sit magistratus in fide & assensu, sibī facile credat & oīcācā. Hac ostēppora dñi in laudabilis. Nā credulitas & ror est et permiscera magistratū, quæ cū facit labi, errare, decipi, & iniurias aliorum ubnōxium reddit. Omnia enim ferè infida: & multis simulationum involucris regitur & quasi velis quibusdam obsecundatur uniuscūq; natura. Frons, oculi, vulcus perspè mētiuntur, oratio verò fapi. simile. terom. c. 9. 4. quisquid ab amico suo ca'veat, & ulli fraterum ne confidas. Nam omnis frater omnino supplanteat, & omnis amicus cum detractione loquitur. v. 5. 6. Lips. lib. 4. c. 14. Credere verò potest turò illis, quorum longo usu vel certò cognita illi est fides & pietas. Vnde Gregor. lib. 22. c. 11. de Repub. ubi exempla recenset. Nibil tamen magis hic ca'rendum, quām ne diffidere videaris.

Dissimulatio est eorum, quæ scimus & intelligimus, reticentia, frontem operiens, mentem tegens; Ideoque egregia ars dicitur, alienas artes, perinde ac si non intellegentur, ciliudere ut pluribus exemplis probat Scipio Amiral. lib. 1. disc. 4. Nam non solum evitatur damnum, quod ex re intellecta impendet, sed diversè rem propositam interpretari simulando majori astu & facilius simulancium deceptionem cludimus & antevertimus. Dissimulatio ergo hæc magistratui necessaria est. Nam nescit regnare, qui nescit dissimulare. 1. Sam. c. 10. 27. c. 11. 12. 2. Sam. c. 3. 39. & Psalm. 38. 14. quos oīcācā sanquam surdas non audio & sanquam mutus non aperiens os

siuum 15. sed sum tanquam is, qui non audit, & in cuius ore non sunt argumenta. Necesse enim est, ut ad effectum consiliorum suorum veniant, multa simulent imperantes, etiam in vici & dissimilarent cum dolore, uti Lips. lib. 4. c. 14. ex Cicerone refert. Sic & Salomo dissimulavit propositum suum, quando inter duas mulieres judicavas, iusset dissecare infantem vivum. & Saul iniuriam sibi illatam dissimulat. 1. Sam. c. 10. 27. & David. 2. Sam. c. 3. 39. Eccl. c. 7. 21. etiā ad omnia verba que dicuntur, ne adhibebeto animū tuū, cum non debeas audire, vel servum tuū maledicentē tibi. & v. 16. ne esto iustus nimiū, neq; sapere tibi videtur amplius, quare desolationem tibi quereres? Ut enim qui caput aves, earum voces imitatur, ut in laqueos alliciat, sic ut multitudinē in tuam adducas sententiā, illius ingenio aliquandiu obsecundes & servias oportet. Vtique vinum primum servit & paret bibenti, ac paulatim venis hominis admixcum, rapit eundem & in suos mores traducit: ita qui Rempub. administrat, initio se populi moribus adcommodat, postea sensim ad sua erabit instituta. Similiter qui vult capere tauros, cayet ne vestre rubra appareat, & qui elephatos, ne alba veste veniat, quod hoc colore irritetur hac animalia: Sic qui vult feram nationē domare, se moribus istius ad tempus adcommodabit.

Dissimulatio hæc instituenda est aptè & decorè, nō immodicè & inepte. Aptè dissimulatio hæc fit io iis, quæ haud planè perspicua & ante pedes oculosque sunt, quæ est gratiosa. Inepte cōtra, quando trahit traslucet & apparet, quæ dissimulatio est valde odiosa. Sic Tiberius defuncto Augusto sociū aliquē se in principatu percupere simulavit, ut hoc commento senatorum voluntates intrōspiceret, ut ipsis exploratis, cautiis cuiusq; rebus suis consulteret. causis simulationem simili arte senatores deluserūt. plura exempla refert Scipio Amrit. lib. 1. discurs. 4.

Non est consultū, ut se directò obiiciat multitudini, quia difficulter vincitur, aut si vincitur, hoc sine benevolentia detrimento sit. Ideoq; per obliquū populū mucere debet & fingere se velle, quæ collere nequit, ut si recta portū tenere nequeat verificatione tamē mutata eundē adsequatur. Et ubileonina pellis nō prædest, vulpīnā assumat. Atq; hunc dolum Larisc. bñū dolū dixerunt. 1. de dol. mal. vid. Clapm. de arcane Rer. publ.

Aperit

Aperi & simplices, qui animum in fronte gerunt, sœpè impediuntur.
Siracid c. 32. prudens omnia experitur consilio, antequā agere incipiat. c. 31. & c. 33. Quidquid agis, prudenter ages, & modū in omnibus serva c. 37. sine consilio nihil facito, ne te facti pœnitentia olim. & toto capite 9. & c. 19. 1. Chron. c. 22. Det tibi dominus prudentiam & sensum, ut possis regere Israel & custodire legem Domini Dei cui, Prov. c. 13. 16. & c. 14. c. 15. Astutus cautè agit in omnibus & consideratè facit omnia. Huc refero arcana Rerum publ. de quibus scripsit VVaremundus ab Erenberg & Clapmarius: qua nihil aliud sunt, quam simulationes honestæ, Clapmar. d. loc. lib. I. cap. 4. & seqq. Scipio Amirat. lib. I. discurs. 4. & seq.

In usum arcanorum suorum & dissimulandorum, magistratus arcanos quosdam libros habent, in quos secreta quæque regni & administrationis sue referunt. Ita Augustus librum habuit in quo continebantur opes publicæ, quantum ei viuum sociorumque in armis, quos classes, regna, provinciae, tributa, aut redditalia et necessitates at largitiones. Ex hisce libris tanquam in speculo se metipso inueni possunt, & scire quot centena millia, quot millia numerorum quot annis possidene, quot milites in divisionibus suis colligere possint, quot possideant literæ, provincias, naues, ad quam summam expensæ tam ordinariæ, quam extraordinarie portingat, qui sine fines territorii, qui vasalli beneficiarii, amici, socii confederati. Scipio Amirat. lib. I. discurs. 5.

CAPUT XXVII.

De consiliariis summi magistratus.

Hactenus de membris prudentiarum sequitur nunc de speciebus prudentiarum. Prudentia civilis species sunt duæ. Est alia propria, alia multatitia & aliena, ut loquitur Lipsius allegans Ciceronem pro Cuentio, dicentem: Sapientissimum esse dienne cum, cui quod opus est, ipsi veniat in mente; proxime accedere illum, qui alterius bene inventis obtemperat. Et Livium decad. 22. Sæpè audivi, cum prius ipse virum, qui ipse consulat, quod in rem sit, secundum, cum, quæ bene

benè monenti obediat; qui nec ipso consulere, nec alteri parere scit, cum esse
extremi ingenii. Ideo Xenophon. 8. pæd. rotte: multi reges oculi, & mal-
ta suæ. Pauca enim aliqua anus videas, unus audiatur. vid. Lips. lib. 3.
c. 2. politic. Antimach. lib. I. theor. I.

Propria prudentia est, quâ ipse magistratus est instructus sed
nisi s' rara illa, licet magis necessaria, quam opes ac potētia, sic
ut satis intelligitur expeditio Salomonis. I. Reg. c. 3. 9. Des seruo tuo
animum intelligentem ad judicandum populum tuum, discernendo inter
bonū & malum: Quis tuum posset judicare populum hunc tuum numero-
ssimum, &c. 10. 11. 12. I. Reg. c. 10. 4. 5. 6. 7. 8. 9. I. Chro. c. 22. 12. 13.
David habuit sapientiam sicut Dei. I. Sam. 14. 18. 21. Dominus autem
meus sapiens est, quasi sapientia Angeli Dei, ad cognoscendum quid
quid sit in hac terra. & Sap. c. 6. 10. 1. 1. & seqq. & 26. rex sapientis pra-
dens est stabilitum populi. Vido Scipion. Amiras. lib. 3. discurs. I. 5.
supra Tacit.

Aliena, vel mutuositatia prudentia est, qua petitur & fu-
mitur à consiliariis administris & amicis. Prov. c. 11. 14. ubi non
sunt prudens consilia, corrui populus: Salsus ancom est in amplitudine
consiliarii & c. 15. 22. irrita sunt cogitationes, exinde destruuntur, ac
in amplitudine consiliariarum, effugit cogitatio. & c. 20. 18. Nam per
concilia princeps alioquin stupidus & facinus, sit sapientior & prudentior,
cautior, periticior. Siracid. c. 8. v. 9. 10. 11. Job c. 12. 12. c. 32. 9. Eccles. c.
7. 19. 30. c. 4. 13. 14. c. 9. 13. 14. 15. 16. Siracid. c. 10. 3. rex insipientis
& rudis, perdit populum, sed per prudentiam potentum, civitates inha-
bitantur. Prov. I. 3. Qui conversatur cum sapientibus, sapiens erit. Sir. c.
9. ubi consilio eges, opera sapientia uentre & cum prudentiis, de suis rebus
consiliū confer. & c. 37. piis te semper adjūgito & eorum uentre consilio. &c.
Prov. c. 12. 15. qui bono consilia obtineperat, sapienter est. & c. 13. collegium 70.
Seniorū, de quo Num. c. 1. 1. pro consiliariis docum fratre regib. in politia In-
daica Deut. c. 1. 7. ita ut illi sine consilio horum femorum, nātil opero po-
tuerint. Num. c. 11. & Exod. c. 33. 7. vid. exemplum Iene c. 2. 6. I. 1. 1. 6.
Matth. c. 26. 6. 5. Et quocies Deus nōluis politicianam aliquam florore, da-
dit illi beroicos viros, sapientes, iustus & fortes. Tales habuissent legitur
David.

David. i. Chron. c. 12. Salomo & Rehabeam. i. Reg. c. 12. 6. & seqq.
 Iosaphat. 2. Chron. c. 19. 11. Pharaon. Genes. c. 41. 8. c. 50. 7. Nebucad-
 nezar. Dan. c. 2. 4. 8. Darius. Dan. c. 6. 12. 3. Perfici reges. Eccl. c. 1. 13.
 Alexander magnus & Romani. Contrà quando Deus voluit punire reg-
 num preciaros viros consiliarios & sapientes illius prius suscultur. Esai.
 cap. 3. 20. 3. 4. 5. 6. 7. & testatur exemplum Iosach degenerantis post obi-
 eum Iehojadah consiliarii. 2. Reg. c. 12. 3. 2. Chron. c. 24. 18. Caligula,
 Neronis, Bassiani, Macimini & aliorum. Bonus igitur magistratus uti
 tur consiliariis bonis & prudentibus: uti Absuerus. Eccl. c. 1. 13. Theodo-
 sius Imp. l. 8. C. de legib. Marcus Antonius philosophus Imperator. Iul.
 Capitol. in M. Antonio Alexander Mamaea filius. Herodian. lib. 6. &
 plures alii boni magistratus, quos enumerat, Greg. lib. 24. c. 4. de Repub.
 Mambrin. Rosaeus de insit. princip. c. 9. Antimach. lib. 1. & beorem. 1.
 ubi probat ex historiis Augustum, Tiberium, Vespasianum, Titum,
 Trajanum, Adrianum, Antonium & similes laudatos principes, omnia
 sua negotia cum senatu communicasse ejusque dignitatem conservasse.
 Impius vero magistratus bona consilia spernit, ut Rehabeam. i. Reg. c.
 12. Acad. 1. Reg. c. 22. Ioakim. Iterem. c. 36. Heliogabalus, Nero, Cali-
 gula & alii. Contrà pius & sapiens sine illis nihil agit, exemplo Theodosii
 in l. 8. humanum. C. delegib. ubi iubet gloriari. Simum cætum consiliario-
 rum, cuncta examinare & qua huic placuerint confirmat. Benen. art. in
 fine d. l. 8. cognoscimus. quod cum vestro consilio fuerit ordinatum, id ad
 beatitudinem nostri imperii & ad nostram gloriam redundare. Adscribun-
 tur a principi, quecunque aguntur nomine ipsius, adeò ut spfus sit fama
 & gloria bone administrationis, non consiliarii. Experientiam, quam
 etas aliquando principi negat supplent consiliarii.

Periculum etiam est, sibi soli fidere eum, qui errare & decipi potest:
 cum princeps suâ scientiâ non possit cuncta complecti, perque consiliarios
 fiat sapientior & prudenter. Daniel. c. 5. Paucâ enim unu potest videre,
 vel audire. Livius. 14. Princeps, si de sua unius sententia onus geret,
 superbium hunc judicabo magis, quam sapientem. vid. Hippolyte. a Coll. ba.
 c. 9 de principis consiliar. Pet. Gr. g. lib. 24. c. 1. & seqq. de Repub. Anti-
 machia vel. theor. 1. lib. 1.

Certe ruine prognosticon est, quando p̄inceps sana consilia amplias non audet, vel admittit, aut sequitur. vid. exemplum i. Reg. c. 12. t. xod. c. 10. 2. 5. & c. 24. Eccles. c. 4. 9. melior est puer indigens sapiens rege sene & stolido, qui nec sit admoneri amplius. & vers. 10. 11. 12. 2. Chron. c. 25. 16. Prov. c. 29. 18. Et status miserrimi indicium est, quādo nulli sunt consiliarii. 2. Chron. c. 15. 3. 4. & n̄ p̄nam malos consiliarios Deus magistratui dat. Esa. c. 3. 4. daturus sū principes pueros, et facinorosi dominauntur in eos. Nam usq; eo prosperum est imperium, dum in eo vera consilia valent; ubi gracia, timor, volupetas, avaricia illud corrupere, imminetur. Salust. in lib. de ordin. Repub. Prov. c. 1. 5. c. 10. 8. Siracid. c. 9. ubi cōsilio eges, operā sapientū uters, & cum prudentiis de cūs rebus consilium confer & c. 37. piis te semper adjungito, & eorum utere consilio. Prov. c. 15. 22. Irrita sunt cogitationes cum deest consilium, qui sapiens est audiit consilia. Ex consilio etiā magistratus sibi auctoritatem & obsequiū apud subditos cōparat. vid. Pet. Gregor. lib. 24. cap. 3. cap. 4. Antimachia. vel. lib. 1. theor. 1. Nam nullum majus indicium bone mentis princeps potest ostendere, quam ut adiungat sibi & familiares habeat viros virtute & famâ celebres. Nam omnes statim judicabunt, enī talēm esse, quales iij qui apud illum, ut ait, Comineus. At id cōsuleatū in calamitatibus & difficultatibus ab amicis etiam destituuntur.

Consiliarii sunt, qui fidi, rerum, boni in unūque periti, salutaria suggestunt, & veluti periti nautæ in tempestatisibus maris, clavum cēdere juvant, sed tamen absque potestate, in perio & iurisdictione. Bodin. lib. 3. de Repub. c. 1. Lissius. lib. 3. c. 4. polit. Aristot. lib. 6. Ethic. c. 7. Hippol. d. loc. Greg. lib. 10. c. 3. num. 6. 7. de Rep.

In his consideranda. I. Qualitas consiliatorum. II. Elec̄tio eorundem. III. Consultatio.

Qualitas consiliarii boni est I. Ut sit sapiens mortuū, animaliumque regni subditorum & rerum politicarum gnarus, qui sit amicus magistratus & imperi, 1. Chron. c. 27. 32. 33. 34. quique nolit præsentem statum Reipub. eversum. Sapit vero, qui fructuosa & utilia Reipub. non qui multa scit. Deinde qui scicatiam, experientiam & usum rerum habet Siracid. c. 37. Job. c.

12.12. &c.32.7. armorū multitudine docet sapientiam. Sirac. c.25. Prov. c.14.3. Num. c.11.16. Exod. c.18.21. Iob. c.12.12. c.32.7.

II. Pietatis & integritatis sit amans, atq; testimonio vita probè acte obtinatus consiliarius. Genes. c.41.38.39. & seqq. Prov. c.8.13. c.16.13. c.22.11. Exo. c.18.21.22. Deut. c.1. Coll. li. 18. c.3. Suet. Tranq. in Tiber. c.42. Nā impietas oēm ex animo peccādi metum r. llt & impiorū confilia sunt fraudulenta. Psalm. 35.8. Psalm. 58.5. Psalm. 7.15 Prover. c.12.1.8. imprimis sit veritatis amans, & avaritia oros. Exod. c.18 vers.21.22. Deut. c.1. Psalm. 101.6 oculi mei astant ad veraces terræ. ut confideant mecum. Pro. c.25.4. ut auferendo scorias ab arzento prodit conflatior iwas. s. ita auferendo improbum a conspectu regis, stabilitur justitia & solium ejus ubi Piscator. Prov. c.10.31.05 justi profert abundē sapientiam, à lingua vero per veritatem est refusa. 32. Labia iusti ex. eruntur sapientiam & benevolentiam, os vero improborum pñnam per veritatem Prov. c.16.13. accepta sunt regibus labia iusta. c.22.11. add. Pet. Gregor. lib. 22. cap. 6. de Repub.

Ergo consiliarii mali sunt imperiti, rudes, indocili, mendaces, avari, infames, improbi, turpes, leves, futilis, stulti, scenici, jocularores, presumptuosi, ad latores, quos princeps non patientur in suo conforto. Psalm. 101. 6. add. Prov. c.17.7. cap. 29.12. c.16.13. Siracid. c.37. per tot. & c.27. vid. Pet. Gregor. lib. 8. c.7. de Repub. & lib. 24.29. & seqq. cap. 6. & lib. 2. c.3. num. 5.7. Esai cap. 19. Nā Aulici consiliarii pravi. Renuit & revertuntur, 2 Chron. c.22.3.4. &c.24.1.8.19 autē sunt, qui vel avari sunt, vel ambicioosi. Nā cum primū illi sunt regibus grati. si regos ipsos semper aliquibus difficultatibus implicant: item bonos & fidèles regni consiliarios dedcant, vel suscep̄t̄os reddunt, ut principes Danièle apud Darium. D. n. c.5. strenuos beli dices, ipsi ignavi per p̄ tuō accusant apud regē, ut in his turris, vel soli regnent, ceteris d. ie tis vel praecipue præceteris.

In summa, quod boni consiliarii faciunt ac conferunt in statu Reip. reformando & conservando, & collapsu erigendo. hoc maii in eo sub vertendo: sic & praetextore boni, vel maii: futū o principe, cui bona, vel male administratio: semina in gerū, u de fructu postea boni malicie, adeo ut mali sit statu reip. sub milo principe, cū jus sunt boni consiliarii, quā sub bono

principe, qui habet malos consiliarios. Nam unus malus à pluribus bonis emendari potest, at plures mali, ab uno bono superari nequeunt.

III. Consiliarius varijs casus ipse sit expertus, & exercitatus in protocollo & adversis rebus. *Eccles. c. 25. Job. c. 12. 12. indecrescens erit sapientia & fortitudo illius est consilium & intelligentia.* &c. 32. 7. Dicebat proiecti etate loquentur & annos non facient sapientiam. *Sirach. c. 8. 9. 10. 11. 12. nam ab illis disces eruditionem & intelligentiam.* Juvenes naturā sunt temerarii & carent autoritate. *Richter. axio. 45.*

III. Sit acutus, promptus & bonis ex fama, & plurimorum testimonio. **V.** Sit fidus, fortis, liber linguae, constans & firmus in bono negotio, *Greg. lib. 24. c. 6. num. 5. de Repub. ex exemplo Danielis. Dan. c. 6. Iosephi. Genes. c. 41.* Sapiens non sit uno gradu, sed una via: nec in aliquibus mutat, sed potius aptat, non cursum eum dicit tenet, sed portum. Verum in hisce omnibus sit modestus, placidus, mansuetus, humanus, affabilis, qui specie obsequii regat, & ad omnia quis agenda fuit, ducat quietā industria, arte & flexu obliquo. *2. Sam. c. 24. 3. 4. c. 12. 17. 18. 19. 20. 21. 22. Eccles. c. 8. dixi in Ethica mea lib. 2. Gregor. d. loc.* Non enim sufficit dicere quae debebat, sed etiam quomodo debebat. Careat igitur ne sit asper, durus, superbus, nimium liber. Nam interrogatur consiliarius, non ut flatuat, aut imperet, sed ut sententiam suam dicat sine falso, in rectevis & verbis durioribus conservata majestate principis, qui libertatem dicendi de iis quae justa videbantur consulevit, aquo animo ferre debet. *Melech. Iun. lib. 1. de politie. quæst. C. 23. Simanca de Repub. lib. 7. c. 1. 2.* Hic enim quae meliora & utiliora videbantur, si dicteturum juraverit: id est in irrepte suam sententiam dicet: etiam si maximè illa displiceat summo magistratu. *1. Sam. c. 20. 3. 2. respondens vero Jonathan Sauli patrem suo dixit, quare morte efficeretur, quid fecit? Job. c. 34. 18. 19. 2. Sam. c. 19. 6. 7. 8. 9. & c. 24. 3. 4. & David ob adulterium & homicidium à suo consiliario Nathanae reprehensus, id aquo animo accepit. 2. Sam. c. 12. & servii Pharaonis. Exod. c. 10. 7. dimittit homines istos, ut servient Deo suo, an nondum cognoscis perire Aegyptum. & Ieshua libere manuit Mosen. Exod. c. 18. Et Theodosius Ambrosij monitionem admisit. Sic Daniel contradixit Nebucadnezari. Dan. c. 3. veritatem propaginet etiam*

etiam cum pericolo vita & Dominus Deus dimicabis pro eo, ut dicit S. c. 4. Nam accepit a suo regibus labra justa, & loquens omnia recta, rex diligenter. Prov. c. 16. 13. & c. 22. 11. qui amat mandationem animi, pro gratia, laborum eius rex amans: ius futurus est. Solus Micha contradicit pluribus co-filiariis malis regis Achab. 1. Reg. c. 22. & Ieromias contradicit Hesapio. Ierem. c. 28. Iosephus de Crimata non comprobas consilium & actiones Phariseorum Lue. c. 23. & Jonathan patre suo Sauli regi contradixit. 1. Sam. c. 19. 4. & Iacob Davidi. 2. Sam. c. 24. 2. Cbro. c. 22. Ruben quoque malum consilium suorum fratrum impedit. Gene. c. 37. & Husai Achitophelis impium consilium. 2. Sam. c. 17. & Achish canis consilium bonum abstinet consilibus impiorum. Ierem. c. 26. & Nicodeamus Phariseorum consilium impedit. Iohann. c. 7. & Gamaliel. Act. c. 5. Nunquam igitur consiliarius approbas impia, vel iniqua facta sine magistratus consulentis eum, etiam suo silentio, sed contradicat ut Iacob Davidi. 2. Sam. c. 24. qui eamen in via inseruendo, aliud fecit 2. Sam. c. 21. Quaecunq; etiam ad regni, vel magistratus salutem pericinent & consiliario sunt revelanda regis ut principes regis Iobakim fecerunt. Ierem. c. 36. adde 1. Samuel. c. 19. 4. 5. 2. Sam. c. 14. 2. 3. 4. 22. 23. 33. ut se fecerunt famuli Abigadis. 1. Sam. c. 25. 14. 15. nunc ergo cognosce & diffice, quid si factura, definitum est malum contra dominum nostrum; 23. 2. Sam. c. 18. 3. 4. ubi a consiliariis monetur David ne aciem ingrediar vid. Exod. c. 10. 7. c. 18. adde exemplum Ierem. c. 36. 14. 15. 16. 17. & seqq. & 1. Sam. c. 24. 3.

V. 1. Consiliarius sit ore presso, quia taciturnitas optimum & tutissimum rerum administrandarum praefidum & vinculum est. Neque enim res magna sustinori possunt ab eo, cui tacere grave est. ut Lips. duc. 5. ex aliis probas. Ieromias regis verba & consilia silentio cogit. Ierem. c. 38. 24. 25. 26. Sirac. c. 27. 16. qui revelat arcana amicis fidam. Prov. c. 25. 3. Nam consilii delecti difficilior est execuere. Secrossi igitur & taciturni sine consiliarii, qui pars corporis principis sunt. L. 5. quisquis. C. ad l. Iul. Majest. Arcana Persarum regum mira fide celabantur, ab eo nec mortuus nec spes ad arcanorum prodictionem compellit posse. Videlacius. Pet. Gregor. lib. 24. c. 6. de Repub. Proverb. c. 25. 9. 10.

si quis 38. si transfuge de pen. lomne. 6. si exploratores de re militari.
4. 1. si quis ad. L. Aquil. 2. Reg c. 6. 1. Valer. Max. lib. 2. c. 2. Cell. lib.
1. c. 23. Boter. lib. 2. c. 5. de polis. conf.

VII. Sit facilis, non contumax, pugnax, contentiosus, pervicax,
pertinax, obstinatus, & auctoritatis, qui consilii, quamvis egregii,
quod non ipse attulit, sit iniamicus, & qui omnes ex suo ore la-
pere velit. *Melch. Iun. lib. 1. polit. quest. 23.* non rigidus, sed qui co-
silia sua ad eventus & tempora accommodare & inflectere sciatur.

VIII. Vacuus sit privatim affectibus, contrariis personae, vel ne-
gotio, de quo consilium dare rogatur; nec indulgeat ira, ami-
citiae, odio, ut regis Ammonitarum consiliarii. 2. Sam. c. 10. Haman.
& Achitophel. Nam privati odii pertinacia, in publicum exitium stimulat,
nec indulgeat propriis commodis & avaricia, ut principes palestinorum
& satrapes Darii. Dan. c. 6. 1. Sam. c. 29. vid. Sirach. c. 19. c. 37. per tot. c.
16. c. 29. c. 21. Prov. c. 11. c. 12. c. 28. Nam private res, semper affectare
affidentur e publicis consiliis.

IX. Non sit confidens. Nam consilia callida & audacia, am-
bitiosa, primâ specie lata sunt, tractatu dura, eventu tristia.
vid. 1. Chro. c. 20. 1. Reg. c. 12. Came. in oper. successiv. c. 55. tale erat co-
silii Ionadabi, quod Ammon dabant. 2. Sam. c. 13. & juniorum consilia-
torum, quod dabant Rechab. 1. Reg. c. 12. Non igitur evanescentes omnes
aptabit ad sua consilia, sed de dubio evenient co-igitur.

X. Non laboret morbo cupiditatis, ita & testinationis pro-
prietate. Nam canis festinans, ut habet proverbium, cacos parie caruos:
& qui citè judicat ad parentem properat. Celeritas siquidem
noverca consilii, & prudentia pestis, & temeritatis mater. & festi-
natio improvida & caca est, & infelix. Ideo Lipsius, velocia ingenia
non putat esse apta ad consilia. Nam semper novent aliquid, & nec quo-
ra quieta finunt. Deinde in multiplici inventione & rationum copia, plerūq;
natant, et agre expediunt aliquid cui inserviant. Denique ea libi proponunt,
qua non sunt, non etiam & mente consiliaq; adversarii affirmant à subtili-
sua mente, cum de consiliis alterius, ex ipsius indole & morib. sit judican-
dum, ut David de Achitophelo. *Sam. Oratores ad. rebellis unam, editio-*

nem et tumultus plebem concitare solent, ut ostendunt exempla oratoris Demadis, Demosthenis, Periclis, Alcibiades; et aliorum vid. Camerar. centur. 2. opor. iu. c. 51. Bodin. lib. 4. de Repub. c. 7.

Lentos igitur consiliarios in consulendo esse convenit, non præcipuatores & præcoces. Scolera impetu, bona consilia, mora valefcere, videmus. Lente itaq; consulere oportet, at consulta festinans exequi. vid. Arist. lib. 6. Ethic. c. 9. et Lips. lib. 3 c. 7. politic. Gregor. lib. 10. c. 3. de Repub. c. li. 2. c. 2 & seqq. Camer. in oper. succis. c. 55. cent. 2. Georg. Richt. axi. polit. 86. nisi subitū Reip periculum calida & prompta consilia postulet.

Alterū, quod in consiliario considerandū, est ejusdē electio.

In electione consiliarii magistratus non sit præceps; sed inquisitione de moribus, naturā, doctrinā, virtutibus, & ætate, quas requiri in eo dixi, facta cuncta examinet; accusatio[n]es, delationes audiatur, admittat, sed cum judicio & discretione. P/a. 101. v. 6. oculi mei attendet ad veraces terræ, ut confidant mecum: ambulans viē integrā is mihi ministrabit. Gen. c. 41. 38. Dixit Pharao servis suis: an in venire possumus hunc parē virum in quo spiritus Dei habet? 39. Deinde Pharao Iosepho dixit, quandoquidē nota facit Deus tibi oīa hæc, nemo est prudēs et sapientis sicut tu. 40. Tu præceris domui mæa, et seq. & c. 43. 16. 17. 18. 19. 20. 21. ubi Pharao etiam cognatis Iosephi benefacit. Sic & Daniel constitutus consiliarius. Sic et Mardochæus, Ebedmelech Ier. c. 38. 7. et c. 39. Sic et Achitophel alioquin malus. Sic Nathan et plures alii. Sic et Moses subiungitur eligere viros graves, timentes Deum, quæ oderint avaritiam, & iniquib[us] sit veritas. Exo. c. 18. 21. 22. Deu. c. 1. & Num. c. 11. 16. Consilium senum præfuerit Rebabeamo, si illud secundus fuisset. 1. Reg. 12. 1. Chro. c. 10. Eccl. c. 47. 28. Porrò de bonis consiliariis & qualitatib[us] eorum. vide Greg. lib. 24. c. 6. de Repub. & lib. 47. syntag. c. 25. & seqq. Ex subditis vero & indigenis bosce consiliarios eligendos esse existimat Lipsius, ne videatur princeps plus credere, vel tribuere alienis, quam suis, qui periti Reip. morumq; & ad Remp. majoris effectu ac fide accedunt. Extranei solent ad commodum suum, vel arbitrium principis pleraque referre. Vnu idem Lipsius, compertum dicit, consilia externa fere esse insuffia. Et ut in quam domum yessillones

vestimentis vestimenta, signum est funeris, sic Repub. labentis ad quam fulcendum adibentur peregrini. In politie judaica ex contribubus eius gebantur. vid. Exo.c.18. Deut.c.1. & dixi latius sup. cap 8. In quibusdam locis preparantur & à puericia instruuntur quidam, ut fiant idonei. Melancholicos & phlegmaticos ad hoc munus impetrare esse contendit Georg. Riche. ad iom. polst. III. Ego cholericos, sanguineos, melancholicos & phlegmaticos admitto.

Postquam virtus & habilitas consiliarii est explorata, eligatur cum commendatione & commissione.

Cum commendatione, ob premia qua exspectare debet, si bene officio suo functus fuerit: cum comminatione poenarum, si secus. Deniq; fide jurisjurandi obstringatur idem, nimisrum ut promittat, le sententiam dicturum & consulturum de his qua seibi meliora & utiliora videbantur.

Cogitat igitur princeps, ex consiliarii electione pendere honorem, utilitatem, infamiam, & ruinam suam & populi. I.8. humanum. C.de legib. l. dubium. C.de Repub. Nam ex hujus virtutibus, princeps & populus ab illis judicatur. David precatus est Deum ut consiliario Absolompi Achitopheli. menteem & judicium auferret, cuius consilium magis, quam arma filii pertinosebat. 2.Sam.c.16. Tolerabilius vero est Repub. statu, ubi princeps malus & consiliarius boni sunt, quam ubi princeps bonus & mali consiliarius. Siquidem annus malus a pluribus corrigi posset; quod ex adverso difficulter fieri posset, ut supra diximus.

Noñ eligant illi, quorum particulariter interest, sed ad quos tractata non possunt singulariter pertinere, nec eligantur illi, qui pendent ab alio principe nec qui potestate & imperio sunt instructi. Bedini lib. 3.c.1. Aristot. lib 7.c.10. politic. vid. Siracid c. 37.7. ne consilium in eas cum eo, qui su' dote obsondar te, & ab invidentibus tibi consilium absconde. v.8. & sc.19.

Consilium est, ut consiliarii, non ex sola nobilitate, nec ex solis personis ecclesiasticis, sed etiam ex populo, seu plebe, & omnibus omnino ordinibus & statibus regni, seu Reipub. deli-

deligantur, ne ordo & status unus in præjudicium & odium alterius quid decernat. Per. Greg.lib.24.cap.6.de Repub. Doti tam & pii & eloquentes eligantur exemplo Mosis & Aharonis Exod. d.c.4.c.18. Eloquentes impii, valde nocent, ut Achitophel. 2.Sam.c.16. Mich.c.7.Esa.c.32.7. David inter seculares habuit etiam ecclesiasticos consiliarios Gad & Nathan, qui regni erant prophetæ, & consistoriales; & Iosach, sacerdotem Iehonadab. 2.Reg.c.11.15.16.2. Chro.c.9.10.de Elia vide. 2.Reg.c.2.12. Eliseo.c.4.13.c.6.9.12. c.13.14. Ecclesiasticos etiam in politicis quandoque consulendos dicitur in Deut.c.17.v.8. & David ex Levitis constituit, qui docerent & iudicarent populum 1.Cronic.c.23.5.cap.26. & Iosaphat. 2.Cron.c.19.v. 8.9.adde Ierem.c.26.c.37.c.38.14. & seqq. ita etiam senatus populi Romani constabat ex patriciis, equitibus & plebeis. vide Antimach.lib.3.ebor.35. & Halicarnas.lib.7 ubi M. Valerius senator. vide aliud, inquit, utilius est ad salutem Reip. tuendamque libertatem, quam assumi plebem ad res gerendas, et administrationem Reipub. ita temperari, ut nec penes solos optimates, nec solos p' ebeios sit, sed utrinque mixta & seqq. Seniores 70. qui erant à consilio regis in politia judaica ē toto populo, seu omnibus tribus eligabantur. Num.c.11. Ephori quoque qui sunt consiliarii summi magistratus, partim sunt ecclesiastici, partim politici, ut supra dixi de ephor.

Consilium quoque est, ut ex consiliarii singulis provinciis subiectis, elegantur; ne odium neglectæ provinciæ in se princeps conciteret, nec non dissidentiam, contemptum vel iram: deinde ut populi natura, & cuiusque provinciæ necessitas & incommoda à consiliario principi fiant cognita. Exod.c.18.21. ibi eliges ex omni populo viros sapientes. Falluntur igitur reges, qui ex nobilitate consilio adhibent tantum: cuius flulticia saepe pa-
nas luit cora Respub. Greg.d.c.6. & lib.10.c.3.num 6. Antimach.lib.3. the.35. In politia Venetorum, quatuor habent consilia præter senatum & cætum optimatum. Et enim primo consilium sapientum, quod maximum dicitur: Deinde consilium sapientum, qui quæ terræ geruntur, curare possunt: Item consilium decemvirorum & septemvirorum; que

ne collegiis ita & officiis seiuaria sunt, scèpè tamen pro serum & causarum opere unitate consociantur: & quibus dux preest. Quarum rerum anceps est deliberatio, in utroque consilio sapientum, ea cum decemviris coniunctim expediri solent. Si consilium propter sententiarum discrepanciam, exitum reperire non potest, cogitur senatus uniusversus, a quo res explicatur. qua de re Consaren. de Repa. Venetor. De aliorum regum & potiuarum senatoribus & consiliariis plurares fert Bedin. lib. 3. c. 1 de Rep.

Vtile quoque est, ut superior suos filios, agnatos & proximos, sanguine sibi iunctos, cōsilio adhibeat, i. Chro.c.27.32. etiamsi in consilio dādo non sint valde idonei: ne exclusio horū odium, suspicione, aut seditiones excitet; & ut interim illi discant usū, quib. modis juvare Rēmp. polsit. i. Sam.c.20.32. Ita Iosas avunculi Ioboiade consilio usus. 2. Reg.c. 11. & 12. 2. Sam.c. 6.9.4. I. Chro.c. 19. 2. Chro.c. 23. & David patrui cōsilio. 1. Chro.c. 27.32. Greg.d. c. 6. Antim. li. 1. theor. 1. Est etiā cōsultū, ut princeps novus sui p̄decessoris consiliarios fidos & probos retineat, à quib. multa discere poterit. Sed nō retineat, qui autores fuerūt idololatriæ vel aliorū scelerū, quorū usus populo odiosū redit principē i. Reg.c. 15.13. 2. Chro.c. 15.16. Greg.d. loc. Antima. l. 9. theor. 1. & 2.

Prælagium principum ruinae nullum certius est, quam ubi Deus mentē illis ita reminuit, ut sapientum consiliis & bonis consiliariis repudiatis, provehāt homines novos, stolidos, veccordes & astētatores, qui oīa ad ipsorū gratiā faciāt & loquātur. ut dicit Comin. lib. 5. bīst. vide exemplū in R̄bebabeamo. 1. Reg.c. 12.

Consultum ut princeps initio sui principatus nihil innovet, priusquam firmatum sit imperium.

Valdē prodest ad regnū venienti, ut à p̄decessore vivente moneatur accurate, quibus malis & rebus maximē sit medendum. i. Reg.c.2.1.2. Antimach. d. loc. Ita Moes monuit succ. forem Iosuam. Deut.c. 31. & David filium Salomonē. i. Reg.c. 1. & c. 2. Tertiū quod in cōsiliario considerandum esse diximus, est forma cōsulendi, seu cōsultatio, & modus cōsultādi. in quo negotio, propositio, rogatio, examē dictorum & conclusio pertinet, ad

cora

cōsulentē; dictio verò sola ad cōsiliarium seu cōsilium dantē.

Princeps igitur, seu magistratus, omnia negotia privata & Reipub. cum senatu & consiliariis suis communicare debet; 2. Coron. c. 10. l. humanum. 8. C. de legib. vid. Lamprid. in Alex. Dion. in vita Octav. & Pet. Greg. li. 23. c. 4. plura exempla referentē ita David, ita Iosaphat, Iosias, & alii pii reges, cum suis consilia: ns Reip. negotia cōmunicasse eguntur, & latius dicuntur infra suo loco Ita & alii principes, Bull. Caroli IIII. c. 1. iubet, ut electores singulis annis suos cōvēetus deliberationē publicarū causā babeant. Nebucadnezar suos habuit cōsiliarios. Belthas. Absuer. redit. Est. c. 1. 13. vi. Rich. axi pol. 15. & dixi sup.

Negotia ardua, maximi momenti, magnates, statulve regai plures, vel unū, vel totū regnum cōcernētia, vel salutē subditorū, exercitium cultus divini, abolitionē idololatric, sanctionē legis, belli vel pacis, & butorū extraordinariorum collationē, nō tā: un tractabit & cōmunicabit cuim suis consiliariis & senatu; sed etiā cuim cōsiliariis regni, scilicet cum statibus, proceribus & ephoribus totius regni, idq; in cōventib. vel comitiis cōcumētis universalib. & generalibus regni. arg. l. 8. humanū. C. de leg. vid. Vafq. li. 1. c. 23. illuſt. corr. Georg. Riche. adio. 154. Bod. li. 1. c. 8. & 9. de Rep. Heig. quæſt. 8. num. 6. pare. 1. Hotom. de in- e regn. Gallici. c. 12. 25. Roland. d' Valle. confil. 1. num. 62. & seqq. vol. 2. Natura confil. 487. lib. 3. qui de contribucionibus consensu ordinum imponendis a-unt.

Imprimis verò summus magistratuscō vocabit ordines regni quādo ad id administrandum accedit, & ex iis exquireret, quid sub prædecessore fuit reformatū, et quid sub se sit instaurātū ut liter. vid. 1. Reg. c. 12. Comit. li. 10. circa finē: certè inquit, quod iuprā nō emel de imis, nemini omnīū licet absq; populi cōsenſu utilā pecunia īpare. Et paulo post, nemo oīm est principū, qui jus habeat, vel unū teruncū oligēdi à suis prater constitutiū aānū censum, nisi populus assentatur. Heig. d. qu 18. nu. 6. & alleg. Dd. Tyrannus publica negotia majoris momenti ad se solū revocat, tres nubiles momenti ad concilium publicū refert. Ple. in Paneg. in Traja. Boni Imp. Romani ad senatum gravissima quāq; reculerunt, eoq; incōsulto quidquā quod ad summa rei pertineret, decernere nefas putarūt: ita Octav. Cesar vīa

*Reipub. negotia cum senatu communica rit et 2. q. senatores qui sibi à con-
siliis essent, sibi dari petiunt. Ita Marcus Antonius Philosopbus & alii
imperatores boni. Vnde in b. na politia temperamentum quoddam con-
spicitur. Nam in populi comitus Democraticæ imago apparet: in senatu
& consiliariis aristocratie, in executio. e summi magistratus regia pot-
statis & monarchie species.*

*Apud Iudeos olim in concilio Hierosolymitano etiam exhibitos
principes tribuum singularum & principes sacerdotum & civitatum una
cum populi senioribus, probat Sigonius lib. 6. de Repub. Hebr. cap. 7. &
lib. 7. c. 5. 6. 7. ex Ios. c. 8. 33. 34. c. 23. 1. 2. & seqq. c. 24. 1. & seqq.
1. Chron. c. 14. 1. 2. 3. & seqq. c. 16. 2. Chron. c. 1. 2. 3. & seqq. & c. 5. 2. 3.
4. 5. 6. 7. Iere. c. 26. Matt. c. 26. 2. Chro. c. 19. Act. c. 5. c. 6. c. 23. 1. Chro.
28. 1. Reg. c. 8. 2. Chro. c. 5. & 18. 1. Chro. c. 13. & 3. 38. c. 29. Ie-
rem. c. 26. c. 36. c. 37. 1. Sam. c. 14. v. 45. Vide Steph. Iun. Brue. de
vindic. cont. tyran. quæst. 3. et Bonavent. Cornel. Berraram. de Polit. In-
duaie. c. 12. De more Gallico vide Horom. de antiqu. jure regni Galli-
tit. 12. & seqq. De comitiis curiatis, tribuis & centuriatis Romanorum,
restantur omnes historici Romani. De Gallorum conventibus trium stan-
dium, late quoque Antimach. lib. 1. theorem. 1. Pet. Gregor. lib. 24. c. 4.
de Repub. & c. 5. Moysi duci Deus consilii causa junxit. 70. seniores in
causis arduis. Nnm. c. 11. Duet. c. 27. 1. Iosu. 23. 2. 1. Reg. c. 8. 1. Vnde
postea synedrium. Pet. Gregor. lib. 47. c. 25. & seqq. Syntag. Ratio bujus
rei peti potest ex natura mandati. Nam mandatarius, (ut in Reipub.
administrations habetur rex) ardua, vel insolita, de quibus expressum
mandatum non habet, sine voluntate mandantis suscipere non potest.*

*Huc quoque refero curias superiores sedentarias, & statas
regni, quæ negotiis & controversiis subditorum aliorumque
privatorum privatis præsunt. 2. Chro. c. 19. 8. Deus. c. 17. In politia
Iudaica, tribus singulis & civitates sua exercebant judicia. Ios. c. 19.
47. Iudic. c. 12. 2. Chro. c. 30. 2.*

*In generalibus conventibus, quos diximus, princeps cog-
nosceret omnia, quæ per regnum, provincias & ditiones totius
Reipub. fiunt, ne ipsi à consiliariis imponi, aut illi mendaciis
firmare*

firmare possint dolosa consilia. Nam in hisce statis illi tres generales cuiusque provinciae, ecclesiasticus, nobilitum & plebeius, liberè conqueruntur & audiuntur.

Consiliarios magistratus mature consulere debet. Gladiatorum est, non principis, in arena eos filium ex tempore capere. Nam magna sunt in Repub. momenta temporum, & multum intereat, idem illud utrum ante an post decernatur, suscipiantur, agatur, ut dicit Seneca, in epistol. Peccatur hic sapientia in polyarchia. In arduis plus valet caritas & longanimitas cunctatioq; quam præpropera festinatio. Cavendum tamen, ne inutili cunctatione, agendi tempora, deliberando consummantur, & subtilius rationibus magistratus confundantur. Celeritas & prudenter in quovis negotio potiores vi & potentia.

Superior à suis consiliariis non ducatur, vel horum impulsu abripiatur, vel sualu occupetur. ac Zedekias Jerem. c. 37. a. 38. & Darius. Dan. c. 6. Ios. 2. Chron. c. 24. 17. 18. Esra. c. 4. 12. & seqq. Neque etiam pertinaciter ab illis dissentiat. Aequus enim est, ut tot calumq; amicorum eos filium, unus sequatur, quem ut et realesque amici, unius voluntatem, ut dicebat Imp. M. Antonius Philosopher. Nominum causa est servile, quando magistratus metuit suos consiliarios, vel subditos. ut Asich rex ab illis esse coactus Davidem domini reinjuvere. 1. Sam. c. 29. 1. 8. 9. & Ioschot Abnerum metuit. 2. Samuel. c. 3. 11. et Zedekias suos consiliarios. Jerem. c. 38. per tot. adde Sirac. c. 10. 4. Vide servos insidentes equis: Neque etiam alienis oculis & iudicio videre & sapere debet, sed propriis potius, Proverb. c. 20. 8.

Optimum est, ut princeps multorum sententias auditat, lèpe o: accidit, ut prudentes etiam viti labantur & errant in discordis sententiis, quando vel gratia, vel odio, vel emulatione quadam impulsi, diversum ab aliis sentiunt. Deinde non semper sumus eodem animi vigore. Idèò in magnò deliberantij numero hoc boni est, quod aliqui tempore existunt, qui quod ab aliis peccatum est, emendant & sanant. exemplis illustrat Anzimach. lib. 2. theor. 2. ex Comine lib. 2. histor.

Sententiam suam princeps auditis consiliis celet, nullamq;

D d 3

consultis adiiciat resolutionem, aut propriam sententiam, sed tacite ex lege quetur consilium, quod placuerit. Anima enim consilii, secretum. Et nulla meliora consilia, quam quæ ignoraverit adversarius antequam fierent. *Sipio Ambras. lib. 10. discurs. 1.*

Quod si consulta non fatis faciant, amplius est deliberandum ut plenius statuat secum princeps.

Princeps, quod fieri debeat, cum multis tractet; quid factus sit, cum paucissimis, vel potius ipse secum. In Democratio tamen & Aristocratio non est integrum & liberum consilia retractare, vel mutare. Post mortem autem Principis consilia mutantur, immo simul cum ipsis moriuntur.

Fidem consiliorum diligenter princeps excutiat. *Vide Gre-
go. lib. 22. c. 11. num. 9. 10. de Repub. Fidem folam, non eventum, con-
siliarius praefas. Et optimè cogitata sapè pessime cadant. Libertate ju-
dicandi, consulendi, dicendi, nulli consiliario adimat, ne veritas
reticeatur. Miser, inquit, ille Imperator, apud quem vera resicetur. Sime
discrimine igitur superior omnes audiat benigne. Iun. d. quest 23. & seqq.*

Concordia in inter consiliarios & a vicinia conservet, & foveat. Hec en. res est salutaris. *Psalm. 83. ut fides patrum & justitia se
osculetur. & Psa. 133. Nam non raro priuati odii pertinacia in publicū
exitum stimulat. Dissensio sententiarum in eundem scopum spectantium,
non est periculosa. Vide exempla apud Rechter. axiom. 1, 8.*

Adulatores & aspiciatores, delatores, applaudentes, placenti, laudenses, qui pro varietate affectionum principis, consilia sua ditigunt, mutant, ac libidinem illius sequuntur, a se repellat; *exempla referi Antimach. lib. 1. theor. 2. Tolosan. lib. 24. c. 8.*

Servi domestici, cubicularii & omnes aulici adulatores, a quibus bonus princeps venditur, in consilium non admittendi. *Prov. c. 29. 12. Dominoris attendentis verbo falsitatis, omnes mi-
nistris sunt improbi. & c. 25. 4. 5. removere impium à rege & firmabatur
solium ipsius iustitia. Psalm. 101. 6. 7. vide Lips. lib. 3. politico. 8. & 9.
Greg. li. 10. c. 3. & seqq. & b. 29. c. 5. c. 7. Hippolà Coll. c. 9. de consiliis.*

Nec exceptio, vel administratio negoti illi est comitenda

tenda, qui in deliberando dissensit.

De malis consiliariis regis Ammonitarum vid. 2. Sam c. 10. Rhababea-mi. 1. Reg. c. 12. 1. Chron. c. 10. Darii. Daniel c. 6. Ach. 1. Sam. c. 29. quorum consilio reges à lenitate ad crudelitatem & servitiam traducantur & ad omnia mala impelluntur. Tales fuerunt consiliarii Saulis, ut conqueritur David Psalm. 58. Tale & Achitophelus fuit consilium datum Absolomi contra Davidem; De consilio malo principis Iehudae regis Iosas adulantium. 2. Chron. c. 24. regis Arshafasta. Hebr. c. 4. Elamanis Ester. c. 3. Abneri contra Davidem. 2. Sam. c. 3. 6. Hemonis regis contra Davidem 2. Sam. c. 16. 1. 20. 3. De consiliariis Abab. 1. Reg. c. 12. 2. Cbre. c. 18. regis Zidekiae. Iere. c. 3. 8. regis cores Esre. c. 4. Malo cōsultori vero, malum consiliū pessimum. vid. exēpla apud Greg. Rubr. actio. poli. & seqq.

Quando plures consiliarios princeps habet, nunquam cuiquam ex illis soli negotiorum suorum directiones cōmittere debet, sed omnes consiliarios habere aequales cōvenit: ne ob favorem hic ceteris imperare velit, neque liberæ voces ceterorum in consulēdo maneant, dum dilecto consiliario nemo adversari velit, quem ceteri idō habent. facis hoc Genes. cap. 37. 3. 4. 8. Vnde consiliorum corruptio facilis, & perniciē Repub. vid. Comineum lib. 1. c. 3. lib. 4. c. 3. 4. com. Hippolyt. à Collib. c. 9. Petri. Gregor. lib. 2. 4. de Repub. c. 7. num. 2. Camerar. medicat. successi var. c. 9. 10. Deinde in magno deliberantium numero semper aliqui existunt, ut supra dixi, qui quod ab aliis peccatum est, emendant & sanant. Et prudentissimos quoque non recte semper sentire, sed lati aliquando & errare, experie ita & exempla testantur. vid. Antimach. theor. 2. li. 1. Andax etiam princeps nimium: qui ut amet unum, se reliquis omnibus excessum facit. Consideret & illud. Exod. cap. 23. 2. non sequitur turbam ad faciendum malum; nec in iudicio plurimorum acquiesces sententia, ut à vero devies.

Consiliorum suorum consiliis, magistratus ipse interesse debeat; Nam in præsentia ipsius, mali & improbi minus audebunt, sed melius consulent, & factiones & rixæ cessabunt. Boni consiliarii prælente principe fidelius & diligentius officium suum sunt facturi, & Reipubl. negotia fidelius tractaturi, & in arduis negotiis suę fiduci speciem exhibituri.

Consilium utile & bonum princeps ex eo cognoscere potest, quod ad finem & scopum utile & honestum Reipub. est directum, quodque mediis licitis ad exitum, vel in actum à principe deduci, & sine alterius injuria expediri potest.

Nullum consilium in subtilitatibus consistens bonum est; si quideas per se illud est difficilè, & raro boni exitus. Consilia callida & audacia, prima specie lata, tractatu dura, eventu tristia existunt. *vide. Boter. lib. 2. cap. 6. Georg. Richter. adio. polit. 14. 5.*

Consilia pomposa & splendida sunt suspecta: prolixa, inexplicabilia; quæ per incepta, aut impossibilia media expedientia sunt, stulta.

Consilia periculosa sunt, quæ nimis sunt ambitiosa, audacia, confidentia, procacia, temeraria; Consilia moderata & tarda, & cum ratione suscepta, decent principes.

Bona igitur consilia sunt, quæ tempestiva sunt, & æquitate nituntur, quæque minus sunt obnoxia cibis, perculis & varietati atque mutationi circumstantiarum. Malè contrà de quibus exempla. *vide. 2. Sam. c. 10. 1. Reg. c. 12. 1. Chron. c. 10. Prover. c. 12. & 22. c. 29. Psalm. 12. in fine. Hos. c. 7. 3. 4. & le consilium fuit Ionadab. 2. Sam. c. 13. & quod est Achab & Rhababeam datum. 1. Reg. c. 12. c. 22. & Ahaz. 2. Chron. c. 22. & Zidekia Ierem. c. 38.*

Princeps, quò consiliarios in fide, officio ac diligentia retineat, de ipsis honorandis, amplificandis ac locupletandis curâ suscipiet & efficiet.

Sed tamen nec bona consilia præmis afficienda, ne quis spe præmis adipiscendi à vero deflectat: nec mala consilia suppliciis punienda. Defutari enim sunt, qui suadeant, quando male suastise periculosum est. Præmis affecti à vero deflectunt & ad gratiam loquuntur, vel superbi sint. Benevolentiam tamen suam princeps erga bonos declarabit. *Pro. c. 16. 1. 2. accepera sunt regibus labia iusta, & loquuntur recta, rex diligo. Nebucadnezar Danieli magnis fecit. Daniel c. 2. 48. 49. Prov. c. 24. 35. benevolentia regis erga servum in colligentem. vid. exempla. Genes. c. 41. 41. & seqq. c. 45. 16. portionem*

17. 18. 19. 20. 21. c. 47. 5. 22. Imperatores quidam consiliarios suos personem sui corporis vocârunt. l. 4. ex Divi. C. Locat. l. quisquis. C. ad. l. Iub. majest. & in senatorium ordinem scipios numerarunt. l. jus senatorum s. C. de dignit. lib. 10. Vasqui. lib. 1. quæc. illust. cap. 1. num. 8. Ratiō est quia Senatus est ornamentum Reipub. & splendor ciuitatum, quem Cicero in orat. de Acrisp. principem salutis vocat. Et ut principis salus, priuatorū salus dicitur; ita & autoritas & dignitas consiliariorum, dignitas principis censemur: nec fieri potest, ut magnificat princeps, cuius senatores contemnuntur.

Consultum est, ut magistratus suos consiliarios sèpè exploret & observet, ut intelligat, qui nam ex his impiis, vel avari, vel crudeles sint, aut tales evaderint, & si cognoverit illos expellat Psalm. 101. 6. 7. 8. Nam nimia confidentia & negligencia inquirendi in suspectos & males, multos principes perdidit. vide exempla apud. Greg. lib. 22. c. 1. num. 7. & seqq. de Repub.

Fatuus est magistratus, qui uni addictus & obnoxius est, ad cuius nutuas & consilium, contemptis reliquis, agit cuncta, quæ ad imperii administrationem pertinent, atque ita unius cuncta regenda cominitit. vid. Scipion. Amirat. lib. 15. discurs. 1.

Sed experientia testatur verum illud proverbum Ger. Ein jeglicher herr hat seinen narren den er plaget/ unde einen narren/ von deme er eingewonnen und geplaget wurde. Eccles. c. 10. 4. vide servos infidiles equis. principes autem onces eamquam servos super terram. Ierom. c. 2. & 2. 3. vide Acimach. de regno recte administrando. Tali fuit Sebasius apud Tyberiam; apud Alexandrum Ephesio; apud Commodum imperatorem servus Coarchus; apud Severum Imp. Plautianus; apud Constatinum caesarem Ensebius Eunuchus; apud Arcadium Europias; apud Carolum Simplizium, Gallia regem Hagenon; apud Fridericum Imp. Erast, Schenck, apud alios alii. Camerarii in med. hist. c. 90 operis success. Tolosan. lib. 22. c. 9. Quod si boni sunt tales consiliarii, felicia sunt imperia, secus contraria. Exemplum est in Hamane & Mardochai. Est. c. 10. in Ierem. c. 3. 8. per tot.

C A P U T . X X V I I I .

De administratione ecclesiastica,

HAec tenus de prudentia politica, pro regula & norma in Administratione Reipub. & regni suscepti adhibenda. sequitur de speciebus administrationis.

Species igitur administrationis huius sunt duas. est enim alia universalis, alia particularis. illa est publica, haec privata administration. Primum enim a magistratu eorum Reipub corpus curandum est, deinde illius membra & partes. argum. 1. Corint. c. 12.

Universalis administration est, qua publica regni seu Reipub. & universalis confociationis negotia & bona in toto regni territorio, ad utilitatem & salutem totius Reipub. a magistratu tractantur, diriguntur & diligenter curantur. argum. 1. Timoth. c. 5. 8. Quod si quis suis & maxime domesticis non prouideret, fidem abnegavit & infidelis est deterior. Rom. c. 12. qui praesit in iustitudine praeferit. Sam. c. 23. 3.

Haec universalis administration est duplex. Una negotiorum publicorum: altera rerum publicarum.

Publicorum negotiorum regni administration est ecclesiastica, vel civilis Deut. c. 17. 8. & seqq. 2. Chronic. c. 19. 8. 10. 11. ubi Iunius. 2. Sam. c. 23. 3. ubi Piscator. ubi iustus intelligitur ex secunda tabula, dominans in timore Dei secundum primam tabulam. Viraq ad magistratum pertinet, uti exemplis piorum regum demonstrari potest. nimirum Davidis. 1. Chronic. c. 23. c. 24. & seqq. Salomonis. 1. Reg. c. 4. & seqq. & aliorum regum sequentium. 2. Chronic. c. 2. 12. c. 14. 2. 6. 7. & seqq. c. 15. c. 17. c. 19. c. 23. c. 30. & c. 23. 1. c. 3. 4. c. 3. 5. 2. Reg. c. 12. c. 18. c. 22. & Latius sequentibus exemplis & testimoniis probari potest.

Ecclesiastica est, quanegotia ecclesiastica, quibus regnum Dei introducitur, promovetur, curatur & conservatur, in Repub. vel regno politico, iuxta prescriptum verbi Dei, administrantur,

Hæc administratio magistratui iniungitur. De mandato, & exemplis priorum atque rationibus plurimis commendetur Roman. cap. 13. ibi eccl. minister sibi in boxum curabit id quod summum bonum est. Iosu. ca. 1. vers. 8. Deuteronom. ca. 17. 18. 19. 20. Psal. 24. aperiet portas vestras, ut ingrediarunt rex gloriae. Esa. ca. 49. 1. 60. Psal. 2. vers. 10. 11. colite Iehovam reges cum reverentia. 12. Exsultate cum tremore, osculamini filium, ut non trahatur ex peregrinis. Deuter. ca. 17. 18. 19. 6. 27. &c. 28. ca. 13. & 2. Chronic. 19. plurimis iudeis in locis. Sic Moses exorsus est suum magistratum ab administratione hac quam postea confirmaverit agnus peccati. Exod. cap. 12. Gideon. ab altaris unctione. Iudic. ca. 6. David arcum federis in principio officii sui deduxit iherusalem. 2. Samuel. ca. 6. & Salom. 1. Reg. ca. 2. ca. 3. ca. 6. ca. 7. 2. Chronic. ca. 1. & Aja. 1. Reg. cap. 1. vers. 12. 13. 15. Iosas domum Iehovae in principio administrationis sua renovavit. 2. Chronic. cap. 24. Hiskia. 2. Chronic. cap. 29. Iosas. 2. Regum cap. 22. Et quilibet summus magistratus suos subditos ad cultum Dei admonere debet. vide exempla. Deuteronom. ca. 32. Iosua. ca. 23. ca. 24. 1. Chronicor. ca. 29. 1. Reg. ca. 8. 2. Chronic. ca. 14. 15. 20. &c. ca. 30. ca. 34. 1. Samuel. ca. 12. vers. 14. & seqq. Hesdr. ca. 3. vers. 1. & seqq. Nehem. cap. 3. Psalm. 122. &c. 132. & 23. Levitic. ca. 8. ca. 10. vers. 16. 17. Numero ca. 4. 40. vers. 1. 5. & seqq.. Nam initium sapientie timor Domini. Psalm. 111. &c. Psalm. 19. vers. 8. doctrina Iehova integra, est reficiens animam: testimonium Iehova verum, sapientiam adferens imperita. et Psalm. 119. vers. 97. 100. et seqq. Proverb. c. 8. vers. 15. per me reges regnant et dominatores decernunt iusticiam. 16. per me principes gerunt principatum, et ingenui omnes iudices terræ. Deut. c. 4. 6. ibi nam hæc dicit sapientia nostra et prudentia vestra. 1. Sam. c. 12. Deut. c. 17. 18. posse quam rex sederit in folio regnifiz, describet sibi Deuteronomium legis hujus in volumine, accipiens exemplaria a sacerdotibus. Lex iustice erubet, et habebit secum legemque illud entribus disibus vice sua, ut discat eius Dominum Deum suum & custodire verba et ceremonias eius que in lege sunt præcepta. Necesse erit eis superbia super fratres suos, ne-

que declinat in partem dexteram, vel sinistram ut longo tempore regnes sp̄se & filii ejus super Iſrael. Psalm. 101. Esaiæ c. 49. 23. Et erunt reges numeras tuae &c. c. 60. 10. Et adificabunt alienigenæ muros tuos & reges eorum ministrabunt cibā. &c. 11. Nam apertas tenebunt portas tuas, ne introducant ad te copias gressuum, etiam regibus eorum adductis. 12. 17. Amos c. 6. 6 neque afficiuntur agriculturae propter confractiōnēm Iosephī 2. Chron. c. 15 maxima pene loco ducunt quod multi dies in politia Iudea transierint absque verò Deo, absque sacerdote, dectore & lege. 1. Sam. c. 2. 30. Diligam qui me diligunt & odio prosequar, qui me oderunt Psalm. 122. postulare pacem Ierusalem & propter dominum labores Dei nostri queram bonum cibi, Psalm. 91. & 125. Etribicos quoque maximam religionis curam habuisse testantur exempla allata à Boero lib. 2. c. 13. de pol. conf. Melchioris Iunio quæst. pol. lib. 1. quæst. 6. Pet. Gregor. Telos lib. 12. cap. 4. de Repub. & lib. 8. cap. 2. Dan. lib. 1. pol. Sueton. in Octav. c. 31. ut meritâ hanc communem politiicorum sententiam duxerim.

Rationes præter mandatum Dei & exempla allata sunt prægnantes & graves. Nam finitus Deiculus & metus in Repub est omnis felicitatis publica & privata causa, fons & origo, & contra contemptus Dei & negligētia cultus diuini omnis infelicitatis & mali causa. Deut. c. 27. 2. Chron. c. 17. 30. 4. 5. & seqq. c. 26. 5. 6. 7. 8. c. 27. 3. 4. 5. 6. 7. c. 31. 2. 3. 2. 27. 28. 30. c. 28. 6. 7. 8. 9. 10. c. 29. 6. 7. 8. & seqq. Deinde religio Christiana magistratu non solum bona & corpora pietatis subditorum subiicit, sed etiam animos & conscientias eorumdem magistratus devenit & ad obedientiam informat. Rom. c. 13. Pacem & concordiam colere, scandala omnia abominatur & homines peccato atque justos reddit. Ideo in primitiva ecclesia, Christiani, licet gravissimas persecutions perpetrati sunt, non tamen à magistratu suo defocisse, aut se illi opposuisse sed pacem constanter coluisse leguntur. Religionis orthodoxe professionem & exercitium esse omnis publica & privata felicitatis causam, constitutum est eo, quod pietas promissionem benedictionis quam cultores illius in hac & altera vita accipient habebat, ne Apostolus Paulus dicit & Moses Deut. c. 4. 40. & c. 6. 1 & c. 6. 28. & Sam. c. 2. 30. Diligam qui diligunt.

Pjalea.

*Psal. 147. 1. acceptoſ habet Iebo varimenes ſuit, qui exſpectacionem ſuam
babent in benignitate iipſius. Hieruſalem lauda Iebo vam, lauda Deum
eum & Sion. Nam conſirat voltes porcarum tuarum, benedicit filii
tuos in medio tui. Diſponit terminis tuis pacem, adipe frumenti ſatiat te.
Ob hanc canjam Deus Dauidi regi benedixiſſe dicitur. 2. Sam. c. 5. 10. c.
6. 12. c. 8. & Salomon. 1. Reg. c. 10. 8. 9. & alii piis regibus 2. Chron. c.
17. 3. 4. 5. 6. et ſeqq. c. 27. 3. 4. 5. 6. c. 28. 6. 7. et ſeqq. c. 29. 6. et ſeqq. c.
31. 21. c. 32. 27. 28. 30. Quarendu in igitur primum eſt magistratus re-
gnum Dei & cetera omnia adiicientur ipſi, uti Christus apud Marthaum
promiſis, cap. 6.*

*Commoda quoque, que à piis Dei cultoribus subditis in Remp. totam
ſecundant, et conerā mala et pericula in que ab impiis Repub. precipita-
tur, magistratus ad huīus administrationis ſtudiam & diligentiam mo-
vere debet. Nam pijs Remp. etiam malā tanquam fulcris ſuſtinēt, quō mi-
nans iuſta Dei ita corrūat, & penas meritas avertunt ab ea. Eſa. c. 6. 13.
ibid. ejus ergo ſtacumen futurū eſt ſemen ſanctum, ſicut in quercabus illis
& ſicut in roboribus, que ſunt ad portam injectus ſtacumen eſt ubi Pife-
cator noſat. Eſa. c. 1. 9. niſi Iebo va exercituum reliquos feciſſet nobis ſu-
perficies, necurſque paucos, ut Sodoma effemus, Hamore ſimiles effemus.
Ita Deus Abrahamo promiſſit ſe Sodomum ob iuſtos paucos ubi vi-
ventes non perdiſtarum. Gen. c. 18. 23. & ſeqq. ubi Pifeat orat. pium
virum eſſe ingeneum & preſioſum theſaurum in Repub. opponit n. ſe exi-
tio Reipub. ne terra perdatar à Deo. Nam piis orant pro ſalute Reipub.
quorum preces Deus exaudie. ita Abraham, pro Sodomitis intercede: ſe
accipit promiſſionem. Ita Samuel pro ſalute populi orans exauditus eſt
1. Sam. c. 12. Ita Moſis preces ſervarunt Iudeos, quos Deus perdi-
re volet. Exod. c. 32. Ita Pauli precibus ſervari ſunt omnes qui erant in
navi. Act. c. 27. Prov. c. 11. 1. benedictione rectorum effertur urbs, ote-
autem improborum diſtructur. Jerem. c. 5. 1. percurrit plateas urbis Ie-
ruſalem & videt ſiam & cognoscit & diſquirit in plateis an invenia-
tis virum, an ſit qui exerceat ius, requirat fidem & condonabo illi. ab
Pifeat. Praeterea pii optimi & utiliſſimi ſunt cives & ſubditi. Faciunt
eum hi iuſta & uicia. Philip. c. 4. 8. proclimi ſui commoda quaſunt,*

Philip.c.2.4. cumque diligunt. i. Iob.c.4.7. & seqq. pro eo orant. i. Io-
 ban.c.5.16. Iacob.c.5.13. & seqq. errantem monent. Matth.c.18. Deus.
 c.13. Act.c.16.31. & seqq. in viam reducunt. d.c.18. Viri sunt in pace,
 concordia & beneficentia erga subditos. Ephe.c.4.2.3.4.5.6.c.5. Colos.
 c.3.12 et seqq. de eorum salute sunt solliciti. Epbes.d.c.5.21. Rom.c.12.
 15.1. Chorint. c.12.26. oppressis auxilium ferunt. Proverb.c.24.11.
 Quia cum ita sint, magistratus ante omnia statim ab inicio administratio-
 nis sua religionem Christianam, & verum Dei cultum tanquam funda-
 mentum imperij sui curabit & plantabit. Quod si facit, vigebunt omnes
 virtutes inter subditos, & in omnibus suis actionibus prosperabitur. Iosu.
 c.1.8. ne discedito liber iste legis ab ore tuo: tunc enim prosperaberis in
 viis tuis, & secundaberis i. Reg.c.2. 2. Reg.c.3. Deut.c.28.c.6. 18.c.
 4.40. i. Sam.c.12.14. & seqq. ut exemplis Davidis, Iosaphati, Iosias
 & aliorum doceri potest. Contra, hanc administrationis sua curam
 praeceps negligens, se & Rempub. seu Regnum suum variis calo-
 mitatibus certissimis involvet et per impios profanos subditos instans
 Dei iram in se concitat. 2. Chron.c.24.20.24. & tot. lib.1. & 2.
 Reg. Nam impii subditi in Repub. viventes gaudent nocere. Proverb.
 c.12.12.c.21.15.c.29.10. & destruere. Proverb.c.11.11. c.28.12.
 Dei iram provocant, & varias sibi atq; Reipub. penas accubant, ut
 Samuel populo & Regi Iudaico concionatur. i. Sam. ca. 12. p. 10.
 imprimis 27. versic. Quod si ultro, ait, malefeceritis, cum vos, cum
 Rex vester consumemini Deut.c.31.29. Novi enim fore, ait Moses,
 post mortem meam, ut omnino corrumpatis & recedatis ab hac via quam
 praestitui vobis: unde obveniet vobis hoc malum: extremis temporibus,
 cum feceritis malum in oculis Iehovae provocando cum opere maximum
 vestiarum. Deut.c.28 c 29. Ierem.c.5.25. iniquitates vestre avertire
 ista, & peccata vestra cohibent bonum hoc à vobis. Ierem. Lament.c.4.
 c.5. Daniel. cap. 9. Esai. cap. 60. 12. Gentes & regnum que non
 servierint iibi Iehova peribunt, gentes in juam vastando vastabun-
 tur. Ideo Stracid. cap. 16. vers. 5. dicuntur impii totas civitates
 Sepe perdere & qui seminavit iniquitatem tandem metet mala. Pro-
 verb. cap. 22. vers. 8. Ideoque Deus gravissime regionem aliquam pa-
 niturus

nitur, publico religionis orthodoxæ exercitio eam punit. Amos. cap. 8. vers. 11. ver. 12. & 13. 2. Chronic. cap. 18 vide Tzophan. cap. 3. & Lamentatio. Ieremias. Mich. cap. 1. cap. 2. cap. 3. Nam contemptus cultus & religionis divina avertuntur commoda & benedictiones, quæ Dei cultores sequuntur & committantur, & contra attrahuntur ab impiis omnia mala & eorum pœna divina. Deuteronom. cap. 28. cap. 29. Ex his omnibus igitur quæ dixi, apparet quam necessarium, quamque utili sit summum magistratu, ut primam & præcipuam curam religionis orthodoxæ habeat, eamque in suo regno introducat exercitusque publicis pietatis, de quibus in sequentibus dicemus, foreat & conservet.

Hec ecclesiastica administratio consistit in doctrina religionis orthodoxæ publice tradenda & docenda, atque in eiusdem usu & exercitio publico instituendo & conservando.

Respicit igitur hæc administratio tria, nimirum doctrinam, cultum & vitam sanctam; piamque membrorum regni. Cultus est usus & exercitium religionis orthodoxæ. Vita pia & sancta dicitur, quæ doctrinæ & cultui prædictis responderet. Vnde regnicoles professione & vita veri Christiani dicuntur. Marc. ca. 10. Sic luciae lux nostra coram hominibus ut videant opera nostra bona & glorificant patrem, qui est in celis. Ioban. ca. 13. Beatis vos, si scientes illa faciatis eadem. Aretius in problem. loco 45. tom. I.

Administratio hæc ecclesiastica duobus potissimum officiis peragitur. Prius est de doctrina & exercitio religionis orthodoxæ in regnum introducendis. Alterum est de iisdem conservandis defendendis & ad postereros transmittendis.

Illud occupatur in hoc, ut Deus recte cognoscatur & colatur, hoc est, ut in toto regno vigeat verus de DEO sensus, seu cognitio Dei & rectus Deo cultus præstetur;

idque

idque libere publicè à singulis & universis in toto regno, absque ullo metu & periculo. Hoc verò in omnibus, quæ prioribus adversantur, removendis occupatur. Quibus duobus magistratus officiis regnum Dei erigitur & conservatur in eis homines in hac humana politica societate. Matb. c. 21. 43. Luc. c. 8. 1. 10. c. 9. 2. 1. 10. 60. 62. Marc. c. 9. 1. 1. Cor. c. 4. 20. Ioban. c. 3. 3. 5. Act. c. 28. 31. Co^r. l*o*ss. c. 4. 11.

Vtrumque hoc officium, pacto religioso, magistratus cum regni membris Deo solemittere in regni comitiis communis consensu promittit, quod nimis & magistratus & regni membra, operam sedulò dare velint, quo perpetuo Deus versus à singulis & universis membris in toto regno cognoscatur & colatur, atque sub ea conditione, regnum suum à Deo recognoscunt eique fidem & obsequium tanquam subditi & vasalli spondent & accidunt.

*E*s enim Dei terra & plenitudo ejus. Esa. c. 66. 1. Psalm. 24. qui est Dominus dominantium et rex regum. 1. Reg. c. 8. qui omnium creaturarum est Dominus proprietarius atque earum administrationem concedit cui vult, ita tamen ut ius suum ideo non amitterat. 1. Chron. c. 29. 10. et seqq. Dan. c. 2. 21. c. 4. Rom. c. 13. et diximus supra de Ephor. Exempla hujus pacti religiosi videre licet Deut. c. 26. 17. à Iehova stipulatus est sponsio nō hodie fore tibi Deum, cum ut ambales in viis eius, cum ut observes statuta eius, praecepta que eius & iudicia eius & auſcultes vocē eius. 18. Iehova vero stipulatus est sponsionem à te hodie, te fori ei populum peculiarem, quemadmodum edixit tibi observaturum omnia praecepta eius, 19. cum ut efficias te sublimem supra omnes gentes quas fecit, laude & nomine & gloria, cum ut sis populus sanctus Iehova Deo tuo quemadmodum locutus est. Deut. c. 27. c. 28. & disertius c. 29. 1. 2. 3. 9. 10. & seqq. c. 5. 7. 8. 9. 10. 11. Dan. c. 3. 12. c. 5. 18. 2. Reg. c. 18. c. 11. 2. Chron. c. 23. 16.

Religiosum hoc pactum juramento promittentium, populi & magistratus summi, confirmari potest, quo jurent illi se operam daturos, quod fiant illa, quæ pertinent ad ecclesiæ regni-

regni que Dei conservationem. Psalm. 101. & 50. & 35. & 2.
Esa. c. 49. v. 23. Ob quam causam reges plurimi Sacerdotes & pontifices esse
 voluerunt, ut refert Gregor. lib. 8. c. 2. nro. 6. 7. 8. 9. de Repub. qualis
 etiam fuit Melchizedecus. Genes. c. 14. & Samuel. 1. Sam. c. 3. & seqq. Et
 Eli ante Samuel. 1. Sam. c. 2.

In hoc religioso pacto inito debitores & correi promittentes
 sunt, summus magistratus regni, & ephori illius, Deus vero
 creditor cui promittitur: Debitorcs correi scle coniuncti
 & im obligant, quod velint Deo tribuere, quae sunt Dei, ut ni-
 mirum vera Dei agnitione, & cultus Dei sincerus in regno vi-
 geant, secundum verbum Dei, non mandata, vel placita ho-
 minum. Matt. c. 15. 9. Deut. c. 12. 8. Cols. c. 2. 23. In bisece tota ta-
 bula Decalogi prima continetur & regnum Dei in Repub. constituitur,
 ita ut populus & magistratus Dei sint populus. 2. Chron. c. 6. 16. & seqq.
 c. 23. 16. c. 15. 12. 13. 14. 15. Iosu. c. 1. per tot. 1. Reg. c. 2. 3. 4. 5. 2. Reg.
 c. 14. 17. Nehem. c. 10. Esai. c. 17. 19. & seqq. Ita vero correi sunt
 summus magistratus regni & ephori populum representantes, ut in soli-
 dium & in continentia ab uno quoque promissum peti possit, tanquam a
 principali reo lopen. de duob. reis stipul. 2. Chron. c. 33. 2. Reg. c. 24. 4.
 Deut. c. 29. Nam Deus non voluit unico homini ecclesiam, seu curam
 agnoscendi & colendi sui committere, sed toti populo, quem eiusdem mihi
 miseri ephori & summus magistratus representant, ita ut hi administratores
 quasi unius personae vicem sustineant; argum. l. mortuo. 2. 2. de
 fidei usq. & quilibet ex iis in solidum sit obligatus. argum. lere. cap.
 17. 20.

Sed adferamus etiam exempla obligationis huius, quae summus ma-
 gistratus & populus se Deo obligant ad agnoscendum & colendum Deum.
 2. Reg. c. 14. 17. tunc pepigit lebviada fædus inter lebovam & re-
 gem & populum, ipsos fore populum lebovæ & inter regem & populum.
 2. Chron. c. 23. 3. tunc pepigit tota illa congregatio fædus in domo Dei
 cum rege. cum dixisset eis lebviad, ecce filius regis regnaturus es. C. vers.
 19. pepigit autem lebviada fædus inter se & uersumque populum &
 regem, ut esset populus Domini. 2. Chron. c. 15. 12. innuerunt fædus de-

Eff

Requirodo Iehova Deo majorum suorum ex toto corde suo & ex toto animo suo. 13. adeò ut quisque non requiriurus esset Iehovam Deum Israelis, morte afficiendus esset, si rex arvus, si rex magnus, si rex vir, si rex famina. 14. Et jurarunt Iehova cum sono magno & clangore tubisque ac buc-
cinis. 15. latabunturque omnes Iudei de illo juramento. 2. Reg. c. 23. 2. ascendir rex in domum Iehovae & omnes viri Iehovae & seru/aliorum cum eo, cum sacerdotes, cum propheta ac totus populus a minimo usque ad maximum, & legit ipsis audientibus omnia verba libri fæderis qui inven-
tus fuerat in domo Iehovae. 3. Deinde flans rex ad columnam suam popi-
git fædus coram Iehova se secuturos Iehovam & observaturos præcepta
ejus & testimonia ejus, ac statuta ejus ex toto corde & ex toto animo,
præstando verba fæderis illius, quæ scripta sunt in libro illo: cui adfis-
bat populus in ipso fædere. 4. tunc præcepit rex &c. 2. Chron. c. 34. 29.
30. ubi legit ipsis audiencibus omnia verba libri fæderis &c. 31. Deinde
flans rex in statione sua pepigit fædus ipsum coram Iehova, se secuturu
Iehovam & observaturos præcepta ejus, testimonia ejus & statuta ejus,
&c. vers. 33. ibi. & addixit quemque in ventum in Irael ad colendum
Iehovam Deum ipsorum, omnibus diebus ejus non recesserunt a sequendo
Iehova Deo majorum suorum. 2. Chron. c. 17. per eum &c. 33. 16. ibi:
edixit Iehova ut coleres Iehovam Deum Iraelis. Nehem. c. 10. 1. pro
hoc autem toto pepigimus constitutionem fæderis & scripsimus: idque cum
olfignatione principum nostrorum, Levitarum nostrorum, sacerdotum
nostrorum. 2. fueruntque in istis olfignationibus & seqq. per eos. imprimis
versic. 29. 30. 31. 32. & seqq. & c. 2. 13. Deut. c. 29. 10. 11. 12. Vos
filii hodiè omnes ad meundem fædus Iehova Dei tui, cum adjurations e-
jus quod Iehova Deus tuus pangit tecum hodiè. 13. ut statuat te hodiè
ibi in populum, & ipse sit Deus, quemadmodum dixit tibi &c. vers. 14.
15. 16. & seqq. & c. 31. De renovatione istius fæderis exstat Iosu. c. 24.
per eum. Videre quoque licet de hoc fædere. 2. Cbro. c. 6. 1. 2. & seqq. c. 24. 20.
29. 36. c. 30. 12. c. 34. 10. c. 23. 16. 1. Sam. c. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 22.
et seqq. 2. Reg. c. 11. 17. Nehem. c. 9. c. 10. Ios. c. 2. 4. per eum. Hinc liber fæ-
deris dicitur codex sacer, continens capita fæderis. 1. Reg. c. 23. 2. 2.
Chron. c. 16. 15. Nehem. c. 9.

Magistra-

Magistratui & populo hæc facientibus Deus contrà in hoc pacto religioso promittit & minatur: promittit se huic populo & magistratui obedientibus, futurum Deum benignum & clementem protectorem: minatur verò inobedientibus & fœdus hoc violantibus, se severum & iustum fore pñq exacto: rem. Ios. c. 5. c. 24. Iudic. c. 4. 1. Sam. c. 12. 14. & seqq. c. 13. 13. 14. c. 15. 26. 1. Reg. c. 11. 3. 30. 1. Reg. c. 9. 4. & seqq. Deut. c. 28. c. 29. Psalm. 72. & 83. & 85. & 147. 12. 13. Atq; hinc reges & populus hac pñda non servantes, perfidi vocantur. 2. Chron. c. 28. 22. c. 29. 6. 19. c. 30. 7. c. 33. 19. c. 36. 1. 4. binc quoque florentissima regna sub piis regibus, uti sub Davido, Salomone, Iosaphat, Iosia, & aliis quoram mors incurarum calamitatum præagiun esse solet, præsertim quando impiis illis succedunt. 2. Reg. c. 23. 2. 28. Iudic. c. 2. 19. 2. Chron. c. 35. 2. 5. Esa. c. 3. 5. c. 57. 1. sub impiis verò miserrimus Reipub. statu fuit, uti sub Ahab, Caligula, Neroni, Claudio & Heliogabalo & pluribus aliis.

Pacti igitur bujus initi, quando à magistratu, vel Ephoris, populum representantibus, violatur, vindicta est Deus. Tenerit enim alter corruus, alterius correi culpam præstare & peccatis illius communicat, si peccantem & violentem correum hoc suum patrum, non continet in officio, nec illi se opponendo resistit, sùmque, quantù potest, non impedit. 1. Reg. c. 14. 16 exponet Israelem propter peccata Ieroboami. &c. Steph. Jun. Brutus de vind. contra tyran. quæst. 2. Id è tenentur Ephori magistratus exorbitantem officii sui admonere. arg. Ierem. c. 17. 20. 1. Reg. c. 18. 19. & illi resistere, & conterà. Quod si Ephori hoc non fecerint, sed racendo, cessando, dissimulando, permitiendo patiendo magistratus summi pacti bujus violationem non impediverit, meritò illi à Deo ob culpam & permissionem hanc puniantur, uti ostendunt exempla. 1. Sam. c. 12. 14. Sed si non auxiliata veritis Iehova, sed rebellatis præstitero Iehova, utique erit manus Iehova contra patres vestros. 25. Quod si male feceritis, eum vos, zum rex vester consumemini. & cap. 13. 14. Ezech. cap. 7. 23. & seqq. Deut. cap. 28. 4. & seqq & c. 29. 12. 13. et seqq. Vid. exempla. 20. Reg. cap. 25. 9. cap. 17. 2. Chron. cap. 21. 14. cap. 24. 20. 23. cap. 15. 1. Reg. cap. 11. 33. Iud. cap. 2. 20. 19. Sam. cap. 15. 26,

Sprevissi verbum Iehovæ, ideo sprevit et Iehova, ne sis rex. 9. 2. Sam. c. 21. 1. Fuerat enim fames temporibus Davidis, tribus annis continuis, deinde requisivit David saciem Iehovæ: cui dixit, Iehova, propter Saalem & domum illius sanguinariam est, eo quod morte affectis Gibonitæ. 2. 3. & seqq. & 2. Sam. c. 24. 2. 3. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 17. cum allocutus David Iehovam videndo Angelum, qui percutiebat populum, dixisset, ecce ego peccavi, & ego inique feci hi autem, haeres, quid fecerunt. 18. Sit queſo manus tua contra me et contra domum paternam meam. et vers. 25. ubi Pet. Martyr. Ierem. c. 15. 4. Et tradam eos in commotionem omnibus regnis terre propter Manasse filium Iechiskia regis Iudeæ, ob ea quæ fecit Ierusalaimus. 5. 6. 7. et seqq. c. 17. 20. et seqq. 1. Reg. c. 16. 2. 4. et seqq. 2. Chron. c. 21. 13. 14. & c. 34. 23. 24. 1. Reg. c. 14. 26. 2. Reg. 17. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. Psalm. 82. vid. Petr. Greg. lib. 22. c. 14. de Repub. Danaæ. lib. 3 polit. imò tota regna etiam florentissima ob violatum crucifixum hoc pactum, idolatriam & peccata regnolarum eversa fuerunt, 2. Reg. c. 25. 9. c. 17. Esa. c. 60. 12. gentes & regnum quæ non servierunt tibi Iehova peribunt. Psal. 73. 27. Psal. 2. 10. 11. Psal. 94. 15. 20. 1. Reg. c. 2. 23. & seqq. Esd. c. 6. 12. Ios. c. 24. 1. 20. Iudic. c. 6. 6. profana exempla enumerat Petr. Greg. lib. 8. c. 2. & lib. 13. c. 10. de Repub. Danaæ. lib. 3 polit. sic. que evert. Remp. Steph. tun. Brut. quæst. 1. & 2. de vind. coni. tyran. Melcb. Iun. lib. 1. polit. quæst. 6. Exemplum resistentium violatis pactum religiosum vid. Iud. c. 20. ubi Israelita conventu indictio Benjamitas cibant, & in contumacis ob mal. facium commissum bellum decernunt & suscipiunt, atque victos interficiunt, & Iosu. c. 22. ubi audientes Israelita de desfessione & apostasia Rubenitarum, bellum ob eam causam contra fratres suscipiendum esse judicant. Adeò vero impio ejusdem magistratus est resistendum, ut mandata contraria magistratus non sint curanda. Ad. c. 4. 19. 1. Reg. c. 18. Dan. c. 3. 16. 17. 18. Exod. c. 1. 15. 16. 17. 1. Reg. c. 18. 19. & seqq.

Regnuchi vero suum magistratus & populus, ut vasalli à Deo tanquam domino suo, se habere agnoscunt, titulóque quo utuntur hoc ipsum proficiunt, se nimirum ex sola Dei gratia

gratia & beneficio illud esse quod sunt. Nam à Deo habere & accipere hunc magistratum imperium suum ex sacra scriptura abundè probari potest. Ex Proverb. c. 10. c. 8. 51. 2. Chron. c. 9. 8. 1. Chron. c. 29. 10. & seqq. Dan. c. 2. c. 4. 22. Esa. c. 45. 2 Reg. c. 8. 13. Rom. c. 13. 21. 3. Iud. c. 5. 13. c. 2. 19. c. 15. 11. 2. Pet. c. 2. 19. Na. c. 27. 16. 17. 1. Sam. c. 8. 19. 20. c. 12. 15. c. 16. 2. 3. 5. Iob. 10. 34. c. 12. 18. Iohan. c. 19. 11. 1. Reg. c. 10. 9. 2. Sam. c. 7. 18. 20. 21. Hesr. c. 1. 2. Acque id ipsum etiam agnoscunt hodierni reges & principes in istis titulis suis, quibus seuncur, Von Gottes gnaden / Rhenser / König / Herzog / Fürst &c. Rodolphus Dei gratia Imperator &c. Henricus Dei gratia, rex Gallie, &c. Hinc quoque solium regis, dicitur Dei solium. 2. Chron. c. 9. 8. Item populus regni, Dei populus & hereditas Dei vocantur. 1. Sa. c. 10. 1. 2. Reg. c. 20. 5. 1. Reg. c. 8. 5. 2. Reg. c. 11. 17. Exod. c. 15. 16. Da. c. 2. c. 5. Ps. 53. 4. Et 14. 4. Mich. c. 3. 3. Iob. c. 12. 18. c. 41. 25. & servas Dei. 1. Reg. c. 3. 8. 9. Dei enim est terra, quam creavit & conservat. 1. Chron. c. 29. 11. 12. & seqq. Esa. c. 37. 16. ibi: tu Deus ille solus es, in omnibus regnis terræ. Psalm. 115. 16. ipsi cœli sunt Iehova, terraque quam dedit filius hominum. Sap. c. 6. 4. 5. 2. Sam. c. 6. 21. 2. Pal. 24. 1. orbis terrarum est Domini & omnes ipius habitatores. Le. pte. c. 25. 23. mea est terra: Et vos estis peregrini & inquilihi. vid. Matt. Vogel. part. 4. memb. 3. in pen. theol. Magistratus vero hujus hereditatis dominica administrator, dux, pastor, minister vel antecessor popul. dicitur. 1. Chron. c. 11. 2. 2. Sam. c. 5. 2. c. 7. 8. c. 6. 21. 2. Reg. c. 20. 5. 2. Chron. c. 5. 10. c. 33. 16. c. 20. 6. 1. Chron. c. 29. 11. Dan. c. 2. 3. 6. 37. c. 4. 14. Rom. c. 13. 4. 6. & dixi supra c. 19. 1. & iudicium Dei administrator & executor. 2. Sam. c. 7. 18. 1. Sam. c. 15. 17. 2. Sam. c. 12. 7. 8. 9. de quo suo officio Deo rationem reddere cogetur. Dent. c. 17. 18. 19. 20. Sap. c. 6. 4. & seqq.

Prius ecclesiastice administrationis officium, quod est de doctrina & exercitio religionis orthodoxæ in regnum introducendis, consistit in institutione sacri ministerii, & scholarum.

Sacrum ministerium est publicum munus docendi veram agnitionem Dei & exercitii cultum illius sincerum, ministeris

electis demandatum, vocatur ab Apostolo. 2. Corinth. cap. 5. vers. 18. 19. 20. ministerium reconciliationis, termo reconciliationis, legatio Christi. et Acto. cap. 6. 4. administra-
tio sermonis.

1. In constituendo hoc ministerio summi magistratus officium est, primum, ut edicta publica paenalia, de agnoscendo & colendo vero Deo iuxta sacram scripturam, proponat, & in toto regno & singulis illius provinciis, quocunque ipsi visum fuerit tempore, promulget, pena sancta in violatores edictorum exemplo priorum regum.

2. Deinde ad magistratum pertinet, ut orthodoxæ fidei canones, seu veræ religionis solemnem formulam, quam cōfessionem vocant, de doctrina & œconomia ecclesiastica, hoc est, de ritibus & officiis ecclesiasticis, ordine & decoro peragendis, iuxta normam sacrarum scripturarum, legitime sanctiat. Sic Moses Dei religionem et cultum in politia sua constituit et Aaroni prescrīpsit. Sic Iosua curavit circumcidere populum, Iosu. cap. 5. legem promulgavit. Iosu. cap. 8. fædus renovat. cap. 24. David. Levitis ordines & officia prescrīpsit. 1. Chronic. cap. 23. cap. 24. cap. 25. cap. 29. Iosophat idola abolevit. 2. Chronic. cap. 23. Iosas sacerdotes negligenter curantes templi fabricam officii admonet & multat. 2. Regum. cap. 12. 2. Chronic. cap. 24. Hiskias repargat templum & cultum instaurat. 2. Reg. cap. 18. 2. Chron. c. 29. & Iosias. 2. Reg. cap. 34. 2. Chronicor. cap. 34. cap. 35. vers. 2. Sic Constantinus magnus, Theodosius, & pii alii reges fecerunt, ut ecclesiastici historici scribunt, vid. 2. Chronic. cap. 34. vers. 29. & cap. 15. vers. 13. Daniel. cap. 3. vers. 29. cap. 6. vers. 25. 26. cap. 4. Hesra. cap. 7. vers. 11. & seqq. Nehem. cap. 6. vers. 1. 2. 3. cap. 7. 5. Iosu. cap. 23. vers. 6. 20. Rog. cap. 11. vers. 17. 2. Samuel. cap. 6. vers. 14. cap. 17. vers. 2. 18. Pii reges etiam in publico cultus divini exercitio solemnè aliis praire soliti sunt. Efra. ca. 1. vers. 1. 2. & seqq. cap. 7. 1. Chronic. ca. 16. vers. 7. & seqq. 2. Chronic. ca. 6.

9. & seqq. cap. 19. vers. 6. & seqq. cap. 29. vers. 20. & seqq. cap. 30. 11. & seqq. & latius ex citatis locis apparet, & dixi supra c. 9. alias exemplis. Ex his quidam pios & doctos viros per omnes regni civitates miserunt, qui populum ubique de vera Dei religione, agnitione & cultu ex verbo Dei docuerunt & instituerunt. 2. Chron. c. 17. 2. Reg. c. 23. tot. librum Hesra & Nebemia. Hoc ipsum multis in locis etiam jura civilia docent. l. 1. C. de sum. trinit. & fide catol. l. 4. l. 6. l. 7. C. d. t. Novell. 12. 3. c. 31. Novell. 127. c. 6 Nov. li. 17. Leon. 15.

3. Tertio officio magistratus incumbit judicia ecclesiastica ordinaria, presbyteria, synedria & consistoria ecclesiasticorum constituere, & per ea ut episcopis & pastoribus vocandis, examinandis, ordinandis, in officio diligendis, judicandis, vel removendis, leges dare. quod probatur exemplo Salomonis. 1. Reg. c. 2. vers. 27. Iosaphati. 2. Chronic. cap. 19. vers. 11. Constantini magis, Euseb. lib. 10. cap. 5. Theodore. lib. 3. C. de summ. trinit. & fid. catol. & aliorum Imperator. l. 9. l. 31. l. 40. l. 47. l. 48. C. de episcop. & cleric. Novell. 125. cap. 13. cap. 1. cap. 10. Novell. l. 6. c. 1. cap. 4. cap. 16. Novell. 137. cap. 24. Novell. 123. cap. 1. c. 10. Novell. 131. c. 4.

4. Quartò magistratus huius partes sunt, curare ut Ephori regni & praefides provincialis quilibet in provincia sua specialem curam de ministerio hoc suscipiat, nimis ut in singulis parœciis sua provinciae, ex consensu & electione cuiusque ecclesie, presbyterium, hoc est, senatum ex ministris ecclesie & aliis piis, sanctis, integris & prudentibus ex plebe electis, ad gubernacula ecclesie, ad eius conservationem & ædificationem in Christo constituant & autoritate sua confirmet: de quo presbyterio supra cap. 8. de provincia administr.

5. Quinto eiusdem magistratus officium est curare, ut ministri ecclesie cuiusque, legitimè, internè & externè vocentur, eligantur & confirmentur, & ita vocati, doctrinam legis & Euangelii sincerè ex verbo Dei

verè

verè, plenè, ordinatè, populariter idque publicè & privatim
Act. c. 20. 20. in ecclesia proponant, doceant & explicent: arg.
 1. *Cron. c. 16. 4. 5. c. 23. c. 24. & seqq. Esra. c. 7. 6. 10. 11. 12. 25. Ne-*
bem. c. 8. 2. 3. 4. 5. 8. 9. 14. c. 9. Deinde sacramenta, sigilla fidei, re-
 cte administrant & dilipient: Tertiò, præsent pre:bus & pre:
 sbyterio bonis consiliis & ad non ionibus, eiusque actiones
 dicant in proponendo, in sententiis colligendis, & præci-
 puis peragendis: Quartò, cum sibi adiunctis præsbyteris dis-
 ciplinam ecclesiasticam recte exerceant & reliqua, quæ colle-
 gio presbyterorum iniuncta sunt, peragant, de quibus singulis
 vid. 1. *Tim. c. 5. 27. Act. c. 6. 4. c. 20. 20. Matth. c. 28. : 9. & c. 18. 18.*
 & latius supra c. 8. de provinciis diximus. Ex hisce apparet, summum
 magistratum circa doctrinam fidei habere judicium cognitionis, discre-
 tions, directionis, definitionis, ac promulgationis, idquo eundem exercere
 secundum scripturas sacras, et iuxta eas Episcopis imperare. Sic Con-
 stantinus de Ariana contero versia iudicium sibi sumpsit. Euseb. lib. 3. c. 2.
 10. & seqq. Vnde & hoc constat, quod ecclesiastici regum potestati sub-
 jecti sunt, exceptis illis, quæ sunt ministerii propria, in concionibus ver-
 bi & administratione sacramentorum, in quibus Deo & ecclesia subjec-
 tur, quatenus vero sunt cives, ipsi cum familiis et rebus potestati ci-
 vili sunt subjecti. Rom. c. 13. ubi omnis anima, arg. Matth. c. 17. 27.
Act. c. 26. Novel. 8. 3. in prefat. Novel. 8. 6. c. 1. Novel. 123. c. 20. c. 21.
 vide defensorem pacis Marsili part. 2. c. 4.

Scholarum institutio est, qua publicæ scholæ & officinæ pi-
 etatis & bonarum artium in omnibus provinciis iussu & auto-
 ritate summi magistratus regni aperiuntur & eriguntur. Schola
 enim est bonorum et pucrum ciuium officina et seminarium, quo pars es-
 putus Dei cultus et cognitio conservatur et ad posteros transmittitur.
 Studia oculos mentis aperiunt et iudicium acuunt atque informant.

Scholæ eiusmodi, optimis & doctissimis cuiutvis artis &
 facultatis, quam possidentur, professoribus eodem summo
 magistratu procurante, instruenda sunt, qui excellentes sint
 in vita sanctitate & eruditione, fide, diligentia, & patientia,
 atque

atque docendi dexteritate. Deinde curandum est, ut sint celebres & frequentes, privilegiis honestis munita & fundatae redistributis annuis. vid. Pes. Greg. lib. 1. 8. & lib. 12. de Rep. Dara. lib. 4. cap. 3. pol. Zepher. lib. 1. de pol. eccl. Casm. cap. 25. & seqq. vita politica: & Quintilian. Schola enim est omnis felicitatis causa & fons, acque totam regionem ditare soler, non secus atque antifodina, vel argentiifodina locupletissima. Contra illius privatio in Repub. omnis male exitus causa. Deut c. 4. 40. c. 6. 18. c. 28. per ept. Proverb. c. 29. 18. Cum non est visio. (hoc est doctrina predication ex lege & prophetis) non datur populus. Esa. c. 24. 5. 6. & seqq. & Psalm. 74. 7. Ezech c. 7. 26. Esa c. 30. 20. & sequentib. Deut. c. 6. 6. Et erunt praecepta ista, que ego praecepio tibi hodie, in corde tuo, ea que acutè ingeres filii tuis, ac loqueris de eis quem sedes domi tua, cum ambulas per viam, cum cubas, cum surgis & seqq. et c. 4. 10. ut discant timore me quibusunque diebus. Vici tui sunt super terram et doceant filios suos. &c. c. 11. 19. Docebitis ea filios vestros, loquendo de eis cum sedes domi tua, cum incedis per viam, & cum iaces et cum surgis. Malach. c. 2. sacerdotis labia custodient scientiam & legem requirent ex ore ipsius, quia angelus Domini es. Deut c. 17. 8. 9. De ejusmodi scholis latius videre luceat. 1. Sam. c. 19. 20. & seqq. Reg. c. 18. 13. 2. Reg. c. 2. 5. 7. 1. 10. 16. 17. c. 4. 1. 2. & seqq. Testimonia ex novo testamento de Scholis vid. Matth. c. 4. 23. c. 6. 2. 5. c. 23. 6. Act. c. 13. 23. 14. et seqq. c. 15. 21. Moses a temporibus antiquis habet in singulis civitatis, que cum praedicent in Synagogis, ubi per omne sabbatum legitur. Act. c. 22. ubi Paulus dicit, se instrutum in Schola Gaudie. c. 17. 2. 17. c. 17. c. 19. 8. 9. 6. 6. 9. 2. 2. Chron. c. 7. 5. elato itaque animo suo ad vias Iehova, amplius adhuc amavit excelsa & lucos ex Iebuda. 7. Et anno tertio ex quo regnare capiit, misit cum praefectis suis cum Benchayle et cum Hobadja et cum Zacaria et cum Nethanael, et cum Micaja ad docendum per civitates Iude. 8. cum illis, inquam, homines Leuitas etc. 9. qui docuerunt in Iebuda babsnes secum librum legis Iehova & obiverunt omnes ei civitates Iehuda docentes populu. Nebuzadazar rex iuuentus doctores & informatores aluit. Daniel. c. 1. 4. 19. 2. 21. Et propheta exalceratissimum Reipub. statum descripteurus dicit

non fuisse sacerdotem, non doctorem neq; legem, neq; principem in populo. 2.
Chron. c. 15. Vid. Lamentations Jeremia.

Constituenda verò & aperte ad eundem sunt, tum scholæ privatæ, vulgares, paganae, oppidanæ, triviales, tum cultiores, publicæ Academæ, in quibus bracia doctis & ad ecclesiæ, vel Rei pub. gubernationem idoneis, decernantur & contineantur.

Primi generis scholas ephorus quilibet in sibi demandata provincia: posterioris verò generis Academias nimis tum-mus magistratus instituit & sua autoritate confirmat. Vid. Zepper. lib. 1. de polit. eccles. & Jacob. Middendorp. de Academis. Chaf-sen. in lib. de gloria mundi & Pacian. lib. 2. c. 46. de probacion. Pet. Greg. lib. 1. 8. de Repub.

Imprimis autem curabit magistratus, ut liberi sui in scho-lis ciuismodi, in vera orthodoxa religione diligenter infor-mentur. Ita David. filio Salomonis successori suo, prophetam Nao-than preceptorem & informatorem confidens. Nam vera religio can-didus in regno permanet, quandiu magistratus ita informatus vivit & Deo servit. Iosuca. 24. 31. Iudicata. 2. 7. & 8. add. 2. Reg. ca. 22. 3. 2. Chronic. cap. 24. 18. Schola insuper clavem scientie custodiunt & Dei agnitionem veram & culum finorum conservant & ad posteros transmissunt. Vid. Ios. cap. 24. 15. & seqq. Nehem. cap. 13. 10. & seqq.

Alterum officium summi magistratus in administratione ecclesiastica, consistit in conservatione & defensione eccle-siæ, exercitii & usus publici cultus divini & Scholarum. Nam-hanc quoque curam & inspectionem magistratus summi esse pater ex pluribus scriptura locis, Num. cap. 27. vers. 16. Psalm. 78. vers. 70. Esa. ca. 44. vers. 28. & ca. 49. vers. 29. Psalm. 24. vers. 7. idque exemplo Mosis. Exod. ca. 12. vers. 32. Iosue. 1. Iu. ca. 5. vers. 2. ca. 6. vers. 6. cap 8. vers. 30. 35. ca. 22. Davidis. 2 Samuel. cap. 6. vers. 10. 1. Chronic. ca. 23. 24. 25. 26. Salomonis. 1. Reg. cap. 5. 6. 7. 8. Ase. 2. Chron. cap. 15. 8. Iosaphatis. 2. Chron. ca. 17. 6. 6.

19. vers. 8. Ios. 2. Chronic. cap. 29. vers. 31. Iosia. 2. Chron. cap. 34. 35. Zepperus de politia ecclesiastica. Petr. Gregor. lib. 8. cap. 2. de Republ. Socrat. histior. ecclesiast. lib. 5. cap. 10.

Cura igitur hæc complectitur duas partes, quarum una est de conservatione ecclesiæ & cultus divini atque scholiarum: altera vero de defensione eamundem contra illius hostes persecutores & turbatores. Deuteron. cap. 13. vers. 12. & seqq. 1. Reg. cap. 18. vers. 40. Nebem. cap. 4. vers. 16. 17. Psalm. 104. & 118. & 119. Esa. cap. 49. vers. 23. ubi magistratus dicunt ecclesia Dei nutrices.

Conservatio veræ religionis & cultus divini est, qua doctrina celestis puritas atque orthodoxus consensus conservatur & ad posteros transmittitur. quod duobus mediis & modis à magistratu procuratur.

Primò conventibus & visitationibus ecclesiasticis indiscendis & habendis à fidelibus & piis regni ecclesiæ ministris, in qualibet illius provinciæ, & si opus est in toto regno quibus gubernatores & pastores ecclesiæ in officio continentur & religionis controversiæ et vitia quævis œconomie ecclesiasticæ, cognoscuntur, corriguntur et tolluantur. Deinde præmii competentis contributione piis Dei cultoribus. David precessor Deum, ut exercitium cultus divini semper retineat & in domo Dei maneat. Psalm. 61. vers. 5. & Psalm. 65. vers. 5. imprimis vero David prædictas felicitatem eorum, qui publicum illud exercitium cultus divini habent in Psalm. 48. & Psal. 122. & Psal. 132. & exercitium hoc publicum sibi ad tempus subditorum molestè fors & conqueri. Psal. 420. 1. 203. 45. ubi Piscator.

Curabit igitur & mandabit magistratus ut conventus generales publicos habeant personæ ecclesiasticæ, in quibus de doctrina & vita subditorum regni inquisitio & examen instituantur, quo illæ sint sanctæ, integræ, & ad verbū Dei cōfirmatae.

Conventis hōfce convocare & regere est summi magistratus. Sic David convocavit sacerdotes ad reducendam arcam. 1. Chron. c. 13. i 20. et ad ordinandos sacerdotes. 1. Chronic. c. 23. 1. Salomo in dadi-
catione templi. 1. Reg. c. 8. Ezechias. 2. Chron. c. 29. 4. Iosias. 2. Reg. c. 23
1. 2. Sic concilium Nicenum est indicatum à Constantino. Et Constanti-
nopolitaniū à Theodosio seniore: Ephesinum à Theodosio Iuniore. &
Constantinopolitanum & à Martiano, Chalcedonense. Ca-
rolus magnus in Galia 5. concilia provincialia convocaſe legiſt. Iusti-
tianus Imp. jubet omniumq[ue] archiepiscopum singulis annis synodos
celebrare & episcopos ad ſe convocare. Novel. 12. 3. c. 10. Novel. 13. 1. c.
1. c. 2. Novel. 13. 7. c. 7. vid. Pareum ad Rom. c. 13. in dubiis, ubi Ponit
ficios diſſentientes refutat.

Conventus ipcciales ſunt preſbyteria cuiusque parœciae,
conventus classici, ſynodi particulares provinciales. de quibus
singulis latè Zepper. in lib. de polit. ecclesiastica & Franciſ. Iunius in
lib. de commun. ſanctor.

In conventibus hiſce ecclesiastici diſpicere debent & ex ver-
bo Dei examinare, an doctrina ſit ſana, & vita huic repondeat
an cultus divinus ſit ſincerus, an sacramenta recte adminiſtri-
tur, & disciplina ecclesiastica vigeat, ſcholæ ſint benè conſtitu-
ta, & denique bona ecclesiastica recte adminiſtrentur, an falſi
doctores, leductores ſe imgerant, falſaque dogmata ſpargant,
an Diaconia pauperum recte adminiſtretur, & quilibet in do-
mo Dei ſuum faciat officium. Curabunt etiam, ut utiles libri
de religione orthodoxa in regno imprimitur edantur, vel
vendantur & publicentur, nec non ut ecclesia vel Reip. utiles,
iñſignes & eximii viri in regnum, vel provinciam pertrahan-
tur & allicantur.

Conventus hiſce respondent visitationes eccliarum; quarum quædam visitatio eſt domes‐
tica ſpecialis. quæ fit per
miniftrum ecclie illius loci, adjunto ſeniori eiusdem preſ‐
byteri: quædam erit in generaliſ ſiſitario, quæ fit per inspecto‐
rem ecclie, adiunto illius loci officiario politico, in conve‐
tibus

ribus ecclesiasticis : fit denique visitatio quadam in synodo provinciali , per deputatos aliquot inspectores & consiliarios aulicos.

In his visitationibus itidem fit examinatio, inquisitio, scif citatio & exploratio de doctrina & vita.

De doctrina, secundum fidem articulos & catechismum. De vita secundum decalogi præcepta instituta.

Fit quoque in hisce inquisitio de statu ecclesiarum, scholarum, & de dispensatione bonorum ecclesiasticorum, de vita & doctrina ministrorum ecclesie cuiusque, & denique de suscitate ministrorum ecclesie cuiusque & iuventutis informatore, de hi egeant, vel ex rei familiaris penuria cogantur tale vitæ genua exercere, quod vocatio ipsorum ecclesiastica interturbeatur, impediatur, vel vilipendatur, ne post mortem ipsorum uxores, liberi & familia ad stipem prorsus redigantur & in ignominia vivant.

Exempla piarum visitationum licet videro 1. Sam. c. 7. 3. 2. Reg. c. 2. 4. 6. 1. Reg. c. 15. 1. 1. 2. Chron. c. 3. 1. 4. 1. 1. 6. 3. 4. 3. 8. Ad. c. 1. 4. 2. 1. c. 1. 5. 3. 6. 4. 1. c. 1. 8. 2. 3. & plura alia refert Zepper. de polit. ecclesiastica. lib. 3. c. 11.

Curabit quoq; magistratus, ut non solum ministri ipsius ecclesiastici recte officio suo fungantur, sed & ut in hoc illos politici ministri iuvent, si necesse fuerit. Ideoque mandabit, ut ecclesiastici & politici sibi mutuas operas tradant, consilia & auxilia communicent & coniungant, uti fecit Moses & Aaron. Exod. c. 12. 1. Levit. c. 9. 1. c. 11. 1. c. 13. 1. c. 15. 1. Num. c. 2. 1. c. 4. 1. c. 19. 1. c. 20. 23. c. 2. 6. 1. & David. ecclesiasticos attribuit. 2. Sam. c. 7. 2. 2. Chron. c. 29. 25. & Iosas. 2. Reg. c. 12. 1. 2. 10. & Iosias. 2. Chron. c. 3. 4. 15. 20. Non igitur permittet magistratus, ut politici ecclesiasticos in suo officio impedian, vel turbent. Neq; etiam murmurarent Aaron & Miriam contra Mosen: Neq; Jeroboam extenderat manum contra vi rum Dei. Salomo etiam sacerdotem seditionem ab officio deponat. Et Nathan Davidi dicat, tu es vir ille. Et Azaria Vzias dicat, non licet.

cibis sufficiunt facere. Zepper. d.lib. 3.c. 1. 3. de polit. eccles.

In testamento tuo magistratus religionis, puræ & ortho-
doxa rationem habebit, ciuiusque curam propagationem &
conservationem suo successori & populo regni demandabit,
& docebit quibus remediis, malis & quibus sit medendum.
arg. David. 1. Chronica. 22. 17. 18. et 28. 8. & seqq. cap. 29. 1. 9. 1.
Reg. c. 2. 2. & seqq. adde Theodore. lib. 5. c. 25. Nicopolorum. lib.
13. c. 1.

Denique magistratus promulgabit & sanciet leges de praedica-
danda sana doctrina, de Sacramentis rectè administrandis,
de adiaphoris ad $\omega\sigma\gamma\mu\nu\alpha\iota\sigma$ & $\omega\tau\alpha\zeta\iota\sigma$, verbo Dei con-
formem componendis, de catechizationibus, scholis, Sy-
nodiis, indiculis & cogendis, ecclesiæ ministris inutili-
bus & malis deponendis & exautorandis. *arg. Exod. cap. 32.*
21. 1. Reg. c. 2. vers. 27. cap. 1. vers. 7. & puniendis. 2. Reg. cap. 12.
*vers. 7. 2. Reg. c. 12. 7. de disciplina ecclesiastica, de vocationi-
bus pastorum, Diaconia pauperum, de bonis ecclesiasticis
dispendiandis & administrandis, quipriis, sepulturis, & siquæ
alia sunt necessaria ad ecclesiasticam administrationem, quæ
omnia suis constitutionibus sancit, certamque omnium &
singulorum rationem, ordinem et modum verbo Dei re-
spondentem, prescribit. Sed hac in re omnino cayendum
magistratui politico, ut manus suas hisce negotiis non appli-
ceret, sed illa ecclesiasticis personis commiteat & demæderet. 2. Sæc.
c. 6. 6. 1. Reg. c. 13. 4. ipse cureret, ut externæ hominum actiones
sint conformes legibus & ad harum obsequium omnes etiam
ecclesiastici conformentur. *Zepper. lib. 3. cap. 13. de politia
ecclesiastica.**

Præmii competentis contributio ad religionis amorem &
studium populo ingenerandum, multum facit, nimis ut quæ-
do pii Dei cultores in prelio, honore & existimatione haben-
tur, ad publica officia, munera ad quæ idonei & pares esse pos-
sunt, præmiovantur ita ut pietas, cum alterius vitæ cum huius,
benedi-

benedictionem & fructus habeat & percipiat, iuxta Apostoli dictum. Deinde quando magistratus ministros Dei reveretur privilegiis & munericibus ornari, eorum consiliis uitatur & iis occasionem praebet, quā possint dona sua & talentum aliis fructuotum reddere, ut re ipsa experiantur in verbo laborantes, duplice honore dignos iudicari à magistratu, secundum Apostoli dictum. 1. Timoth. cap. 5. ob quae bonorem etiam patres in scriptura vocantur & alii honorificis appellacionibus. & eloqii ornantur & ab Imp. insignibus, privilegiis & immunitatibus suis donati, ut dictum supra cap. 15. de concessione privilegiorum.

Sequitur de defensione & protectione orthodoxæ religionis & cultus divini, quæ in duobus capitib. consistit: nimurum primo in purgatione ecclesiæ & deinde in impedimentis quibuscumque removendis & tollendis.

Quia emendatio purgatiōque ecclesiæ ab omni errore, hæresi idolatria schismate & corruptela ad magistratum pertineat, non est dubium, idque exemplo piorum diorū regum. 2. Chronicor. cap. 17. ubi Iosophus legitur idem fecisse & ali. 2. Chronicor. cap. 22. per eos. cap. 31. cap. 34. 2. Reg. cap. 22. nec non Hesekias, de quo 2. Reg. cap. 18. Iohas de quo 2. Reg. cap. 23. Moses. de quo Exod. cap. 32. Aſa. de quo in Chronicor. & Israhelita de quib. Iofu. cap. 22. Vide Socrat. bistor eccl. lib. 5. cap. 10.

Hoc, ut faciat magistratus: Primo proponet edita publica de exterminanda & abolenda omni doctrina impia verbo Dei non contentanea, eiutque usum & exercitium sub pena gravissima omnibus & singulis regni membris interdictet: Deinde instituet diligentissimam observationem & inquisitionem imoosterum, seductorum deceptorum & puer dodoctorum. 2. Timot. c. 3. 13. & luporum. Mart. c. 7. 15. Ador. c. 20. 29. Tit. c. 1. 13. & quæsum facientium ex pietate. 2. Pet. c. 2. quæsum

quos omnes & singulos in lucem protractos manifestos redicurabit, & pro merito puniet.

Collapsum, vel depravatum Dei cultum restituere, atque reformationem ecclesiarum ex verbo Dei, ad illius normam suscipere, omnia ad perfectiorem statum reducendo, exemplo priorum regum. 2. Reg. c. 18. 4. c. 23. 15. 2. Chron. c. 24. 6. c. 34. 6. Deut. c. 12. 7. 12. 8. 18. Iosu. c. 23. 6. 1. Sam. c. 20. 3. 6. 7. 16. 6. 8. 20. Chron. c. 14. 4. c. 17. 2. c. 19. 8. in qua reformatione, etiam exiguae reliquiae & radices idolatriæ relidge, extirpanda omnino luntur. 1. Reg. c. 22. 44. c. 23. 8. 9. 2. Reg. c. 3. 2. c. 14. 4. c. 1. 5. 4. 2. Chron. c. 30. 13. c. 3. 1. 1. c. 3. 4. 3. 4. & errorū initia tollenda. Iudic. c. 2. 10. Nebom. c. 13. 10. Non enim est verus Dei cultus ibi constitutus, ubi idolis suus cultus relinquitur. 2. Reg. c. 17. 4. 1. c. 18. 4. 2. Chron. c. 27. 6. 3. 3. 17. c. 3. 4. 3. sed dicitur Zelus Ichu. 2. Reg. c. 10. 16. Osea c. 1. 4. Ideoq; unam religionem, eamque veram in regno suo stabili-
re & permittere administrator illius debet. 2. Chron. c. 34. c. 17. Iosu. c. 22. Iosu. c. 24. 11. 20. Iudic. c. 6. 25. 2. Reg. c. 1. 1. 17. 1. 8. Nebom. c. 13. 10. vid. Pet. Greg. lib. 8. c. 2. nn. 19. 21. de Repub. per. 1, regum. c. 18. 21. Apocalypsi. c. 2. 14. c. 3. 15. Num. c. 24. c. 25. Francis Burgher. de auctoritate & dixi sup. c. 9. addo Ioban. Gerard. polis. quast. cent. ult.

Atheos omnes, impios & profanos homines intanabiles & refractarios ciuiciet. Psal. 101. per eos. Exod. c. 22. 20. Quin etiam magistratus, impios & profanos, de quibus spes emendationis est, ad sanum & purum cultum divinum adigere possit, dubium non est. 1. Timoth. c. 2. 2. vid. exemplum Iosie & Iosephari & Ezechia & sup. c. 9.

Puto etiam pium magistratum nonā conscientiā posse per-
mittere, ut Iudei in suis ditionibus & territorio habitent &
cum fidelibus convergentur et negotientur, idq; exemplo juris
divini. Deut. c. 7. 17. civilis. tit. C. de iude. & calicol. & tit. ext. de iude.
& Sarracenis. Petr. Martyr. Iudic. c. 1. 3. 6. Hieron. Zanchius in expli-
cat. procepi. g. loco. 5. Danens. lib. 4. c. 2. pol.. Socras. e. cl. hist. lib.
2. c. 25. & lib. 5. c. 2. sed Synagogas suas Iudeis permittere, nos
puto

puto magistratibus concessum. Arg. 1. Ioh. c. 4. & c. 2. & Iob. c. 8.
quamvis predicti Theologi Martyr & Zancius illas concetti posse ex-
istimarent, modo in illis contenti sine lectio:ne bibliorum, precibus, nec in iis
Christum, vel ecclesiam illius blasphemant. Siquidem Christus & Apo-
stoli:borum Synagogas ingressi leguntur & cum aliis conculi:sc. adde l. 1.
C de Iude. Novel. 146. Recess. Imperii de anno 1530. & 1538. &
1551. Iohan. Gerard. polit. quest. cent. ule.

la conversatione iudeorum civili cum regnolis, sequen-
tes cautiones plerique prudentes et pii, putant esse observan-
das. 1. Ne fideles cum iudeis connubia contrahant. 2. Corint.
c. 6. 14. 11. Ne in religione, illorumque ritibus communicent,
aut etiam ammis arctam colant amicitiam, vel familiaritatem
cum iis versentur, sed separatum iudei habitent, ut sit Francofur-
ti, & signa, seu notas gestent, quibus ab omnibus facilè dignos-
cantur. Curabit igitur magistratus, ne fideles ab infidelibus ad cultus
impios adiungantur, vel ceremonie, que sicut impi in territorio regni exer-
centur. Quia in re graviori peccatis Salomo cum suis uxoribus
infidelibus.

. Deinde operam debit, ut astudie et diligenter in diocesis sua
viventes infideles studiantur in verbo Dei. Tertio prohibe-
bit, ne usuras rodentes et iniquissimas tales iudei exerceant
& blasphemias in Christianum evomant. Vide Martyr. d. loc. &
Ang. de civit. Dei lib. 4. c. 18. super Psalm. 58. l. 6. l. 7. & passim in tit.
C. de Iudeis. & titul. de Iude & Saracenis extra. Quatenus pri-
vato licet conversari cum infidelibus atheis, impiis, vel diversi-
se religionis hominib. & cum iis habitare distinguunt theolo-
gi iater eruditos, constantes, indoctos, infirmos, & scopum
quo ductus quis, cui natalibus habet commercium. Vid. Pet. Mar-
tyr. Iud. c. 1. 36. & dissimilis Ethica.

Idem dicendum est de papistis in territorio magistratus natis,
vel homicidibus habentibus quibus magistratus bona conscientia
permittere potest, ut habitent inter regni fines, modo pii
qui superstitiosis illorum non communicent, aut cum aliis

familiariter illi convercentur, aut matrimonia contrahant: 26
Corinth. c. 6. 14. Tempa vero ad suos cultus idolojatricos excr-
 cendos, magistratus ipsis permittere nequaquam debet. arg.
Deut. c. 13.

De hæreticis in bene constituto imperio tolerandis, distin-
 guendum est. Subrenim quedam hæreses, quæ fundamentū
 fidei convellunt. ut *Arianismus & similes.* Aliæ verò et si in quibus-
 dam fidei articulis errant, tamen fundamentum non evertunt, ut *Noval-*
ianorum & similium hereses.

In prioris generis hæreticos & lectoriorū corypheos seve-
 riter magistratus aut madvertere debet exilio, carcere, vel gla-
 dio, ut nullam cum fidelibus possint habere consuetudinem,
 vel consortium, aut scabiem suam aliis affricare, eosq; inficere
 vel perdere & seducere. *I. s. l. 1. & seqq. 6. de heret. & Manich.*
Exod. c. 32. 27. Iosue. 22. 12. & seqq. Ador. c. 5. 5. 10. 6. 13. 8. 10. 2.
Cron. c. 15. 13. 2. Reg. 10. 24. c. 23. 20. Ab horum etiam confor-
 tio ut alii abstineant, publicis interdictis magistratus mandare
 debet. arg. *Mattb. c. 5. 18. 1. Corinth. c. 1. 5. 33. 34. c. 5. 9. 10. 11. 2.*
Corinch. c. 6. 14. & seqq. Ioan. c. 4. Posterioris generis hæretici, si
 convicti sunt hæreticos & admoniti ab ecclesia, neq; tamen re-
 sisiscunt, sunt excommunicandi. *Mattb. c. 18. 1. Corinth. c. 5.*

IIIi verò, qui errorem aliquem, vel doctrinam, quæ nondā
 manifesta hæreteros est damnata, defendant, non sunt ideo ab
 ecclesia pellendi, neque illis sacris catibus interdicendum.
 neque eorum consuetudo est vitanda; exemplo Pauli Apostoli,
 qui *Corinthiacam ecclesiam multis erroribus infectam*, non es*aversa-*
tus. i. Corinth. cap. 15. neque *Christus Apostolos suos, licet in magnis er-*
roribus versarentur, reiecit.

Potest etiam magistratus edictis publicatis mandare, ne or-
 thodoxos, qui non in fundamento doctrinæ errant, &
 vicissim ac hi orthodoxos, publicè damnent, conviciis
 consumant.

contumeliose traducant, exaginente, sed ut colant inter se amicitiam, idque tantisper duxit in hebre synodo, legitimata ea de re dilectetur & quid. definietur. *Tale est consilium Alii postoli ad Philip. cap. 3. 15. 16. quod ex principibus Evangelicus plenius nostro seculo sunt imitari exemplo suo.*

Vtræ & orthodoxæ religionis, publico consensu receptæ manifestus contemptus, vel abnegatio, ab una aliqua regni parte, provincia, vel civitate facta, potest ab epchoris specialibus vel generalibus eiusdem regni vi & armis, si admonita non resipiscat, vindicari. *Dout. cap. 13. 12. 13. & seqq. Iosua c. 22. per totum. Ador. cap. 17. II.*

Quando vero facta religio ab una parte regni ablicitur, non potest neque debet illud alia pars illius, vel summus magistratus vindicare, sed dissensio mutua omnium & collatione, in concilio publico, tolletur. Vid. Dane. lib. 3. in apboris. cit. vera religio immutata evertit Rempub. Iud. c. 6. 2. q. & seqq. Iosua c. 22. i. 8. 23. 29. 34. Act. c. 17. II.

Quod si quidam pauci, vel plures in regno, in quo veræ Dei agnitionis & cultus sinceri nulla est professio, vel liberum religionis exercitium contra communum totius regni usum & consuetudinem pertinat magistratu, tum hic observabitis; priuò, ut ex Dei verbo diligenter, omnino & collatione institutâ, loquirat & examinet eam religionem, cuius exercitium publicum petitur. *Iosua c. 22. 18. 19. c. 23. 29. 34. Act. c. 17. II. 2. Chron. c. 15. 10. cap. 24. 20. 29. 36. cap. 3d. 12. Nebem. cap. 10. nec facile & temere cuivis spiritui credati. 1. Iohann. cap. 4. vers. 1. Act. cap. 17. Iohann. cap. 5. 39. exemplo Théodósi Magni Imp. denegantis exercitium Arianismi: Deinde, quando cognovit cum Dei verbo convenire petitum religionis orthodoxæ exercitium, concedet petentibus & Deo tribueret, quæ ei sunt danda, & huius veræ religionis liberam & tam professionem exercitium publicum omnibus & singulis*

concedet in regno suo etiamque professores & cultores contra vitam & iniuriam detinendit. Exemplo Constantini Imp. 1. C. de sacro sancto eccl. et adversis vobis. Heges. c. 7. i. 1. et seqq. Daniel. c. 4. c. 6. 26. 27. 28. Ioh. a. 3. 7. 8. Quis enim cultor rerum Dei calcatur ex regno suo esse certus, Deus eicit, Matth. c. 10. ad id. Deut. xvi. 10. lib. 3. Zepher. lib. 4. in explic. II. Mosaic.

In hominis fidem & religionem, quae in solo animo & conscientia consistit, magistratus talis, in cuius regno Dei culius verus non vigeret, caveat sibi imperium vindicet. Deus solus in hac habet imperium. Matth. c. 10. & huic soli arcana cordis que recessus intimes sunt noti. Acto. c. 10. Siuum regnum, quod non est de hoc mundo. Ioh. c. 18. per suos ministros verbi administrat. Ephes. c. 4. c. 5. 1. Corin. c. 12. Act. c. 20. & fides ideo donum Dei, non Cæsaris dicitur, que nullo modo vult, vel potest cogi. In religione, si animus est aversus, jam sublata, jam nulla est, ut dicit Lactanius. Fides suadendo non imperanda docenda, non jubenda est. Lazarus Bodin. lib. 4. c. 7. de Republica. Ad discipulos perderere valentes Samaritanos Christus ait Luc. c. 9. 5. ne scitis cuius spiritus filii sicut. Constantinus Imp. apud Eusebium. lib. 1. p. 3. 8. ait, hominibus qui cum mente capti sunt, penas infligere extrema dementia & inscitia est.

Errantes igitur in religione, non nisi ex terra, vel armis corporalibus, sed gladio spiritus. Matth. c. 13. verbo. & armis spiritualibus, per quae Deus potest est. Ad quos visi sibi subligendum, regantur, & ministri verbi Dei curandi & instituendi tradantur, 2. Timoth. c. 2. 24. Serum Dei operas est. mansuetum erga omnes. apicum ad decadendum, ruder antem malos. Esaias. c. 1. 2. Ephes. c. 6. a quibus, si ex verbo Dei persuaderi non possunt, mulcere missus magistratus ministris, aut panis cogi queant, ut sentiantur, vel credant quod magistratus, vel alii credidit. Ne magistratus igitur Deus hoc in seculis inquit & tribus Deo quae sunt Dei, qui solus impellit, morit, mutat corda, sibi referunt, qua Deus ipsi dedit, imperium scilicet in corpore. Matth. cap. 22. cogitationibus hominum, panam in politica administratione imponere: recitat. l. cogitationis. 18. de pen. Quatenus hereticis &ERNIS actionibus delinquunt, sunt illi puniendi, sunt quilibet alii

ad hanc subdite etiam aliis p̄ii.

Quod si magistratus Dei imperium invadit, sua iurisdictionis limites excedit, atque in hominum conscientias imperium sibi vindicat, non impune hoc maleficium feret. Nam ob hoc factum oriantur in regno ipsius seditiones & tumultus, quos parere solent persecutio. Ita tempore Machaerorum ob persecutiones longa bella exicerunt & tumultus. Scribit & Phari'c̄is Christi doctrinam persequentes, turbæ motæ sunt, que antea non erant Paulo docente Ephesi, Demetrius ob persecutionem Pauli, seditionem excita vit. Similiter Iudei, Paulum in templo persequentes tumultus excitarunt. Hoc de in Gallia, Belgio, Hungaria, Polonia, & aduersus regnūs persecutio. quæ sunt, sunt cause turbarum, tumultuum & seditionum. At ubi nullæ sunt persecutio. ibi quamvis diversæ sint religiones, omnia sunt tranquilliora. Rēst̄ ergo dicimus, persecutio Christianorum, maximorum malorum semper causam dicit̄ se. Quicunque igitur regnum tranquillum babere cupit, à persecutio. abſtineat. Nec tamen religionis improbata exercitium concedat, ne ille accidat, quod Salomonis contigit. 1. Reg. c. 1. 4. & seqq. Si tamen sine Reipub. exercito id prohibere non posset, ferenda est ea religio, quam sine Reip. interiori auferre non posset, Bodin. lib. 3. c. 7. Sic Constantinus Imperator Constantini magni filius, Arrianorum religionem & collegia persecutus, non quod illis, sed quod Reipub. faveret: ita & Theodosius eandem seditione ferebat in vicus. Errat igitur Franciscus Burghardus & cum eo Iesuitæ & dissimilantes magistratum non posse diversas religiones in regno tolerare. Non enim hic queritur, an duas pluresve religiones esse possint, quod cum illis negamus. Ephes. c. 4. Nec queritur, an magistratus ipse duas religiones diversas amplecti possit, quod negamus. Nec queritur, an magistratus habeat potestatē disponeundi de religione, contra verbum Dei, quod nō patitur. Verum queritur, quando in regno civitatis, vel statutis quidam discrepantes in confessione sententias amplectuntur, pro quaenam defensione quilibet verbum Dei allegat: an cum magistratus qui unius partis sententiam amplectitur, reliquos dissidentes armis & gladio persecui possit. Hoc in casu dicimus, quod magistratus qui sine Reipub. periculo & turbatione misere, vel collere non potest religionis & confessionis

discrepantiam, pacis & tranquillitatis publica causam, tolerare debet
dissentientes, connivendo & permittendo exercitium religionis impro-
batae consue, donec Deus reliquos illuminet. ne alias eorum regnum &
cum eo ecclesia hospitium evortatur. vid. Luc. c. 24. 11. 25. vid. exempla 1. Reg. c. 14. c. 22. 2. Reg. c. 12. c. 1. 4. c. 18. Daniel. c. 3. c. 6. & alio
apud Iohan. Gerard. quæst. polit. censur. ultim.

Alterum protectionis & defensionis ecclesie caput, consti-
tit in removendis & amoliendis omnibus obstaculis & impe-
dimentis, quibus silus & incrementa & progressus ecclesiastarum
& scholarum impediuntur. Quæcunque igitur talia sunt, ut
ecclesie & cultus divini propagationi exercitio & incremēto,
vel conservationi, impedimento sunt, vel esse possint, illa ma-
gistratus removebit, tollet & admet. Itaque interdicta publi-
cabit, ne libri hæreticorum in provinciam importentur, ven-
danturve; Nec permittet, ut hæretici, vel athei ad publica
officia ecclesie, vel scholarum, aut magistratus admittantur,
hec ut conventicula & collegia improbatæ religionis clam
habeantur, ferent; nec permittet, ut ministri ecclesie contemnantur,
aut vilipendantur, sed autoritatem & existimationem
potius illis conciliabit, eānque illis sartam etiam apud om-
nes conservabit & defendet contra omnes illorum obrecta-
tores, diffamatores, contemptores & hæreticos. Quoscumque
patitur magistratus contempnere ministros ecclesie, hos Deum, qui mi-
nistros suos legatos vocat, fernerò permittit. Redundat n. in legantem
iniuria, qua infereat legato, ut etiam Iurisc. afferunt. Reddit quoque mi-
nistrorum Dei contempsus religionem divinam exosam & ingraciam. De-
bet igitur ministrorum persona omnibus sacrostanta & venerabilis esse,
qui idèo tot & tantis quoque privilegiis & beneficiis ab Imp. sunt
ornati.

In omnes atheos, epicureos, sectarios, hæreticos, seducto-
res, iabbathi profanatores, religionis verae contemptores,
magos, ariolos pythonicos, periueros, vanos, apostatas, idolo-
latras, supersticiosos, blasphemos, irratores Dei, libertinos &
quolvis

quosvis alios tabule primę violatores, diligentissimè inquietet, & animadverteret, publicè ad terrorē aliorum, pēnis irrogatis & illatis. *Dout. cap. 19. 13.* ne parebit oculus tuus ei, sed tolleretur amur bene sit tibi. *cap. 13. 5.* & seqq. *cap. 17. 2. 3. 4.* & seqq. *cap. 18. 9.* & seqq. *Nam. cap. 25.* & in principio capitis hujus dīmūs.

Cūtabit denique & prospiciet magistratus omnibus quibus potest modis, né quid desit, quod sit ad verum Deum cognoscendum, vel colendum necessarium, sed ut omnia, quae sunt tum de rebus ipsis, in quibus externus Dei cultus positus est, tam personis, quę illi cultui intervint, exhibendis commoda, subministretur. *1. Chron. cap. 22.* & seqq. *2. Chron. c. 31. 3. 4. 5. 6. c. 34. 5. 6. c. 17. 7. 8.* *Nebem. c. 3.* & *4. Hesr. c. 3.* *Indic. c. 2. 7. 8. 9.*

Si quid in hisce omnibus desit, vel desideretur, à magistratu corrīendum est, qui in publicis calamitatib. atque indictionibus publicarum ecclesiarum precum & jejuniorum ad seriam penitentiam suos subditos monebit. *exempli Iosaphati. 2. Chron. c. 20. 3. 4. 18. 19. 20. Ezechia. 2. Chron. c. 32. 6. 7.* regis Niniyitarum. *Ion. c. 3. 6. 7.* vide *Psalm. 24. 6. 1. Esai. c. 49. 23. Dout. c. 17. 18. 19.* Nam serua magistratus summi & populi ad Deum convergo, paratissimas clades avertit. *2. Chron. c. 12. 7. c. 34. 27. 1. Reges. 11.* adde *Pet. Greg. lib. 21. c. 4.* & *lib. 22. c. 14.* & *lib. 13. c. 10.* & *lib. 8. c. 2.* de *Repub.*

C A P U T X X I X.

De sanctione legum & administratione iustitiae.

DE ecclesiastica magistratus administratione hastenus, sequitur de civili, seu leculari.

Civilis administratio est, quā negotia secularia & ex tabula secunda Decalogi, pertinētia ad eō ratiōnē, sūcūlā, aūtrā p̄s̄c̄s̄ & ad disciplinam extēnam, in Repub. constituendā & conservandā, vel ad vitā huius p̄s̄f̄d̄ia & commoda promoven-
da & incōmoda avertenda rectē & fideliter curat magistratus.

Psalm.

Psalms. 72. 2. Sam. c. 23. 3. 2. Chron. 19. 8. 10. 11. ubi Iomias. 1. Reg. c. 10. 9. idèo posuit se regem ne exerceres judicium & justiciam. 1. Reg. c. 3. 9. Deus igitur seruo tuo animum intelligentem ad iudicandum populum tuum, discernendo inter bonum & malum & vers. seqq. Esaias. c. 32. omnes justè regnaturus est rex, & principes iure principatum gerent. Ierem. c. 22. 2. Chro. c. 19. 5. & seqq. Rom. c. 13. 1. Pet. c. 2. 13. 14. Psalm. 85. 1. Reg. c. 1. 52. Ierem. c. 23. 1. 11. 12. exerceat quilibet manus jus & critice eum, qui rapinam patitur è manus opprimentis. & c. 22. 2. 3. 4. ergoque bac justitia administratione solium suum magistratus firmat. Proverb. c. 16. 12. c. 29. 4. De mala administratione politie, conqueritur Ieremias in lamentat. Ierem. c. 24. 3. & passim. & Tzephania. c. 3. 1. 2. 3. 4. Mich. c. 2. c. 3. vide. Matth. Scholastic. lib. 2. cap. 1. de vero & Christiano principe.

Est ergo in hac civili administratione magistratus cura & officium duplex. Prius pertinet ad jus generale regni, & est de tractandis & procurandis mediis, ad conservandam justitiam, pacem, tranquillitatem & disciplinam in Rep. necessariis. Alterum pertinet ad jus speciale & est de procurandis mediis ad vitæ socialis commoditates necessariis.

Prioris generis sunt, 1. *sanctio* & *exsecratio* legum utilium, & administratio justitiae. 1. Studium concordie conservandæ.

Ceterum, quia elegantissime bac magistratus administratio scribitur in Psalm. 101. Ideo verbo eius enim hic referam. Bonitatem & ius canons, tibi ô Iehova psallam. 2. Animach voracem etiam viâ integrâ quando venturus sis ad me: indefinenter ambulabo in integritate animi mei, intra domum meam 3. Non proponam mihi ob oculos remnefariam, factum declinans ad me, non adbarabit mihi. 4. Animus per versus recedet à me: melum non agnoscam. 5. Lingua ledentem apud me clam proximum suum, ipsum excindam, elatum oculis, & cumenem animo, non posero ferris. 6. Oculi mei ascendens ad veraces terra, ut confidante tecum: ambulans viâ integrâ, is ministrabis mihi. 7. Non habitabis intra domum meam faciens dolum: loquens mendacia non stabilis cora oculis meis. 8. Singulis matutinis excindam omnes improbos terra: ad rescidendum a civitate Iehovae omnes qui operam dant iniurias. In quem

quem Psalmū commentarius elegans Iunii extat. Huc etiam pertinet elegantissimus Psalm. 82. Deus sit in cælu Dei fortis, inter magistratus judicat. a. Quousque iudicabis iniquè, & c. seqq. versib. & Psalm. 72. 1. 2. 3. 4. 12. 13. 14. Proverb. c. 20. 8. 25. Esaiæ. c. 28. 5. 6.

Sanctio & executio legum imprimis ad magistratus officium spectat. unde legislator ille vocatur.

Sanctio legis est, qua legem quam, utilem & necessariam Reipub. constituit, consilium optimatum & statuum imperii, seu regni sui. l. 8. humanum est. C. de legibus. In Psalm. 108. 9. Iudas dicitur legislator ob demandatam regni administrationem & potestatem legum ferendarum. Curabit vero magistratus imprimis, ut mores, ingenia, jura vetera gentis inspiciantur, et ad ea nova leges accommodentur. Itaq. in novis legibus & editis scribendis, moderatio adhibenda est & voluntas eorum, qui legibus illis tenori debent, percundanda est, hoc est optimatum & consiliariorum regni. Ita Imp. Romani de consilio senatus leges rularent in monarchia: In Democratica vero per classes & centuriatas singulas, lege nova per triundum publicata. Ita hodie in comitatu leges generales conduntur. Temeraria enim & stolida arrogantia est, unum hominem, aut paucos, tantum sibi sumere, ut satis apes genti alii cui leges scandere posse existiment, absque illius consensu & mulorum simul consiliis & sententiis conjunctis. vide Antimach. lib. 3. theor. 22. Stephan. Iun. Brut. de vindic. contra tyran. quæst. 1. & quæst. 3.

Acquam vero legem, sanctet, quia equitas legem efficacem sanctam & inviolatam prestat: Vilem, quia utilitas desiderium & amorem illius excitat & conservat. Utiles vero sit toti corpori Reipub. et singularis illius membris. Nam, ut medicus primum, dum membrum hominis aegrum est, propinat quidem pharmacum, quod ex toto corpore, malos humores educere possit, sed ibi non sufficit, vel finem remedii facit; verum etiam loco affecto singulariter adhibet remedia, & si videat membrum aliquod incurabile, curas etiam morbus serpendo, alia membra inficere possit; ut salva aliæ membra conservet, purum abscondi iubet. Sic etiam gubernator Reipub. mores opic mos, bonis legibus instituit, respiciens ad totum corpus & generaliter

ad actus privatorum, communis lege bona disponit & format, facienda iubet, vitanda prohibet; circa actiones de rebus adquirendis & conservandis in dominiorum acquisitione, de contractibus, ultimis voluntatibus maleficis, iudiciis, & de reliquis actibus quibus vita socialis symbiotica conservari potest, regulas constituit, ordinat & ut exsecutio fiat, curat.

Et si quoddam Reipub. membrum intelligit, nempe aliquem ex humana societate, in morbum, seu peccatum adversus propriam salutem & societatis humanae commodum incidere, adhibet localia κατά τόπον ut vocant, remedia, & si membrum est pavidum, quod etiam Reipub. corpus possit inficere & nocere aliis, turbare societatem, illud collit, & truncat. arg. l. ita vulneratus ad L. Aquil. Pet. Gregor. l. I. c. I. nū. 14. & seqq. de Reipub.

Leges vero impias, iniquas, vel idololatricas, inutiles ob non necessarium utum, vel aequitatem cessantem, tollent. *Vasilius lib. I. cap. 16. illust. contr. & piis alias, & iustas substituet. Deut. c. 7. 5. 11. 2. 5. 2. 6. c. 12. I. 2. 3. 4. 5. & seqq. exemplo Chisikæ, Iosia, & aliorum piorum magistratum. 2. Reg. ca. 2. 3. per eos. imprimis v. 15. adde Esa. cap. 10. 12. Dan. c. 3. 10. 16. 17. 18. Deut. ca. 6. 1. 18. 19. 20. ab eo vero quod diu aequum visum fuit, non recedet, nisi evidens suadeat utilitas. l. 2. in rebus de conslit. princ. l. 2. 3. minime de legib. Patric. lib. 6. de Repub. tit. 6. Aristot. polit. lib. 2. c. 6. Iun. lib. 3. polit. quest. 8. 9. adde Greg. lib. 7. c. 19. de Reipub. & in nova lege sancienda observabit, ut ea conveniat Reipub. statui, condicioni & naturæ, loco, tempori, persona, rebus, aliisque circumstantiis. vide Francisc. Iun. libellum, de politia Mos. observa. Greg. lib. 10. c. 5. de Repub. Imprimis vero observabit, ut talis sit lœd. quæ dirites inducat, ut ultra ad Reipub. necessitates sint munifices, & profine pauperibus, contra aliorum iniurias, & ad vita subfida querenda iuvent: non vero quæ sint multititudini impedimento & locuplerum rei insidiatur. Quocunq; ab aliis, etiam ethniciis ad politican administrationem inventa & constituta sunt, magistratus etiam ad usum Reip. suæ transferre & admodum modare potest. Exemplo Mosis, Exod. c. 18. 17. 18. 19. 20. & seqq. vid. Calvin. lib. 2. instit. Christ. c. 2. sect. 14. 15. & seqq. & Aret. probl. 1. 49. & seqq. tom. 2.*

Leges

Leges novas parcè ferat. *Nam corruptissimæ Repub. plurime leges, ait Tacitus 4. annal.* Legū mutatio Reip. plus incōmodi, quā cōmodi soler adferre. Ideoque ad otiū civitatis & concordiam stabiliendā, valdē conducit, veterū legū morūq; conservatio. *Nā, moribus antiquis res stat Romana virisq;.* Prover. c. 22. ne transforas limites quos statuerunt patres tui. Eccles. c. 10. qui diruit sepem à colubro mordetur. Non necessaria igitur legum mutationes & morum receptionarum cavenda sunt, et incommoda parva toleranda potius, quam novis mutationibus agrum Reipub. corpus exagitandum. Bodin. lib. 4. c. 3. de Repub. R. i. axiōm. 291.

Leges regni fundamentales, adhibito ephorum consensu, interpretabitur, & non nisi expresso horum arbitrio, volūtate & iusta, quid in his abrogabit, tolleret, vel antiquabit: multò minus leges de legitimo Dei culta semel in regno introducto, mutabir, aut convelleret, vel tolleret. Heigius quæst. 5. num. 1. 2. 3. 24. part. I. Præckman. de solita potestate effect. 4. Pacian. lib. 2. cap. 35. num. 50. & seqq. de probat. quia potius veram religionem ciuiq; exercitium, secundum verbum Dei non mandata hominum confirmabit. Matthe. c. 15. 9. Deut. c. 12. 8. c. 4. & deinde leges fundamentales regni ab ipso sunt defendendæ & retinendæ; etiam bello & armis ab una regni parte contra aliam quamvis maiorem. Deut. cap. 13. 12. 13. 15. Iosu. ca. 22. 2. Reg. c. 8. 22. cap. 23. 15. Nam biſca fundamentalibus legibus tanquam columnis & fuderis sustinetur regni status, incolumentas ac præsidium, quibus sublaeis, totum regnum corruit, ut supra dictum est. Heigius d. loco. quæst. 3. num. 2. 73. lib. I.

Præscribet verò leges sumptuarias, poenâ in transgressores constituta. Nam vixtus frugalitas & temperantia publica, à multis malis ac vitiis Rempub. liberat.

Necessario quoq; sunt leges præscribendæ cōmerciis, terū permutationib, negotiationib. populi, de modo usurarū concessarum, similiter de mensuris, ponderibus, stateris publicis, iustis, de valore monetæ, & similibus aliis negotiis pluribus,

quæ sine lege certa tractari & peragi non possunt, absque discordiis & dissensionibus, vel sine deceptione & fraudatione, hoc est, in quibus facilis est lapsus, quando certa determinatio non est constituta, & quo in natura certitudinem in hominum commercio requirit.

Constituēdæ quoq; sunt leges, quibus disfidia & discordia inter cives tollantur, factiones, seditiones, & otia, nec non quibus egestas & inertia ex regno profligentur, & necessaria quæ desunt, in regnum importentur, superflua verò exportentur, & ita unius provinciæ inopia ab alia sublevetur.

Vtiles etiam leges, quibus vetantur importari in regionem, quæ solent homines corrumpere & deteriores reddere.

Similiter necessariò sunt leges constituendæ de cura misericordium personarum pupillorum, viduarum, pauperum, concorum, furiosorum, mutorum, surdorum, valetudiniorum, senum & similiū. *Dent. c. 10. 18. c. 24. 17. 19. 20. c. 14. 29. Psalm. 82. & 72. & 146.*

Certus quoque locus & redditus pro talibus constituendi. *Dent. cap. 24. 17. c. 19. 20. c. 26. 12. c. 8. 6. c. 15. 7. 8. uti sunt Xenodochia, nosocomia, orphanotrophia, ptochotrophia, gerontocomia, de quibus in Novell. 7. c. 12. Novell. 12. c. 23.*

Executionis accurate & exactè est procuranda.

Lex enim carens executione, est quasi campana aut nola sine pistilli & quasi magistratus mutus, aut moriens. Et tandem vigent Republica, quandiu leges in his bona (que illarum anima,) observantur. Vid. Melch. Iun. polit. quæst. lib. 1. quæst. 6. Bodin. lib. 3. c. 1. de Repub.

Hujus executionis facienda gratia magistratus confitentus est, ut sic ille lex vivens, minister & custos legis mutet. Et ut in navis necessarii navarchi & vectores: sic in Repub. executores legis. Lex, quid faciendum, vel omittendum sit, indicat; sed ipsa non facit, vel exsequitur. Lex circumstancias generales habet, uti medicina: sed magistratus, ati optimus medicus, adhibita tēperamenti agroti distinctione, pharmaca sua adhibebet, ea fuscarū audiis circūstātiis propriis, indicat, & legib. negotia admodum.

Executionis

Exsecutiōis huius species est iustitiae administratio & censura. Iustitiae administratio consistit in tribuendo suum cuique secundum iustitiam commutativam, vel distributionem, ita ut illuc æqualitas & proportio arithmeticæ; hinc vero geometrica obseretur in poenatum & præmiorum distributione.

Hic enim, pana & præmio Rempubl. contineri, olim Solon dixit. Illa malis, hoc bonis debetur. Rom. c. 13. s. 4. Nam magistratus non sunt terrore bonis operibus, sed malis; vis autem non metuere potestatem? quod bonum est facio, & laudem ab ipsius obtinebis. 4. Dei minister est bono tuo, quod si feceris quod malum est, metue, non enim frustra gladium gerit. Nam Dei minister est vindicta ad iram ei qui quod malum est, fecerit. c. 3. 14. & 1. Chron. c. 18. 14. Exod. c. 18. Deus. c. 17. 5. 6. 7. 8. & seqq. 1. Sam. c. 7. 15. 16. 17. Psalm. 101. 1. Pet. cap. 2. 13. 14. Proverb. c. 20. 28. c. 25. 5. c. 39. 14. 1. Chronic. c. 18. 14. Magistratus perperam distribuens panas & præmia, est instar medici perperam medicamenta adhibentis, ex quo prodit interitus, ut ex recta distributione & adhibitione, salus & vita. Ideoq; Cicer. in parad. recte: ius & equitas vincula ciuitatum. Nam remota iustitia, quid sunt res gna, nisi magna lacrimina, ut ait Augustinus. 4. de civitat. Dei. Et quid sine iustitia potest esse laudabile? Hinc fruenda iusticie causa, vi: lim reges bene moratos constitutos afferit. Cicer. lib. 2. offic. & Arist. lib. 5. polit. c. 10. Rex debet & vult esse custos, ut nec opulentis iniustum aliquid patiantur, nec plebs contumeliam accipiat, aut cuquam injuria inferatur.

Hinc provinciam suam magistratus malis hominibus purgare jube: tur. l. 3. in fine. l. 13. congruit. de offic. præsid. 1. Reg. c. 22. 4. 7. 2. Reg. c. 23. 5. 7. c. 19. 2. Chronic. c. 30. c. 31. Proverb. c. 20. 26. 27. Psalm. 101. Psalm. 72. 1. 2. 3. 4. 12. 13. 14. 2. Chronic. c. 14. 3. 5. 6. c. 15. 16. cap. 19. 2. 3. 4. 1. Sam. c. 28. 9. Levit. c. 20. 27. Dene. c. 18. 11. Nam auferendo improbum a conspectu regis, stabilitur solium illius. Proverb. c. 25. 5. c. 16. 12. & judicio stabilitate regionem. Proverb. c. 29. 4. & regis que fideliter judicat tenues, solium in perpetuum stabilitur. c. 29. 14. c. 20. 28. quibus addantur. 1. Reg. c. 9. 3. 4. 5. & seqq. arg. 1. Sam. c. 15. &

1. Reg.c.20. Contra indulgentia & impunitate Reipub. madime noce-
tur. Sicut & per verja juris, justitiaeque administratio , mutationem im-
periū inducere solet. Ezech.ç.34.per tot. 1. Samue.c.8.4.5.6. 1. Reg. c.
16.4.5. Esa.c.60. 12. Prov.c.29. 4. c 28. 2. Eccles.c.5. 8. Plin.zn
panegyr. ad Trajan. pessimè ait, consulti Reipub. princeps, cum vel ma-
lignantate, vel negligentia male agerib[us] & in officio versantibus provis-
ciarum praefectis aut aliis magistris togatis, aut bellicis, ipse proce-
git impunitatem. Imò Dei iram & fatale exictum sibi accrabit. Psalm.
55.10.11.12. Esa.c.24.5. ut exemplum Sodome & Gomorrah ostendit
& factum Achaniis. Iosu.c.7. & Benjaminitarum. Iudic.c.20.cap.21.
& alia. 1. Reg.c.20.42. 1. Sam.c.15. Prove.c.28.c.29.8. 16. cum cres-
centi improbi, crescit defectio. Profana exempla refert Pet. Greg.lib.9. c.
1. & lib.4.c.6. num. 6.7.8. de Repub. & Bodin. lib.5.c.4. de Republ.
Lips.lib.4.polit. c.10. & dixi supra cap.9. Concludo igitur: hanc iustitia
administrationē in panis & præmiis decernendis, omnino esse necessariam
qua si Resp. vacat, neceſſe est interitū illius consequi, cum scilicet sceleratis
impunè peccare licet, & honorum & fortium virorum præmia nulla sit.

De sceleratis vero delinquentibus contra primam, vel se-
cundam tabulam Decalogi, magistratus publicè penam sumer,
ut alii videntes hoc, timeant & formidine penæ à malefacion-
do deterreantur, atque ita audacia peccandi & cupiditas illis
adimitur. Psalm.72.1.2.3.4. 12.13.14. Prov.c.20.8.26. Roman.c.
invidiam, que oritur ex virtute & gloria, justis rationibus, ante
vertit, & bonos viros à calumpnia & injuriis invidorum defen-
dit. Nam parva sc̄p̄a scintilla neglecta, magnum incitavit incendium.

Deinde etiam nomina & insignia factionum abolebit.

Tertiō secretas consultationes & convētus non permitter.

Quartō, sub poena gravi & iuvns lax & dūntizari, sancire
debet & promulgare, de qua amnestia Sicip. Amira. lib. 20.
discurs. 8.

Quintō non magis, vel plus uni, quam alteri parti favebit.
2. Sam. c. 19. 42. 43. 44. Antimoli. 3. theor. 1. nō unā cures alterā no-

ligat, vel alteram minus fibi fidem credat, vel contemnat. 2. Sam. c. 19.
43. & 44.

Seditio est discordia unitæ multitudinis in magistratu; vel subitus & violentus motus contra magistratum. Virgil lib. 1. Aeneid. Ac veluti magno in populo cum saepe orta est seditio, sevitque animus ignobile vulgus, quamq; faces & fata volant furor arma ministrat.

Tum eis ejusmodi describitur in Alis c. 19. 24. 25. 26. 32. Salomo. Proverb. c. 24. Tunc Dominum fili mi & regem, & cum seditionis ne commiscari, quis subito venit exicium eorum, & ruinam seditionis qui nō vivit? Talis fuit Absolon, Caius Brucus & similes.

Hujus variae sunt causæ. 1. Nimia, vel insolita exactio & oppressio, præsterrim ad temptus non necessarios imposta, qua subditos exhaustit magistratus. Proverb. c. 28. 15. ut leo rugiens & ursus discursans, est dominator improbus in populum tenuem, 16. Anteceps, r. carens omni intelligentia & multis oppressionibus, decentabit, qui autem odit quæstum, prolongabit dies. & c. 29. 4. exemplum Salomonis et Rechabeam. 1. Reg. c. 11 et c. 12. Pharaonis. Exod. c. 2. et seqq. 2. Reg. c. 12. 20. Iudas rex Iudea dicitur ericidatus à sacerdotiis suis, per seditionem. Sic Galli, Hispani & Frisii rebellarunt sub imperio Romano ob nimium erubatum impunitum. Sic Belgium hodie imperium Dacis de Alba ob eandem causam à se rejecit.

Quanto quoq; magis magistratus tenet, juxta postulationi populi, tanto magis populum in se concitat, & acuit. exemplum ostet in Pharaone Exod. c. 5. & Rhababeam. 1. Reg. c. 12.

Secunda causa seditionis, est metus eorum, qui fecerunt injuriæ & pœnas meruunt, vel eorum qui exspectant & metuunt injuriam, aut oppressionem, quam prævenire volunt prius, quam opprimantur. Idem glades magna accepta, vel gravis periculi aliquius metus. 1. Sam. c. 20. 4. 5. 6. Exod. c. 16. c. 17. vide Pet. Grego. lib. 23. cap. 5. de Repub. ubi exempla recenser Arct. tom. 2. probl. loc. 156. Bodin. lib. 4. c. 1. Scipio Amiral. lib. 17. discurs. 5.

Tertia ciussa est indulgentia & laxitas nimia; vel angustia & inopia egyptiorum, vel divitiae tristis. Multæ divitiae luxuriam, legni-

segnitem, rerum novarum desiderium, turbas pariant: pauperes eandem rerum novarum cupiditatem multa scelra & in honestagignit. Pauperes, inopes, cogeni audaces sunt, & odio rerum suarum, mutare omnia student, & privata incommoda & mala, Recipub. malis tegere cupiunt, & publica ruina potius quam sua perire malunt.

*Hinc usura vorax, avidumq; in compotafenus,
Et concusa fides & multis urile bellum.*

Solent quoque illi quibus opes nullae sunt, bonis invidere, malos excollere, vecera odisse, nova exoptare, vide Antimach. lib. 3. theor. 32. ad 1. Sam. c. 30. & Exod. c. 16. c. 17. Bodin. de Repub. lib. 5. c. 2. Divites verò multitum divitiarum auxilio ad imperia adspirant, dignos se aliosque indignos extimant, & facile corruptionibus & largitionibus alios plures sibi devinciunt, vide Scip. Amirat. lib. 17. disc. 6. & de regni regisq; institut. lib. 2.

Quarta causa est ecclerum impunitas, & præriorum iniqua distributio, negligentia, vecordia, ebrietas, & luxuria magistratus, & injustitia, cum vulgus injustè fieri multa cernit, cum leges negliguntur, civitatis jura & privilegia vilescent, studio, ambitu & largitione, aut demum civium ipsorum dissimilitudine. Scipio. Amirat. de regni & reg. inst. lib. 2. Bodin. lib. 4. c. 7. in fine. 1. Reg. c. 16. 11.

Quinta causa est spiritus tribuitius eorum, quos ambitione impellit, quò potestatem & honores, quos quietè Repub. desperant, ea perturbata, consequantur, vel quos ex alienum cogit, ideo quod iis afflita fides in pace, & spes in turbata pacet; ideo turbata aqua, inclusus pisces capi posse existimant: vel quos vanitas incitat & exagitat. Exempla vide 2. Reg. c. 12. 21. de coniuratione contra Ioseph. & 1. Sam. c. 30. 6. Iudic. c. 8. 2. Iudic. c. 11. & c. 12. 1. 2. Exod. c. 15. 24. c. 16. 3. 4. 2. Sam. c. 15. c. 16. 1. Reg. c. 11. 26. c. 12. 11. 2. Sam. c. 20. 1. Reg. c. 1. 5. 6. 7. c. 2. 22. c. 16. 11. Num. c. 16. c. 17. Valer. Max. lib. 9. c. 7. Dana. lib. 3. c. 5. polit. Bodin. de lib. 5. c. 2. Riche. axiom. 299.

Plebs

Plebs quoque, quando ab honoribus arcetur, contumeliosa tractatur, spernitur & vexatur, indignatur se contemni, & res novas molitur. Bodin. lib. 4 c. 1. ut populus Romanus olim a patribus dissidens gravissimas seditiones concitavit. & fieri solet, imprimis quando videt, honores turpissimis hominibus deferri, & benè meritos viros submoveri. Exempla recenseret Bodin. *de loc. in Nerone, Heliodabalo & aliis.*

Sexta causa est negotium religionis, sententiarum & opinionum discrepantia in religionis professione. Vnde schismata, secta vel sectio. Exemplum *A. I. c. 21. in Iudeis Asiani contra Paulum.* Item in Core, Datham, Abiram, contra Mosen. Num. c. 15. Hodie exemplum prabent Papiste in Belgio, Hungaria, Polonia, & olim in Germania, Gallia & Anglia.

Vnde Apostasia, qua veram religionem consensu processum constitutam, ipsis invitis mutat & deserit magistratus, seditionis causa dicitur. 2. Reg. c. 8. 22. cap. 12. 19. 20. 21. c. 15. 10. c. 16. 5. 2. Chron. c. 21. 10. c. 28. 33. Act. c. 19.

Septima causa seditionis est extrancorum admissio in consortium civitatis, ex diversitate morum, odio & invidia felicitatis advenarum, & contemptu illorum. Pet. Greg. lib. 23. c. 6. ubi exemplis illustrat. Aristot. lib. 5. c. 3. politic.

Causa octava est odii, discordia, dissidium, contentio, item similitas, similes & inimicitiae inter diversas partes exercitata de quibus vide Bodin. lib. 4. c. 1. Dan. politic. lib. 3. c. 5. Quo referto etiam famulos libellos, convicia, contumelias, diffamationes publicas & privatas injurias plurium. Hisce enim concordia turbatur & facile sedicio excitatur, ut ait Plutarch. in libell. de civili administrare.

Nona causa est otium subditorum, ex nimia felicitate, satieta, indulgentia, que sepe turbant Rempub. 1. Reg. c. 20. 10. 2. Reg. c. 14. 8. Lipsius lib. 6. c. 2. Greg. lib. 23. c. 7. Valer. Maxim. lib. 7. c. 20. Ezech. c. 17. 49. Similiter ex nimia copia, vel inopia seditiones oriri possunt. Plato lib. 35. Dialog. 4. de Republica. Nam rapacissimo cuique

Quaque de perditissimo, non agri, aut fieri, sed sola instrumenta vitiorum manebant. Itaque tales misericordia & privata voluntate, R. i. pub. malis operari flauunt, vide Petrum. Gregor. lib. 23. c. 1. num. 2. 3. & seqq. ubi historici exempli illustrat. Clex ab Ale. lib. 3. c. 20. Valer. Max. lib. 2. cap. 5. Plebs in periculo constituta, citius & facilius facit suum officium, quād si feliciter omnia sunt, secunda re, motus urbanos sepe excitat: bella vero coercuerunt. Bodin. lib. 4. c. 1. Ideo, ne & uiu ipsa medocritas & moderatio observata in divitiis, honoribus & amictiis parandis, expandat in Repub. & ideo ostracismus nec non petalismus à quibusdam inventus.

Denique quidam, ut imperium evertant, libertatem praefruat, si petiverterint, ipsam aggrediuntur, ut ait Tacitus lib. 16. Scip. Afr. lib. 29. dis. ars. 10.

Remedia seditionum tollendarum sunt generalia, vel specalia.

Generalia remedii, Petrus Gregor. lib. 23. cap. 9. tria ponit.

Primum est in præcautione & providentia ne accidant seditiones,

Secundum est in extirpatione oportuna.

Tertium est in penitio & supplicio exemplari seditionorum.

In præcautione, luat ~~populare~~ ut est virtus, vigilantia & sapientia magistratus moderatoris, qui, exemplo nautarum, pacato mari de subitâ tempestate cogitantum, prvidet & semper, ut societas humana lapidum fornicationi sit similis, quae catena est nisi inyicem sibi obstante, ne dicit Seneca epist. 97.

Qua in re studebit & operan sedulò dabit, ut seditionis movenda voluntatem & facultatem omnibus tollatur neque velint, neque possint subditi esse rebelle, ut dicit Boett. lib. 4. c. 3. & seqq. & lib. 5. c. 4. Animus & voluntas adiunxit, ut subditi, quando audacia omni sublatis redduntur timidi, omnia que que animos & audaciam parvunt, adimuntur, ut sunt magistratus, milites, nobilitas, vii, equorum & armorum, propugnacula, munitiones, vestitus, splendidus, nimia penuria

N n n

& potentia. Vnde fit, ut divites, & pauperes facile moveantur ex impetu
lancis ad seditionem. Illi ab potentiis & arrogantiis. His ob penitentias
& inopiam.

Voluntatem quoque & facilitatem moveendarum sedition-
ium, adimunt onera & gravamina imposita, servitia, angaria,
agricultura, operæ quibus occupati subditi deridentur. Vnde
bisce est Pharaon & alijs.

Opificia quam hominem domi derinent in officina, ex
qua le & suos alere cogiturn, unde fit, ut pacem & tranquillitatem
ameret.

Studia liberalium artium animos hominum occupant, de-
ginant & sibi addicunt, & à cura aliarum rerum avocant, ne
ostendit exemplum Archimedes. Hac etiam homines melancholi-
cos reddunt, & iugiles ad bella & arma.

Educatio mollis & delicata, animos hominem effeminatos
redit & à studio aliarum rerum abstrahit. videlicet Boetus lib. 5.
c. 4. de polit. conf.

Facultas seditionem movendi, tollitur & adimitur subtra-
ctione & privatione eorum, quæ conferunt facultatem, aut vi-
res & audaciam parvunt, uti est potestas, imperium, iuvencus,
arma, equi, elephanti, tormenta militaria, propugnacula,
munitiones, loci oportunitas, pecunia, divitiae, conventio-
cula privata.

Potestatem & potentiam conferunt cognationes amplæ,
vel familiæ amplitudo: Item benevolentia, & favor populi:
feudal posses. Vnde Turcarum Imp. fratres consanguineos & quævis
potestiores tollunt quæ primum ad imperium erubuntur. Quidam re-
x cognatos regis mancipans carcere, vel certo loco detinent, unde exire
non possint. Boet. lib. 1. c. 2. Poëtæ etiam quodam straci, mo sub specie
& circulo honoris legationis, vel aliorum ministeriorum allegari ne no-
tient etiam presentem dominationem plebi, in risam faciant. Clappar.
lib. 4. c. 11 de arcan. Rerum pub. Sed periculose tamen si potestores
urbis occidere & in exilium agere, qui exulos non cessabunt quoris moda

Rerum pub.

Rompab. exercore, ut dicit Bodin. lib. 4. c. 1. ex exemplis probat. Sunt igitur
surcates, vel collendi vel ingentibus beneficiis & gratiarum obligantibus, ex
emplo Augusti. Div. lib. 55.

Optimi & excellentissimi juventutis sunt subseruandi &
aliò transferendi, promovendi, aut eorum opera ad alios usus
adhibenda. uti bedio facit Turcarum imperator Christianus & ultimam la-
lam Caesar & Heraclius imp.

Arena adsumuntur, quando ab illis auferuntur, vel usus eorum
illis interdictetur, aut materia armorum subtrahitur, quod
& Romanis & Hispanis & Belgis se quis factum legitur.

Muoitiones & locorum oportunitas adsumuntur, quando
mutantur, destruanturve tota munita, hominos, vel incolas
transferuntur. quod Romanos facile superius, historie rostantur. Cesare
Probus, Iauri & Palmyreni ex sedibus suis translati in aliud locum:
Aurelianus Datus: Carolus magnus Saxones: Turce Christianos. vi-
de Gregor. lib. 23. c. 7. de Rupibus.

Pecunia & divitiae adsumuntur fabditis impositione collecta-
rum, contributionum, vel multorum exactione, commerci-
orum a fu. ascenso, monopolio, septuribus illis iustitiae mon-
dis, quos harpyiae illae & biruthes populi opinae warunt.

Conventicula audaciam & animos augent & cordatos
efficiant, ut exemplum sub Tiberio, Divo Seiano, docet. Ne igitur
salis convivencia biduumque, concordum est magistrorum & voluntum
& occasio habendorum horum subditis admenda.

Voluntas illis admittatur, quando inter illos discordia dif-
fidencia, alizque suspicione per exploratores disseminantur
ita ut nullus sine periculo aleti te prefacce, vel fidere
audeat.

Ocasio habendorum contentioverum tollit ut quatuor
gradi. I. Editis & interdictis postulib[us] u. libens prolixi
biuncate matrimonii inter suspectos, ut a Romanis fallere
Letat. III. Convivio cum inter se habendorum pro-
hibitione. IIII. Conspicuum est, ut acri signans &
screpans.

duces seditionis orum transferantur, vel tollantur. *I.* Carolum magnum nobilissimum Saxoniam in Galiam transfulerunt. *K.* ut rebus in qua concedatur jus collegii, Senatus, corporis, aut poststatutis. *Iam* Romani Capaces debilitatum, subiectis omnibus eorum collegiis. *V.* ut illus canapana & nol ad immitur. *VII.* non ad custodiam uebis, vel propinquaculum aduenientur. *XIII.* Vobis in locis diversis, per fossas, canales, munitiones, ut diligenter & quam in pagos dispersos. *LX.* Castella & muraria loca, quibus conibet facillime possint, exigantur. *X.* Custodianitatis, quam tumultuantes reprobantur in urbe ponatur & conservetur. Quae duo modis hodie in Belgiorum Turcicis usitate. *XI.* Relegatio & dilupatio, cum pulchritudine & su perficitur in loca diversificat, scilicet Iudeis ab afflitione & Babylonie capti accedit. *XII.* Librariis maioribus viis & lectio prohibetur.

Paupertas etiam voluntatem seditionem movendi preberet, quamvis facultate destituatur. *Item* Salustius. Semper incitare, quibus ripes nulla sunt, bonis invidens, malis exultans. vixere adire, non a se prospicere, ostentare suorum, omnia, omnesque fortuna. Sicut ergo in egenitate pauperes tempore prisculae seditionis, ex regno, vel ab egredi, sub praetextu causa iusta, vel ipsorum ministerio, est nobis utendum: Illud fieri potest per colonias, vel bellum, vel legationem: Edoc, quando magistratus eorum opera uerar in agerorum cultura, opificis, vel aliis munitiones, ex quibus se alere possunt, vel longe in illorum uocibus subveniendum.

In seditionibus de coniurationum in membra suspicione ista, metropolis si nunquam ex deserta, sed occupanda, vel conservanda. Sic Tiberius imp. in Germanicorum legiuit, seditionem fecit.

Ad pressuicione nichil interviro potest, exceptio cognitorum & statutorum regni, ut cognoscat & intelligat magistratus, inquisitione habita, quid auctor quisque in provincia, quavis coniurationis, videlicet Gregor. lib. 13. c. 5. 22. n. 21. 1. 3. 4. 5. & seqq. deinde ut in intelligat necessitates provinciarum, & de remediis adhibendis.

cogitare & liberare possit.

Deinde curer magistratus, ut leges religionis sint inviolatae, & ut quae inter ecclesias controvenerint, ea in concilio liberè dilucidantur, errores tollantur, dissidia emendetur, ut concordia compellantur.

I certò, ut causas discordiarum tollat, rixas, dissidia, similitudines, luspiciones, odia, discordias, diffidentiam, oscurum, metuorum, ignorantiam, contemptum, injuriam, calumnias, amoneas caritatem, usuras & iniusta incommoda, ex quibus seditiones exicitur, tollent. Contrà necessitas ostendenda cōcordie suadēt, ut amore patris, privatas inimicities oblivioni tradamus, cuius patris, vita, mōrē, bona & existimationē, aliaq; carissimas, debemus ut.

Quando, ac aetate peccatis adiutat, quæ alias avimos dant, arg. i. Sane. 13. 19. 20. 21. 22. sepe factum in Italia & Gallia. Gregorius dicit de c. 9. lib. 23. de Repub.

Quando, in seditionis autores, beneficiis, largitionibus, favore in partes suas magistratus ducat, vel isticet contraria modis, quibus morti seditionem excitarunt, exemplis illustrab. Greg. de c. Bodin. 7. lib. 4.

Populo etiam aliquid dandum est, & interdum ea, quæ cum iniquitate conjuncta sunt, permittenda, maximè verò in popularibus & optimatum imperiis, ad secessiones & seditiones nec colubendas, sed ita remen, ut libertatis frēna nec constrangi, nec omnino laxari videantur. vid. Bodin. lib. 4. c. 7. ubi example reuersit. Nec si posset principi universum populum suo arbitrio cogere, non ad libertate debet, sed moderatione imperiis de justi uti inolius est.

Si inopia causa seditionis est, quædam critici largitiones sunt faciendæ, & tolerabile pretium annoq; statuendum. & quandoque facienda oportet xp̄la de domina la, Nolum. c. 5. p. 20. 21. sum. Greg. illoc. c. 1. lib. 2. 3. Bodin. lib. 5. c. 2. lib. 4. c. 7.

Ad opa sollesta & desidiam, labores in negotiis honestis, vel pribellum otiosi mittendi. Greg. illoc. c. 7. Bodin. lib. 4. c. 1. de Rep. Gr. lib. 5. c. 5. vel metu hostis ad vetatē tumultuātes cocrendas. c. 7.

N 2 n 3

Sexto, ut magistratus, non pro quibus suis exquis & parvi momenti rebus, immo rationes & mutationes instituar, sed tantum pro necessariis, quae moram non pertinuerit. Idique rerum novarum studiosi paniendi. Gregor. dicit. lib. 23. c. 9. nn. 9.

Secundum remedium est in emendatione oportuna, dum vel iacipit seditio, vel dum vires accepit, adhibenda. Bodin. lib. 4 c. 7. de Repub.

Iacipiens seditio, ciuitque initia statim sunt comprimenda. 2. Sam. c. 15. 2. 3. 4. 31. c. 20. 6. Si quidem naevens malum facilius, quam invictum, opprimitur. Nam ex festuca incensa, vel ignis si medulla neglecta, sapientia urbi conflagrat: sic ex domesticis oditis negligitis, publica perniciens sepe tristis. vide exemplum. 2. Sam. c. 15. 10. 11. & seqq. c. 20. 6. In seditione, nisi prima & tentata rerum initia, statim selecerit secundum: si faciliter posita tota conjuratio elanguescit ac dissipatur. 2. Sam. cap. 17. 1. 2. 3. cap. 19. 2. Reg. c. 10. 4 & seqq.

Ad quem usum intervint delatores & exploratores, qui incogitati, se ceteribus hominum clam immiscent, & collecta dicta, facta, aut intellecta, magistratui referunt. ut & Chosme amicus Davidis fecit. 2. Sam. c. 16. 17. vide Patrias de Repub. lib. 4. 11. 4. 5. 6.

Inquisitio per questionem & tormenta in uno conjuratum facta, reliquos complices manifestat.

Laborandum magistratui quoque, ut partes divellat, & disiungat seditiones, & sibi quoddam imprimis proceres adiungat. 1. Sam. c. 15. 3. 4. 1. Reg. c. 1. 10. & cum populi magistratibus rem tractet. Exod. 6. 1. 10. c. 4. 29. Doms. c. 1. 1. 15. Deinde etiam occultis praemissis, vel promissi ambiguis, nec non verbis demulcent & inducat, seducat, persuadet, non dicto factore aliquo alitero exacerbet, sed omnibus modis leniat & mitiget animos seditionorum. Iudic. c. 8. 1. 12. 3. & seqq. vid. 2. Sam. c. 3. 34. & seqq. c. 17. 19. c. 22. 6. 7. 16. 3. 17. 1. 2. 1. 3. 6. 19. 23. impunitis. certi karacterum consiliarios sibi conciliebat princeps, ut disturbaret conjurationem. 2. Sam. c. 15. 31. 32. &c. ad partem cum quibusdam. agat.

agat, ut facilius vinculum conjurationis dissolvat, & deinde
potentiores, vel tollat, vel lejungat. 2. Sæc. 5. 31. 32. cap. 16. &
6. 3. 6. 4. & 18. 15. 16. 6. 20. 21. 22. c. 19. 14. 15. 6. 20. 4. 5. 20. 21. 22. vid.
Lips. lib. 6. polit. cap. 4. & arina subditis ad tempus adimatur, arg.
2. Sam. c. 3. 19. 20. 21. 1mō & propugnacula validiora occupet.
2. Reg. c. 9. 32. 6. 10. & nolas ac tintinabula, quibus convocan-
tur & inflammantur seditioni, ut suader. *Bodin. lib. 4. c. 7. de Repub.*

Vtile similiter est, ut nocturnos conventus & colloquia,
coitiones & conventicula magistratus impediatur, nec non
commercialia cum extraneis inimicis, vel hostibus. *Greg. lib.*
23. c. 4. *de Repub.*

In coniurationibus etiam non facilè à principe calumniæ
adversus absentes sunt admittendæ. Nam eo tempore conatur
aulici astuti privatas injurias, vel odia ulcerisci; præterea
neglecti ab absentibus in regem officii. Soleat etiam de
absentium bonis rapinam facere. Offeruntur enim illis plau-
sibiles occasions calumniandi, qui alienis bonis & dignitati-
bus inhiant. 2. Sam. c. 16. 1. 2.

Quæcunque & ambigui de magistratu sermones, quibus vi-
tia præsidentium, oppressio tyrannis, exactio, luxuria, ex-
agitatur, libertas prætenditur, ut imperium evertatur, quod
idem postea invadunt, inhibeantur, & comprimantur.

Flabilla quoque seditionum & zizamorium seminato-
res, removendi & arcendi, qui spes vanas libertatis, minoris
& æquioris gubernationis, publicæ tutelæ & majoris com-
moditatis, apud vulgus leve & credulum faciunt quales sunt
fervidi, procaces & audaculi quidam, qui præmia promis-
tunt iuvantibus, qui deserigunt quæcumque celestum, te-
mperarium, criminibus oneratum, &c. alieno onussum, ob cri-
mina sibi metuentem, ambitiosum, imperitos, simplices, le-
ves, credulos & similis farinæ homines ex tecc populi
congregant, & in ministerium adhibent & eligunt.

vide exemplam. 2. Sam. c. 15. 1. 2. 3. 1. Reg. c. 1. 3. 6. 1. Reg. c. 1. 3. 13.
2. Reg. c. 17. 20. 21. Num. c. 16. Iudic. c. 9. 3. 4. & seqq. Gregor. lib. 2. 3.
c. 3. c. 8. Daus. lib. 3. polis. c. 30. & in aphorism. conjuratio subtiliterum
exercit Rerum.

Consultum quoque ut auctoritate preditos fidissimos &
facundia excellentes mittat magistratus, qui moncant seditio-
nes & luadant utilia, & qui artem demolendi retinent. 2. Sam.
c. 15. 19. 34. Greg. lib. 2. c. 9. num. 12. 14. Bodin. lib. 4. c. 7. qui ex-
ample referunt. & Virgil. 1. Aeneid.

*Alii veluti magno in populo cum sepe coorta est
Seditio, se vieque animis ignobile vulgus.*

*Iamque faces & saxa volant, furor arma ministrat,
Tuoi potest gravem ac meritis, si forte virum quem
Confederare, plent, arrestitque auribus adstant,
Hic regis dictis animos & postora malcor.*

Quod si non actis est seditio, ipse magistratus seditiones de-
hortetur & deterrat, vel placet populum, vel sua auctoritate
vi compescat. 2. Sam. c. 14. 3. 1. c. 15. 34. & seqq. c. 20. 21. 2. 2. 23. Att.
c. 19. ubi scriba populum seditionum mitigat. Vide Lips. lib. 9. c. 4. politie.

Prodest hic etiam principis patientia moderata & prudens.
vid. 1. Sam. c. 10. in fine, nec non auctoritas inflexibilis. Greg. lib.
2. 3. c. 9. Sueton. in Iulio cap. 69. Lips. lib. 6. cap. 4.

Hoc tempore etiam non irritandi potentiores, vel iniuriis
provocandi, sed temporis cadendum. 2. Sam. c. 3. 7. 8. 9. 10. 29.
30. c. 19. 6. 7. 8. & multa difficultula & toleranda. 2. Sam. c. 3.
7. 8. 13. 27. & sedes imperii non deferenda, & instar prudentis
mauelei, levius Reipub. tempestatisbus sole submitendum, at
facit David & Exchias. 1. Sam. c. 22. 2. Sam. c. 1. 8. 3. 2. Reg. c. 1. 8. 1. 4.
vide Comineum lib. 2. hostor. c. 4. 4. c. 4. 7. & 9. Non enim summa retra-
temore in discrimatione adducenda, aut si in periculum venierit, statim sub-
derunda; praeterim viribus urgentibus hoste exterioro, nequequam tenere res
marchiini committenda, sed condicibus quantum fieri potest; aquo-
ribus, aut que tolerari poscerunt nubes illa tempestasque periculosa
fuit

sunt discutiende & cum hostibus paciscendum; immo dissimilanda multa & applausu quodam consenticendum, donec ira effuberis, ne ponamus populi rumores ante salutem Reipub. vide exemplum. 2. Reg.c.23. &c. I. Reg.c.20.31. & 2.Sam.c.19.22.23.24. cap.3.38.39. c.16.10. cap. 19.23.

Formidolosa verò imprimis sunt, & periculose conjurations, que moventur à regni proceribus, aut consanguineis magistratus. 2. Sam.c. 20.12. vel à potentiorib. magnatib. presidibus provinciarum, vel magistratib. aut urbibus oppeditive, vel à populo. Bodin.lib.4.c.7.de Repub.

Blandis insuper verbis tixa, contentio & seditio est leniens & dilsipanda. Iud.c.8.2.1.Sam.c.30.6.Num.c.14.6.7.8.c.16. Indic.c.8.2.Sam.c.20. Nehen c.9. Iudic.c.7. Act.c.19.nec omnium que in seditione sunt facta, ratio exigenda, ut pax faciliter coeat. 2.Sam.c.16.9.10.11.c.11.c.19.23. & plebi arma deponenti, ignoscendum. 2.Sam.c.18.16.c.19.14.c.20.22. & seqq. 1. Reg.c.4. & curandum, ut clades prior sit apud seditiones, qui tum facile clangescunt. 2.Sam.c.1.9.c.17.1.2. & seqq. Pet. Greg.li.23.c.4.c.5.c.9. de Repub. Et autores seditionis tollendi. Indic.c.8.2.Sam.c.20.c. 15. Luc.c.23.19.2. Chron.c.25. quibus sublatis dilabuntur cateri. 2.Sam.c.19.4.c.1. Reg.c.1.49. 50. Act.c.5.2. Sam.c.4.c.1.

Eit etiam remedium motuum seditionum in pena, quæ exacerbanda & temperanda secundum qualitatem & speciem seditionis.

Aliquando in multis, aliquando in paucos animadversione utendam, ubi periculum magnum imminet.

Precipue autem puniendi sunt autores seditionum & factio[n]u[m]. 2.Reg.c.3.19. Num.c.16.c.17. Indic.c.8.2.Sam.c.15.c.20.

Severitas execunda, i.e peccata paucorum: ubi atque imminet per populorum strages, detrahendit aliquid severitati, usque minoribus malis sanandis, caritas sincera subveniat. Vide exponens Greg.li.b.23.c.9. nam.15. Bodin.lib.40.cap.7.de Repub.

Quiaq[ue] ad maiorem infirmitatem spectare videtur, ad lexituram declinandum, cum a[er]ius l[et]as decreto, quamvis hic

000

decimatio, vicesimatio, trigesimalio, locū habere poterit. *Vide Greg. d. loc. num. 16. 17. Planè conviclis de criminis laſa ma jefatis, etiā cognatis principis, non parcendū. vid. Greg. lib. 22. c. 11. nu. 9. 10. 11. Val. Max. l. 6. c. 3. vi. tit. l. de seditionis. 20. & c. 20. 21. 22. 2. Reg. c. 3. 19.* quamvis, quando multitudine deliquerit, in singulos non sit insquitendum, *Scip. Amīrat. discurs. 9. lib. 2.*

Specalia remedia tollendarum seditionum sunt duo; prius consistit in pactione & compromisso, posterius in bello civili.

Prius est utilius & melius. Quod si igitur pactione & arbitrio bonorum virorum, vel aliorum lociorum, vicinorum iudicio tolli & componi potest seditio, ad arma civilia non est deveniendum, etiam si pax illa temporaria & parum firma esset: Animi enim dissidentes interea coalescunt, nec quavis statim exacta esse possunt. *Vide Bodin. lib. 4. c. 7. de Rep.*

Alterum speciale remedium tollendarum seditionum est bellum civile, quo certandum est, quando coaluit, & jam fortis est seditio & imperium detractatur, sed tamen, ut semper locus penitentiae detur & spes & metus intendarur. *ne dicit I. ipf. Sic Iphrach, Ephraimitas seditiones, quos oratione non posserat, ferro & vi compescit. David Absalonem & Schebaum bello persequitur. 2. Sam. c. 18. & c. 20. Et centurio in Att. c. 21. armata manus faveri: Iudeorum eripit Paulum. Att. c. 21. Iudic. c. 12. 2. Reg. c. 17. & c. 24. 25. Genes. c. 14. 4.*

Hoc bello civili nihil miserius, nihil sedius, quod merito mare calamitatem dixeris. Castra ex una parte contraria, parentum liberorumque sacramenta diversa: Proscriptiones innoxiorum ob divitias, cruciatus verorum illustrium, vastae urbes, fugae & caedib; ex viu[m] miserorum bona, quasi hostilis preda, venum, aut dono data: In eo nulla disciplina, aut obedientia, in eo plus militibus, quam Ducibus licet, & Victoria affera & misera.

Olim apud quosdam etiam monomachia oceccinit, que tamen recte improbatur cōiuncti recte sensu[m] iudicio. *Vide Bodin. lib. 4. c. 7. quamvis bell.*

Bello civilis illam preferendam existimes.

In hoc bello civili consultum est, ut non sit praesens magistratus, sed suis dacibus auxilia & necessaria procuret. 2. Sam. c. p. 18. 3. 4. 5. Hoc bello finito, plebs leniter est tractanda. 2. Sam. c. 18. 16. 17. c. 19. 10. 11. 14. & seqq. in modo etia n. conjurati supererit, non oblitiani, sibi conciliandi sunt. 2. Sam. c. 19. 14. c. 3. *Vide infra cap. 34.*

Contæderatio cum vicinis contrahitur pacis, tranquillitatis atque concordie, vel auxilii contrâ hostes causâ. 1. Reg. c. 15. 15. 16. 17. 18. 2. Reg. c. 16. 6. 7. Nam facile vincuntur, qui non habent vicinos confederatos. Iudic. cap. 18. 7. 10. 27. ubi Prosecuror. Abi. c. 12. 20. Ab pacem & tranquillitatem regnum salomonis floruit. 2. Chro. c. 1. 15. 1. Reg. c. 16. c. 4. 24. Quam br̄e magistratus ab iniuriis abstineret, & suis vicinis infirmisribus non iniuria inferre, aut merx, vel corromper, ne cogantur querere auxilia & confederationes contra eos. 1. Reg. c. 15. 17. c. 18. 2. Reg. c. 25. 7. 7. Nam qui societibus & federibus magnorū nuntiar facile solē esse injuriā in vicinos, 2. Reg. c. 15. 3. 7.

Tranquillitatis & concordiae causâ, Abraham cum rege Abimeleco, Danid cum rege Syria: Salomo cum Hiramo rege Tyri, sedus & pacem coluerunt uti constat ex Genes. c. 21. 21. 2. Sam. c. 8. 9. 1. Reg. c. 5. 12. 1. Chro. c. 18. 10. Sic etiā Achab. ex Israel, cum Iosaphato. 1. Reg. c. 22. 4. Sic Latini cum Romanis, & Cartaginenses cum Romanis, & alii cū aliis pacis & concordiae causa fædera habuerant; de quibus latè VVared mūsus ab Erenberg. in meditam. ntis suis. Sed tamē hic ca vendū, ne novis federibus, vel eoru occassione bello aliorū nos implicemus & cū potentibus collidentes, ruinā nobis acceleremus. Scipio Amiral. lib. 20. discurs. 11.

Pacis vero cum exteris diuturnæ, magna n. esse talicitatem, apparet ex Salomonis regno prædicto & tranquillo. 2. Chro. c. 1. 15. 1. Reg. c. 16. c. 4. 24. Quapropter decet, magistratum mature & studiose hanc pace n. querere & lancire cum vicinis, Gen. c. 21. 27. 2. Sam. c. 3. 37. & c. 14. 3. A. & c. 12. 20. c. 1. 1. 40. & antiqua foeciera renovare & tovere. 1. Reg. c. 5. 1. 2. cu. n. im. ois tamē fedus semper solet else periculotum & dubium. 1. Sam. c. 12. 9. acq.

horum auxilia fausta piis. 2. Reg. cap. 8. 29. cap. 9. 16. 2. C. en. cap. 28. 2.

Fœderæ autem facienda imprimis cum iis, qui cùdem nobis cum politiâ utungur. Ea enim firmiora: Item cuin fidis & iis maximè, qui ad claustra & aditus nostræ regionis obiecti sunt hosti, quibus maturè totisq; viribus est succurrentum. Item cum iis qui nobis plurimum prodesse possunt, si amici, vel obesse, si sunt hostes. Quæ civitatis imperant mari, sunt amici & sociæ habendæ, præsertim viciniæ, ne nos committant prohibeant, vel ex improviso adoriantur impatoris. Xenoph. in lib. de Repub. Atheniensis calamitas communis facile discedentes principes conciliat inter se & cor. j. ngit. Mucius merus, v. l. mutua aequitas, fædus inter vicinos principes conservat firmum & discernum.

Initiis viciniæ potentiz nimium ac manifestè crescentis, à viciniis maturè occurrentia & syncretismo resistendum est. Neq; hic pars neura sovenda est duobus disidentibus, neque ex eventu electio facienda. Scipio Ambras. lib. 18. discurs. 7. & obsistendum, ne cuiusquam potencia eo magnitudinis perveniat, ut vicinos opprimere possit, ut exemplis adductis probet Scip. Ambras. lib. 20. discurs. 10.

Et quoque boni principis, vicinorum populorum discordias statim sedare, seque interponere & bella vicinorum potentum incendiâ que extingueret flatim, ne & ille in idem malum & incendium trahatur, præsertim verò ubi vicini populi ruina & funus ad nos usque pertingere potest.

C A P U T X X X I I .

De administracione mediorum ad vita socialis commoditates necessariorum.

ATQUE HÆC SUA: de officiis magistratus in administrandis mediis, servientibus ad iustitiam, pacem, concordiam & disciplinam inter subditos & regnocolas concryandam. Sequitur

quitur de jure speciali & mediis illis, quæ pertinent ad commoditates vitaे socialis p. occurandas, vel incommoditates illius avertendas & declinandas.

Horum specialium iuriū administratio continet inspectionem & curā. I. Comerciorum, II. Monetae; III. Linguz; IV. Munerum & privilegiorum; V. Securitatis publica; VI. comitiorum; VII. Armorum.

In pectio & cura commerciorum regni versatur circa eoruendem res, personas, locum, tempus, modum, & formam commerciorum agit. in toru, pro utilitate, necessitate & honestate regni. Nam *divitiae principis*, consistunt in bonis subditorum. Bonae verò & facultates subditorum in negotiationibus & commerciis, quibus adquiruntur, conservantur & augentur. Commerciis sublatis, minnuntur paulatim bona, & omnium rerum penuria sequitur. Hinc Venetorum Republ. ob commercia distissima Genuensium verò & aliorum Rep. egenæ. Boer. lib. 1. c. 14. de polis. confit.

Derebus illis commercium & negotiationem permettit magistratus, quæ sine lesione animæ, aut corporis exerceti potest.

Curat autem magistratus, ut illarum rerum, quæ ad quotidianum victuum & viram necessaria sunt, importatio, comparatio & negotiatio sit facilis & expedita, & ob hanc mundinæ, seu mercatus solemnes & frequentes. Id òque providedum, ne necessaria ejusmodi à mercatoribus anticipentur, ne cariora fruant.

Itinera publica portus, & commercia in toto regno tutæ, libera & facilia reddenda, & aditus liber ad commercia agitanda, etiam Turcis aliisque infidelibus concedendus, ut pacie & otio frumentos sub liti ditescant. Dana. lib. 4. c. 2. per Ne' em. c. 12. 21. addit. exempla. 2. Chron. c. 1. 16. c. 8. 20. c. 9. 21. Antimachis lib. 3. theorem. 21.

Nautica verò in reatura & peregrinatio imprimis mercatores solet ditare & regiones coruim. Quamobrem illa est in

Situenda & retinenda. 2. *Chron. c. 8. 20. c. 9. 21. 1. Reg. c. 9. 26.* Sed quibus in locis mercatura, artes nauticæ & mechanicæ maximè vigent & sunt luctosæ, ibi quoq; est magna servorum, inquiliñorū & opificum licentia & petulantia, cui leges pondere sunt & occasiones peccandi tollendæ. *Vide Scipion. Amisat. lib. 12. discurs. 1^o.*

Impedienda est importatio rerum, quarum usus, tractatio, vel initatio est noxia & bonos civium mores corruptit, quales sunt res seplianiorum, pigmentariorum, cupedinariorum & omnium denique, qui corpora & animos hominum effeminare & rem publicam & privatam exhaustire solent cum omnium pernicie.

Impedienda similiter exportatio rerum ad viictum necessariarum in regno, ne penuria tecnicol & laborent, maximè tempore oportuno, aut caritate imminente.

Cavendum quoque est, ne ex regno transportentur res ad barbaros hostiles, quibus illi contra nos juvari possint, sic, C. que res export. deb.

Exportatio & distractio rerum non necessiarum, inutilium, superfluarum, vel abundantium, ut facilior sit, providendum est, ne quandoque post certum tempus aliundē merces importentur eiusmodi, quibus illarum, quae in nostra Repub. sunt, vilis posset esse usus, vel inutilis, aut impensis in cas inanes reddi. *Pet. Greg. lib. 4. cap. 7. num. 8. 9. de Repub.*

Siqua regio regni, inopia frumenti premitur, vel annona caritate, vel alia re, ex aliundē sublevanda à magistratu interponatur. *Vid. 2. Chronic. c. 2. 6. & seqq. Ad. cap. 12. 20.* unde facile pax inter diversos populos, ob commercia conciliatur & conservatur. *Ad. d. loco.*

Personæ commercia exerceentes tales sint, quibus jure permisum est negotiari, non proditores, vel exploratores regni, & corruptores ciuium, Gen.c.42. 9. non clerci, non nobiles, & alii qui subditis occasionem adquirendi & commerciorum nūm, qui debet esse coannunis & publicus, intercipiunt, & monopolum introducunt, ut sunt ultratii, propolas, Dardanatii, annone flagellatores, & similes.

Magistratus quoque & magnates regni, non debent ex mercaturis & negotiationibus suas augere facultates, & privatorum lucra impeditre, vel intercipere, aut vitæ tolerande occasionem alibi praetipere. l.no illores. 3.C.de commer. & mercat. l.milites. C.de re milit. Pg. Greg.lib.4.cap.7. num. 6.de Repub. Bodin.lib.3.c.8. Cntrmachiavell. theor. 32.lib.3.late. Tiraquell. de nobilitat.

Quo in loco regni commercia instituenda & habenda sint, magistratus providebit. nimirum ut locus certus, aptus & adoncus eligatur, ad quem facilis est accessus & commodior commerciorum tractatio, & ubi forum extrancorum mercatorum cum civibus sit extra civitatem, ubi hospitia sua illi eo nmodè disposita habent, non in templo locisve aliis sacris, vel religiosis, Matth.c.21. Zach.c.12.

Forum ciuium inter se sit, in ipso oppido & intra mœnia civitatis.

Certus autem locus commerciis idèò destinatus esse debet, ne per totam regionem extranci vagentur liberè, & pro mercatoribus fiant exploratores.

Mercium extrancarum cuique generi suus locus, ad maiorem, faciliorem & certiorem ciuium & extrancorum mercatorum conventum, destinatus esse debet, ut aliis locus, vini, cerevisia, frumenti, panni, aliarumve mercium vendendatum & emendarū designetur & habeatur. Sic Dantiscum, fragmenti emidi facultatem prabit. Veraque Frisia bneyri & caeli ostendit.

Six

Sic Middelburgum in Zelandia est mercatus & emporium vini Gallici importandi. Uordracum vero in Hollandia, vini Rhenani ad rebendi.

Tempus commerciorum relinquitur in arbitrio negotiantium. Panegyris, seu nundinatum, sive mercatum tempus, commodius esse videtur, quod in illud anni tempus est reiectum, quod solet esse serenum, tranquillum, sive pluvius, frigore, vel nive magna.

Providendum tamen hic erit, ne dies cultui divino destinatus, mercatibus illistribuatur, & negotiis hisce profanis protinetur. Esa. 17.23. & seqq. 1. Esd. cap. vii. Nehem. c. 13.15. & 6.17. 18.19. 20.21.22. Exod. c. 20. 8.9.10.

Summa est, ut magistratus, quantum potest, curet, ut omnes illius ditionis partes, divitiis abundent, sintque quam pluri locupletes & opulente domus.

Nullo enim certiores habebit questores ararios, quam subditos, nec qui pecunias ei liberalius, quoties necesse erit, suppeditent. Nobilitas egregie armis quisq; instructa, suo etiam sumptu, si res ita feres, ultrè ad bellum ibit. Mercatores & plebei homines pecuniam & milites conferent. Ecclesiaticus ordo decimas ad militie impensam valens dabit. Denique omnes pro suis quisq; facultatibus magistratum adjuvabunt, eosque habebit locupletissimos & certissimos thesauros, quos in loculis subditorum consideret. Paupertas ad res novas moliendas impellit. Tempore laborosis infeliciissimo & florenissimo Reipub. statu subditi locupletes & dives fuisti leguntur. Arque has diuitias in regno possessorum suppeditat mercatura sumaria major, que majoribus summis absque parvis mensuris ponderum, vel ulnarum exercetur.

Forma & modus commerciorum exercendorum certis legibus & regulis a magistratu praetendendus est, nemirum certi & iusti adquirendi dominii modi & causae, quas titulos juris consulti vocant, certe obligationum species, quas conventiones, contractus & pacta vocant, quibus res inter homines permuntantur: Sed absque fraude, delo, circumventione & fallacia, usurcis quoque prohibitis, monopolio, atque artibus malis

malis. vid. Iuris. sed hac via tam in locis, in quib. commercia agitatur plerumque graffatur. Ion. c. 1. 2. Nab. c. 3. 1. 2. 3. quib. quasi euniculis quibusdam publica pax & tranquillitas exercitur & usus commercio- rum munuitur & sustinetur. Miche. c. 2. ve cogitancibus iniuriam & dannis operam malo in cubilibus suis, quod illuc scense manu faciant, quem est in potestate manus ipsorum. 2. Qui concupiscunt agros quos rapiant, & domos quas adimant: opprimentes virum, cum domo ejus, quemque cum possessione sua. & 8. Ac quo beri populus meus quasi hostis insurgebat, cum adebet vestris destrahitis regam a transiunctibus securi, quietis a bello. & vers. 12. Atq. ideo Iuriscon. dicunt, interesse Reip. ne cuiusquam ius suum detrabatur. l. 2. de his qui sunt sui vel alieni jur. Item interesse Reip. ne quis re sua male utatur. Spon. just. de his qui sunt sui vel alieni jur. & ut delicta puniantur. ita vulneratus ad L. Aquil. ut summa judicia exicum fortior. l. vel negare. quom. res apertantur.

Huc quoque pertinent measuræ, pondera, statera publica & moneta à magistratu approbata, sine quibus commercia commode tractari & agitari non possunt.

Mensura, statera, & moneta, quantum fieri potest, sit una; Dent. c. 25. 13. Amos. c. 8. 5. 6. 7. & al. vicinorum, quibus cum commercia agitamus, rationem & usum accommodata, ut commerciorum expediendorum facilior sit ratio. Levit. c. 19. Pro. c. 20. Mich. c. 6.

Carcer dominii adquirendi usitate in permutationibus & commerciis sunt traditio & acceptatio, que proveniunt, vel ex mutuo, commodato, deposito, pigatore, stipulatione, vel litterarum & verborum obligacione, aut exemptione, renditione, locatione & conditione, mandato, vel societate, negotiorum gestione, et transactione, epocha, ante epocha, solutio, compensatione, retentione & pluribus aliis, de quibus latius Iurisconsulti.

Sed in hisce, omnes deceptiones, fraudes & clemaventiones tollenda & punienda; imprimis vero usuris & favori illucitio, monopolis & annonæ difficultatibus, remedia adferenda sunt, addo Mich. c. 6. 9. 10. 11. & seqq. Beter. lib. 1. c. 14. de polit. const.

Monopolium est commercium emendi, vendendi, permittandi, & à paucis, vel uno etiam usurpatum, reliquis civibus praesertim, quo precia augentur, cum lucro negotiantis & reliquorum damno. sic. C. de monopol. Hoc, uno catu licitum esse potest, alias semper prohibitum.

Licitum esse potest, quando superior illud tempore necessitatis, ob publicam utilitatem & summatam necessitatem ad pecuniam & nervum Reipub. comparandum, exercet, idq; academ tatione, qua vestigalia instituit; vel tum, quando ex privatorum & suis bonis, redditus ad usus publicos impetrū & necessitates incidentes non sufficiunt: vel quando commerciorum usus ob hostiū imperū & pericula, vel itinera non tuta, habere nō potest. Pet. Martyr. i. Reg. c. 10. ubi etiā monopolium Salomonis in d.c. 1. o. non illicitū fuisse defendit, quod equos in Aegypto extraneis, sive Salomonis ipsius rei insitentiorum potestate & concessione emere, vel educere non licuerit. Sic & Joseph in Aegypto monopolium in frumento rendendo exercuit, non ad questum, sed ad populi & Reipub. utilitatem & necessitatem, tempore famis ex iussu regis. Gen. c. 41. 34. 35. 37. & seqq. Et negotiatio nautica magistratus cui concedenda, quā maris imperium & retineat & Rempub. dicet. i. Reg. c. 9. 26. 27. 28. Sic rex Portugalia commercia & negotiaciones in Etiopiam vi armata aperuit & conservavit.

Quando etiam negotiatio est nimis ampla, ita ut negotiatorum ex eingrediens divitiarum vim adquirerent, cum eam magistratus exerceret, sibi sumere potest: ut hodie Venetiani faciunt in usu commerciorum, in Flandria, Anglia & aliis locis.

Denique quando negotiaciones eiusmodi inseruiunt usū publico, & fructus ferunt rotae Reipub. uti quando ad annonae caritatem sublærandam, frumentum emitur & venditur subditis, in quibus omnibus casibus, monopolium & negotiatio magistratus rectè conceditur.

In ceteris casibus monopolium omnino est prohibitum idēo, quod via compendiatia existimat ad questum facendum & ad plebeim evertendam.

Deinde,

Deinde, quod commerciorum promiscuus sit usus, eaque juris publici. l. si quis. 17. §. si impubes de infir. att. quo cuivis cōceditur licetis. nodis & titulis alienare, vel adquirere, pro utilitate & necessitate vitæ suæ, & contumaciam nemini interdictum est adquirere, emere, vendere, distrahere, alienare. per l. 24. §. 1. de minorib. l. 5. ex hoc jure de just. & jur. l. 1. de cont. ompt.

Tertio, cautela adquirendi, alienandi, seu commerciorum ius, introductum est, ut essent licita media, quibus homines ultrò citroque co. nūnicaret necessaria vitæ subsidia. Arg. de l. 3. quorum usum auctoritate hominibus, quid aliud, quam vitam ipsa nā adimere? Unde & commerciorum privationem propheta intercessit & penas ponit. Ezech. c. 27. per eorū Nam bīc fabditorum cogitas & paupertas, quos diuersis abundat & discēderū inter se principes. Hi enim tempore necessitatis certius & liberalius ad regni incidentes necessitates conterte & suppeditare possunt arma, pecunia, milites. vide eleganter disserentem Animachia vell. lib. 3. theorem. 32.

Sunt autem variae & multiplices technæ monopolii prohibiti, quibus damnum publicum, ob privatam animus, vel paucorum in quorundam quæ restū infertur. de quibus Tiberius Decid. lib. 7. tractat crim. cap. 21. & Menoch. lib. 2. ca. 569. arbit. Iudic. question.

Nam primò exercent monopolium, qui emunt veles, pilaces, aut aliam quampiam speciem, ut soli vendant.

Deinde, qui illicetis conventionibus confurant, vel pacifcentur, ut species diversorum corporum negotiationis, non minoris quam inter se convenerint, vendant.

Tertiò, adiutoriorum artifices, vel ergolabi, laborum suscepentes, aliisque artifices omnes, monopolium exercent, quādo pacifcentur, inter se, ne quis artifex, quod alteri committit, suum est opus, impletar, perficiat, aut iniunctam alteti sollicititudinem incipiat.

Quartū, qui actu quodam perficiunt, ius agricultore vi etiā necessaria ad forum non deferant, ut ipsi, in villis omnia ab illis coemant, & postea pro arbitrio vendant.

Quinto. qui de lo malo efficiunt, ne villa merces usq; no-
stro necessarie, ad forum deferaunt, quo dominus illius loci,
vel civis ciuidem, sua caciis vendant, cum alias abundantia
pretium iusta auerteret.

Sexto. committunt monopoliū artifices inter se pacis-
centes, ut carius operas suas locent, vel non perficiant minori
pretio, quam inter eos est convenit, vel cives convenient
inter se, ne quis corum domos, vel habitationes locet, nisi
precio tanto.

Septimo. illi artifices, qui inter se paciscuntur, ne quis-
quam eorum in illa arte alios instruat, preter filios, vel nepo-
tes eorum, vel ne quis eorum artes, seu artificium doceat, ni-
sistante presio, vel tempore minori.

Octavo. monopoliū committunt laniones, qui conjun-
ctis burlis & crumenis, omnia circum emunt, apud se servant,
& certam tantum quantitatem ad macellū deferunt, ut ca-
rius vendant.

Nono. qui præsciens magnam rerum penuriam, datā pecu-
niā comparat illas res, quarum penuriam prævidet.

Decimo. qui certas leges inter se constituunt, ut omnē car-
nem inflent, ut frustra graviora, majora & elegantiora appa-
reant, idq; ea de causa, ut carius distrahanter.

Vndeциmo. pistores, coctores, caupones & similes negotia-
tores, qui clam inter se collatis ad hoc consiliis procurant, &
statuunt aliquid, quod ad propriū commodū spectare vi-
detur, inde detrimentū & pernicē Reipub.

Duodecimo. quando artifices, vel rustici paciscuntur inter-
se, ne quis corum operas civi habitatio in urbe, vel in villa ip-
sa præflet.

Decimotertio. quando aromatarii convenient, vel statuta
caveat, ne pro exequiis defuncti, eoru quis possit vendere a-
romata, vel ceram, heredibus, nisi prius tollerint heredes,
quod aliis aromatariis defunctus debebat.

Decimo

Decimoquarto, monopolium lapit statutum, quo cavetur, ut nullus possit ire ad aliud molendinum quam tale, talis domini: quia tollit libertatem publicam.

Decimoquinto, monopolium lapit, quando cives statuto cavent ut factiones & partialitates foveantur: sicuti & quando nobiles civitatis per le & plebecii separatim faciunt aliquod statutum.

Decimosexto, committitur monopolium, quando cavetur statuto, ut nullus in collegium cooptetur, nisi sit ortus ex familia tali, vel tali civitate.

Decimoleptimo, quando inter Notarios conventum est, ut nullus possit scribere, nisi ex tali factione ortus.

Decimoctavo, omnis conventio & statutum fovens partialitates, ut loquuntur, & factiones, lapit monopolium. *Latinus Menoch. & Decianus de speciebus monoplii in dictis locis.*

Quibus addo decimono nono, monopolium quoq; committere sortiarios, sive sortilegos, ex quorum sortilegio ipsimet commodum & lucrum ex cara rerum suarum distractione, plures vero alii pecuniam inferentes, damnum sentiunt, lucrandi spe ille eti. *Keckerm. in politico system. lib. I. cap. 22, ubi & plures alias rationes ad hoc de prohibito sortilegio.* Hujus generis sunt quoque annonae fraudatores & flagellatores, qui faciunt, ut annona carior & gravior fiat ad privatam ipsorum utilitatem. Amos. c. 8. 4. audire qui anhelatis, delecturi egentem & deleteri pauperes terra. s. dicendo, quando transi verit hoc novilanius, ut rendamus commatum, & sabbatum, ut aperiamus frumenta horrea, minuendo opbam & maius faciendo pondus ac per vertendo lancibus dolofis. 6. Como parando pecunia tenues, & egentem pari calceorum, ut demique quisque frumenti vendamus, &c. & Amos. c. 2. 3. ibi, non avertam malum, eò quod vendunt pecuniam justum & egentem pro pari calceorum. v. 1. c. 3. 10. 11. & c. 5. 11. 12. Zephan. c. 1. 1. ibi succidetur totus populus mercaturam faciens excedentur omnes argenti, 12. 13.

Annona autem appellatione hic continetur frumentum.

P p p;

panis, caro, acetum, vinum, lardum, fenum, vesces, lingna, oleum, legumina. & si quæ sunt alia ad vitam sustentandam necessaria.

Ad annona flagellatores referto etiam Dardanatos, annona at temptantes, vexantes, onerantes. vid. *Dicior. in crim. tra. Stat. lib. 7. c. 22.*

Curam vero rei frumentariz & aliarum rerum necessaria- rum diligentissimam habebit magistratus; Neque enim saturo populo, ut dixit olim *Aurelianus*, quidquam potest esse letius. Id eoque frumenti copiam conquerere debet, quo subveniat subdivisus tempore annona caritatis, quo beneficio se illis gratissimum reddet. Hic prima cura erit de emptione, altera de importatione, & tertia de dispensatione annona, que citò emenda, cautè importanda & bona æconomia disponenda est. de qua re vide prudentiam economicam *Iosephi*, *Genes. cap. 41. & seqq.* vide *Petrarcham de Repub. optimè administranda*. Romani præfides sàpè tempore caritatis frumentum populo dederunt, ati *Cæsii*, *Melii*, *Manlii*, *Græcii* & *Cæsares p'nes*. *Vespasianus* operam dedit, ut semper omnium rerum copia in Repu. esset. Se verus *Imp. bac* in re adeò diligens fuit, ut post mortem ipsius tanta frumenti copia reperta fuerit, ut eâ populus per septennium ali potuerit. *Aurelianus* ut minoris prætii essent victualia, pondera graviora esse voluit. Nibil n. saturitate gratius & jucundius putavit esse populo: contra odiosa caritas, vel vietus inopia.

Constituenda igitur horrea & granaria, ex quibus tempore necessitatis ad sublevandos egenos & pauperes, annona haberi possit. His prælunt inspectores, curatores, visitatores & erogatores annona. *cit. C. de condit. in horre. lib. 1. 2. Franci. Ripa in. tra. Æd. C. de peste. c. 4. Genes. c. 41. 3. 3. & seqq. Scip. Amirat. lib. 1. 2. discurs. 3. 30.*

Déinde cura monetæ, seu numismatis cudeandi & signandi ad magistratum pertinet, quod summus eiusmodi magistratus in materia publicè cœcta statuit. *l. 1. de cont. empi. cit. C. de rebus. numis. pos.* Cum certo pondere, *Genes. c. 23.* Chata & ere

&

& forma publica, ac magistratus inscriptione, & imagine. Mar. 22. 17. 18. 20. valore quoque & functione decreta & adsig-nata. *Vide Post. Greg. lib. 36. c. 2. Syntagm. ut hoc medio hominum commerciis & necessitatibus subveniat. dol. 1. de cont. empt. Vide Bo-din. lib. c. 3. de Repub.*

Mutatio quoq; monetæ ad solum magistratum pertinet. *etiam C. de vet. numis. potest. coll. Greg. lib. 9. c. 1. num. 31. de Repub.*

Adulteratores monetæ, falsarii, monetarii, & similes coer-cendi penitus leveris.

Ratio cudendæ monetæ, miscendæ materiæ & taxandæ, à magistratu pender. *Vide de bac re constitutiones imperii Germanici, quas alii populi bac in re imitantur.*

Linguæ etiam usus & dialectus, ex præscripto superioris magistratus pender, qui in toto regno unam cultam, decoram & facundam, vel cuique reigoni diversas linguas præscribe-re & imperare potest.

Quod facilius autem magistratus lingue usum introducat, consultum est, ut leges & statuta regni eadem lingua promul-gentur. Deinde ut judiciorum, processus & sententiæ promulga-tio in eadem lingua ubique in toto regno celebrentur & per-agantur: Item instrumenta publica, legationes, commissiones & negotia publica eodem idiomate & dialecto peragantur. *Romanorū exemplo: qua de re vide l. 48. de re iudicat. Esd. c. 17. 23. & seqq. Nebem. c. 13. 23. 24. Refere quoque ut magistratus historias rerum gestarum & memorabilium lingua usitata scribi curet à docto & idoneo historico, cui ipse, qui omnia melius habet cognita, materiam suppeditare deberet. uti fecit Carolus magnus & Iulius Caesar & Alexander magnus, adde Esra. c. 4. c. 5. c. 6.*

Ai autoritatem Reipub. conservandam permagui interest, ut sancte obseretur & usurpetur lingua vernacula. *Vide Vale-gium Maximum lib. 2. cap. 2. Magistratus, inquit, prisci, quanto per-*

juane

suam populiq; Romani maiestatem retinentes se gererint, hinc cognosci potest, quod inter ecclesia, obtinenda gravitati, iudicia, illad quoque magna cum perseverantia custodiebant, ne Gracis unquam nisi Latine responsa darent: quin etiam ipsa lingue volubilitate, qua plurimum valens, excusa per interpretem loqui cogebant: non in urbe tantum nostra, sed etiam in Gracia & Asia: quòd scilicet Latine vocis bonos per omnes gentes venerabilior diffunderetur. Nec illic deerrant studia doctrine, sed nulla non in re pallium toga subiecti debere arbitrabantur: indignum esse existimantes illecebris & suavitati literarum imperii pendus & autoritatem donari. addo Nehemia c. 13. 23. 24.

De propria cuiusque regionis lingua, vide. 2. Reg. c. 19. 26. 27. Iudic. c. 12. 5. 6. Matth. c. 26. 7. 3. Act. c. 2. 6. & seqq. Marc. c. 14. 70. 1. Corinth. c. 14. 11. Ester. c. 1. 22. c. 3. 12. In bulla aurea Caroli 4. de electione imperatoris edita, mandatum est, ut filii electorum à primis annis Italicam, Latinam & Illyricam linguam addiscant, ut cum multis gentibus loqui possint. Mythredates rex Ponti, 22. gentium linguas calluit. Latina lingua hodie in omnibus fore nationibus est usitata. In scholis haec cum Graeca & Hebreaca doceatur & discitur. Varia variorum principum & regum edita de lingua excolenda & introducenda refert Greg. lib. 15. c. 3. c. 4. et Zingerus in theatro, Clapmarius li. 3. cap. 22. de arcan. Rerum publ.

Officium magistratus circa munera est, ut curet, quòd idoneis & aptis personis haec demandentur, & quo distincta munera in regno serventur, & gravamina munerum tollantur, Exempla vide. 1. Reg. c. 4. 1. Chron. c. 23. c. 24. & 25. c. 18. 15. 16. 17.

Nam cum ipse magistratus non possit sufficere administratio- ni, utetur aliorum bonorum opera. Exod. c. 18. 18. 22. Num. c. 11. 14. Dent. c. 1. 9. 12. 1. Reg. c. 3. 2. Chron. c. 19.

Munera publica, maiora sine imperio, sed cum dignitate & honore eximio constituantur: minora, vel mediocria cum iurisdictione & imperio. Bodin, lib. 3. de Rep. nulla vero demandentur ambitiosis, levibus mendacibus, insolentibus, superbis hominibus, vel iis, qui gratia apud populum valent. Nihil enim pericu-

periculosis & perniciiosis in imperio hisce, in quibus concurrevit potentia & superbia, item levitas, inconstantia, & fraudandi decipiendive cupiditas. *ut ait Bote.lib.4.c.4.Melc.Ia.li.1. que C.pol.quest.14.* Nec etiam tutum, vel consultum uti ministerio & opera eorum, qui propriam habent potestatem, ne propria & aliena potentia concurrent.

Illi vero potestas & munera tutius committuntur, quos nam maxime intereat pacem & tranquillitatem conservari, atque quibus nocet novatio & mutatio.

Operam dabit magistratus, ut ipsi Repub. sapientum multitudinem habeat, q[uo]d secundum Salomonem est salus & firmamentum in politie, sicuti in opia horum illius detrimentum; deinde curabit, ut virtutes excellentiū virorum in regno suo cognitas & exploratas habeat, ut iis uti possit ad officia & munera publica. Quia in re, si excus est, si milis habetur rustico, qui pretio siliquos lapides, margaritasve ignorans possideret, neque illis uteretur, unde sit, ut virorum prestantium & excellentiū, ob principis ignorantiam, nulla habeatur ratio. *Augustinus Cesar praeipuos et egregios viros omnes Romae viventes cognitos habuit Ludo vicis; 1 f. Galie rex virtutes & egregia dona sibi subiectorū imo & hostium cognita habuit, & iis uti scribit, ut refert Comminens. vide Richter axiom. 97. Scipio. Amir.lib.1.disc.5, & lib.13. discurs.9.*

Distinctio inter officiales observanda est & conservanda, ut nimis in officiales suos proprios suum in magistratus habet, illic utatur. Respub. seu corpus universalis confederationis, vel regnum, seu illius nomine proceres & ephori regni suos etiam officiales habeant. *vid. 1. Chron.c. 23. c. 24.c. 25.c. 25. illi a summo magistratu eliguntur & constituantur, hi vero a corpore associato, seu ephoris.*

In politia Iudaica, officiales, seu magistratus regni & R. eis. erant Seniores ex toto populo electi, qui capita populi vocabantur, qui convocati in rebus negotiis que publicis gravioribus definiendis conveniebant & de illis statuebant. uti ex 1. Chron. cap. 7. 1. 2. c. 27. 1. Reg. c. 3. 1. 1dr. c. 9. Nehem. c. 5. & 8. 2. Sam. c. 9. 2. c. 20. 24. 2. Reg. c. 18. 37. 1. Reg. c. 4. 1. adeo ut contemptis & neglectis hisce, tribus Israelite seditionem more-re solerent, ut post ad quos publicorum negotiorum inspectio periret, vide exemplum in. 2. Sam. c. 19. 4. & 44. ubi contra Davidem se commovere-runt. & in 1. Reg. c. 12. 15. ubi ad versus Rhababeam conve-nierunt & concenderunt. adde 1. Chro. c. 26. 29. 2. Chro. c. 29.

Magistratus summi officiales in politia Iudaica erant Scriba regis, magister militiae, 2. Sam. c. 9. 2. c. 20. 24. de Davidis officiaris super negotiis regis extat. 1. Chro. c. 27. 25. & seqq. 2. Chro. c. 19. 11. c. 23. de Salomonis. 1. Reg. c. 4. 1. Reg. c. 9. 2. Chro. c. 8. Abisueri, Elie. c. 1. Iosaphati. 1. Chro. c. 17. Narii. Dan. c. 6. Nehemia. Nehem. c. 11.

In politia Romana, olim alii fuerunt privatrum rerum principis officiales & magistratus, veluti comites stabuli principis, & palatinis sacarum largitionum & rerum privatrum, procuratores Caesaris, magistri sacrorum scripitorum & similes, de quibus in lib. 12. C. Iustiniani & lib. 1. tit. 26. 27. & seqq.

Alii vero erant officiales ipsius Reipub. Romanae, veluti consules, praetores, praefides & rectores provincialium, praetorius urbi, quaestores erarii proconsules, & similes, de quibus in lib. tit. 9. 10. 11. & seqq. d. lib. 1.

Ab initio quoque illius Reipub. aliae provinciae fuerunt, quae Cesares, seu Imperatores sibi pecunialiter retinuerunt; aliae vero, que a populo vel senatu retinebantur & demandabantur. De quibus prolixè scribo in Dicæologia cap. 5. de generib. magistr. Romanor. am.

In politia Germanorum qui p[er] imperii officiarii, consiliarii & mis- nistri, & quot, latè describitur in conflitut. Imperii Augusta habitis anno 1500. & in aurea bulla Carli quarti imp. in qua Moguntinus elector imperii archicancellarius per Germaniam, Coloniensis per Italiam, & Treverensis per Galliam dicitur. Elector Palatinus vero imperii archi-dapifer, Saxo Archimarescallus, Brandenburgensis camerarius imperii, dicitur.

*Sicutur Casaris verò & Imperatoris Germanici officiarii & ministri alii.
Sic etiam in Gallia , alii sunt officiales regis , & alii officiales regni.
Regis officiarii sunt ipsius cubicularius praefectus domi regie , quos magi-
stros domicilii regii vocant , Equus magnus , qui stabulo principis præcessit
& alii plures . Regni verò Gallici officiales sunt , Cancellarius Francie ,
Comes stablius , Marchallus , Hamyralus magnus , magister Francie ,
Thesaurarius , quique bos omnes ordine & dignitate præcedunt principes
ipsi Francie , que sanguine regio ex patribus , non aut ex matrib. sunt orti.*

Consultum aurem cit , ut & solet fieri , ut officiales regni ,
seu coronæ eligitur à populo ex iis qui sunt indigenæ regni
& ius civitatis à nativitate habet . Vido rationes quas dixi sub.ca. 8.
Regii officiales , seu summi magistratus ministri ab eodem quibus
erit in extranei eliguntur . inde sic ut illi priores officiales sole-
ant plerumque ; else hereditarii : hi verò posteriores temporales ,
ex prima coru[m] institutione & natura sua , licet quandoque
pro arbitrio principis hant hereditarii ex peculiari gratia &
beneficio illius .

Officiales regni , seu coronæ , commodis regni ejusque salu-
ti inserviunt , ad quos cura & tutela totius regni pertinet , qui-
que in commune consulerunt .

Officiales regis , hominis unius regis commodis inservi-
unt . Se in negotiis concernentibus regnum publicis , pro pri-
vatis habentur . 2. Sam c. 9.

Regii hi officiales varii esse solent , pro cuiusque prin-
cipis amplitudine & potentia ; summa illorum distinctio est ,
quod quidam eorum constituti sint cum imperio & jurisdic-
tione lata , vel mandata : quidam vero sine iurisdictione . De
quibus agunt latè iuris consulti .

Officiales illi , qui sunt sine iurisdictione & magistratu , seu
potestate , sūt duοι in generum . sunt enim ecclesiastici , vel se-
culares politici . 1. Chron . c. 6. 32. c. 18. 14. & seqq . 2. Chron . c. 19.

Ecclesiastici sunt qui negotiis sacris & divinis vacant . 1.
Chron . c. 2. c. 26. c. 27. 2. Sam . c. 9. de quib[us] dixi supra cap. 8. qui po-

testatē seculare sibi usutpare prohibetur. *Lu.c.22.25. Mat.c.22.25. & seqq. Ioh.c.8.7.8.10.6.18.30.1. Pet.c.5.3.1. Cor.c.12.12.28.*

Seculares, i.e. politici officiales sunt, qui negotiis secularibus ad hanc vitam pertinentibus interviunt. *1. Chron.c.25. & seqq capicib. & sunt togati, vel armati. Togati sunt senatores, decuriones, legati, patrici, palatini, & similes, de quibus sup.c.8.*

Senatores in suamvis curias & tribunaliis regni constitueret & eliget ex divertitorum ordigum & regionum perlonis, ut ex temporeamento diversarum nerationum, corpus senatus constet. Erunt igitur in iudicia i' hoc confessi nobiles, clerici & plebei. *vid. Antimach.lib.3. theor.3 s.2. Chron cap.19. Deut.c.16.18. cap.17. Et Indexorum Synedrium talibus constabat. Num.c.11.*

Armati officiales sunt, qui armis, ad d. tensionē Reip. cōtra vim & iniuriam illatā interviūt Reip. *de quib. latius infr.c.33. & 34.*

Distincta vero manent munera, quando omnis contusus & aratagia in officiis, ordine dignitatum, & vestimentis pre caveatur, vel tollitur. *vide Esiae cap.3; c.24. Nam si ut in corpore humano oculus non potest neque debet simul esse os, auris vel caput, aut pes, horumq; membrorum munera & functiones obire, & conterè, sic nec in Repub. unum membrū plura & diversa tractabit munera arg. i. Coroc.14. & ut deforme spectaculum esset, si fæmina virilibus vestibus, manus calceis, pedes pilo, uterentur, sic et si privati publicarum personarū vestitus utentur, vel persona honorabilis publica vestitu vulgari, militari v.*

Ergo in officiis de mādatis curabit magistratus, ut quilibet status ordō; se intralimites suos contineat, seculares non immiscerent se ecclesiasticis, & contrā ecclesiastici secularib. negotiis abstineant, & quilibet sibi demandata & ad signata negotia vocationis sue agat & tractet diligenter & fideliter. *1. Reg.c.4. & c.10.4.3. Chro.c.23. & capicib. seqq. Ier.c.5.3.4. Ezecc.13.6. Sedili. n. vigilantes & industria magistratus cum hostibus cum civib. sunt terrori grati bonis & sibi ipsis & Reip. utiles. Autoritatem & jus quod ratione vocationis sue quilibet in fidei sua commissos homines habet, salrum sarcum et tellum contra violatores servabit, argum. Dent.c.21.19.20.25. Deinde*

Deinde princeps curabit, ut sancte & innocentem intermedii agilitatu, le gerat, & maiure oviām ibit ipsorum virtutis, pri-
mò delinquentibus officium admendo & pēnas interrogando,
deinde fideliter & iedulō obsequiis, premia digna perolvēdo;

Πολὺ ψευδοῦν mulierum, immiscerentium se negotiis
ecclesiasticis, aut politicis, tempus est infelix & turbat regna &
Reip. Vid. Georg. Rict. axi. pol. 7. s. arg. Esa. c. 8. πολὺ ψευδοῦν
queviscu. u. vis improbanda & tollenda. i. Thess. c. 4. 11. sitis quieti et
agite propria Georg. Rict. axio. 24. Ordo dignitatum, honorum
distinguishio, xgradus variorum officiorum & subditorū in Rep.
se licet dignorum, præstantium, vilium & intermediorum ob-
servandus, ne confusio fiat. vid. iiii. C. ut ordo digni seruet: Esaie. c.
3. ei. c. 24. ubi indicū corrupta politia hanc confusionē ponit: contrā bene
constituta politia, ubi tūta ζia ista observatur. vid. i. Reg. c. 10. Inferi-
ores igitur et minus digni cedant dignioribus, præstantioribus. vid. Gro-
gor. lib. 4. c. 10. Bodin lib. 3. c. 8. de Repub. & Sup. c. 13. in fin. & medio.
& dixi in Ethic. lib. 2. c. 1. & seqq.

Ad populare in libertate in & cōcordiam tuendam, ordines
ita collocari oportet, ut omnes omnibus societatis & cōmu-
nitatis jure facilis conciliari possint.

Quo vetō ordine cives Reipub. sint collocandi, arbitrio cu-
jusque Reipub. & magistratus relinquendum censet Bodin. lib. 3. c. 10. Solet tamen plerunque primū locum obtinere post
sumnum magistratum, ordo ecclesiasticus lacer, qui v. tā con-
templativam agit: Secundum lenafus. Tertium, ordo militaris
Quartum, ordo togatorum. in collegiis magistratum iudicū,
jurisconsultorum & forensium: Quintum. ordo scholastico-
rum; Sextum, ordo mercatorum negotiatorumq.; Septimum
opificum ordo agricultarum & pastorum. Ultimum ordo ti-
biciū, histriōnū, saltatorū, agitatorū, ludionū, pigmentariorum
scenicorum & similiū voluptatum artificium. Omnes hi or-
dines in tres facilē cōferti possunt: ut sit primus ordo nobili-
tatis. Alter ecclasiasticorum; Tertius, plebeiorum. seu populi.

Quorum singuli rursus suos habent gradus, & eisdem ordinis homines, alii aliis in dignitate & excellentia præferuntur. *Vide Tolosan. lib. 4. cap. 6. num. 9. & seqq. de Repub. & lib. 4. cap. 10. de Rep. per l. 1. & seqq. de albo scrib. l. 2. C. ut dign. ord. ferr. lib. 12. de qua re in Etibic. lib. 2. c. 2. & seqq. tractavimus, & Chassan. in gloria mundi consider. 25. part. 4. Roma ordo patriciorum primum, ordo equestris secundum, & ordo plebejus ultimum locum obtinebat. vid. Bodam. d. c. 8. lib. 3. de Repub.*

Ordo & distinctio civium in certas classes facit non solum, ut administratio sit facilior, commodior, sed etiam ut illa sit firmior & robustior. Civitates igitur in classes, centurias parvulasque suas distinguere necessis est. *Vide Scipio. lib. 20. de regni regis, in 9.*

Singularis Dei benedictio est habere in Repub. plarimos fortissimos & optimos viros, ut David enumerat. 1. Chron. c. 11. 10. & seqq. c. 20. 1. 2. & seqq. & Salomo. 1. Reg. c. 10. Iosaphat. 2. Chron. c. 17. 7. 13. 14. & seqq. qui sunt datus & ornamentum Reipub. Hesra. c. 8. 18. 1. Reg. c. 10. Contra pernicies, quando impi & non idones ad officia publica promoventur. Psalm 12. 9. Esa. c. 3. 3. 4. Virtutes ergo viros spectabiles magistratus amabit & favebit. Nam præterquam quod virtutis aliena laus & rerum ab eius ministris bene gestarum gloria, ipsi principi adfignari soleat; exigua virtutis hominum opera in rebus magnis uti non possit. Quippe egregia facta virtutis effecta sunt, & quomadmodum ex tribus uiris aut poma decerpi nequeunt, ita princeps à viciofis, aut modica virtutis hominibus, summa laude digna officia frustra expectabitis. Neque tales virtutes prædicti homines facile adducuntur, ne aliquid se indignum aggrediantur. De quare latius Antimach lib. 3. theorem. 16. Scipio Amiral. lib. 2. discurs. 8. Exemplum habes in Iustiniano Imp. qui egregius suorum ministerorum factis, celebris factus: in Dav. de rege: in Ioas: in Antonino Imp. & aliis, qui & ipsi boni, egregiis egreditur ministerorum facinoribus illustriores sunt redditici.

Ordini & distinctioni honorum & dignitatum inservit etiam distinctio vestitus, cuique hominum generi, ordini, statui conveniens,

veniēs, iuxta munericis, vel officii suscepiti qualitatē & cōditio-
nem Greg. lib. 4. c. 11. de Rep. ut provincie etiam à provinciis, & reg-
nicole à peregrinis distinguantur. Sophon. c. 1. 8. Sic alia vestimenta
Germanorum, alia Romanorum, alia Gallorum, alia Turcarum, alia
aliarum gentium, vid. Isidor. in etymol. & Gregor. d. c. 11. & alia olim,
alia hodie.

Alia vestimenta secularibus, alia ecclesiasticis personis:
alia militibus, alia plebeis, alia illustribus, alia uobilibus
conveniunt.

In summa curandum est, ut distincta sint vestimenta, quibus sexus,
qualitas, status & conditio personarum agnoscatur. Vid. Deut. c. 22. 5.
¶ 1. 12. Num. c. 15. 38. Exod. c. 28. c. 29. Genes. c. 27. 15. Matth. c. 22.
Sirac. c. 40. 1. Tim. c. 2. Proverb. c. 7. 1. & seqq. C. do vestib. holosfer.
& aurat. lib. 11. addo Tolosan. d. lib. 4. c. 11. & qua diximus in lib. de
civili conversas..

Mutatio vestitus & consuetorum vestimentorum, atque imitatio
decreui vestiens prohibenda. Tzeph. c. 1. 8: Causa rei exempla & rati-
ones vide apud Pet. Greg. lib. 4. cap. 11. & lib. 9. Synag. c. 19.

Gravamina officiorum & munericū tollet magistratus, qui-
buscumque interdictis & penis, & ut bona fide opificia fiant,
constitueret praefectos artificiis singulis, quibus injunctum sit
munus & necessitas speculandi, inquirendi, inspiciendi, ut re-
ctè & bene omnia fiant. Gen. c. 40. 2. 3. 4. Greg. lib. 4. c. 9. in fini:
Sunt enim opificia redditus & divisio plebis; unde vivere cogantur &
familiam suam alere. Eccles. c. 5. 8. & seqq.

Cucabit quoq; ut necessaria, & utilia ac varia artifacia Rei:
• pub. non desinet, atque ut singula opificia & artificia, suas habe-
ant leges & statuta à se confirmata, secundum quæ opificia
sua excreant, quibusque inter se urantur; contrà quæ, si quid
ab aliquo contribulum ejusdem collegii committatur, illud
etiam puniatur; inde libri statutorum & privilegiorum, curia-
rum, collegiorum, contribulum, in quibus scripta sunt illæ
jura Germanicæ vocantur Nollen der handwercker oder Gilden
rechte

rechte vnd gesetz der Gunsten.

Non patetur multos ad unicū & idem vitæ genus se conferre, sed pro Reip. necessitate & hominum multitudine officia variam distribuet.

In primis vero providebit magistratus diligenter, ne rusticationes & opera rustica impedianter.

Hinc enim annonæ caritas & faunes, & necessariorū inopia. vide et. c. ut. rusti. ad nullius obs. qui ad voentes l. 1. C. de colon. fund. patrum. Ierem. c. 5. 2. 16. Ideoque sanctos et in violabiles rusticos veteres dixerunt, et plurima privilegia iisdem concesserunt. vid. Gregor. lib. 4. c. 8. n. 5. 6. 7.

Nam agriculturâ et pastoriciâ vitâ augemus patrimonium nostrum sine alterius lesione & damno. Sunt etiam agricola et pastores meriti Reipub. Ideo que horum curam diligentem habebit magistratus, et omnia que faciunt ad rem agraria et prædiorū utilitatē ordinabitis immrum de paludosis & aquosis agris secundis, persulcos, vel rigidis aridis, fossis ductis, de arboribus plantandis, inservibus succidendis. Providebit, ut locus nullus sterilis, vel inutilis, sibi relinquitur, exempli Tyberii Caesaris, Regis Massinise et aliorum de quibus Boer. lib. 8.

Carabit ergo in primis magistratus ut pagis, oppidis & urbibus pluribus exornata & culta sit que libet provincia: Deinde ut sit fertilis, frugifera. & in omnibus locis excolatur, etiam exoticis aliis usq; plantis, arboribus, seminibus aliunde allatis item bestiis utilibus, & opificiis necessariis utilibus & variis non caceat. vid. 2. Chron. c. 27. 3. 4. & 1. Chron. c. 27. 26. & seqq. 6. 4. 39. 40. & seq. c. 27. 29. & seqq. Ad quas operas et labores ministerii servorum, vel damnatorū, visitorū mendicantū, aut politum aliorumque otiosorum, inutilium alias terræ pondere, non operâ uti licet, ne audiatur illud, Apostoli, qui non laboret, nec manducabit, et ne nihil agendo, male agere discant. Vt n. avis ad volandum sic homo ad laborem nascitur.

Opificum quoque & artificum curam habebit magistratus. Sunt n. & illorum quidam necessarii ad vitam sociam: quidam

daminserviunt voluptati & jucunditati hominum. Hinc horum concursus & divitiarum variarum copia, que provinciaz magnum commercium afferunt. Nam artifices materiali pabant, important, vel exporeant, vendunt emunt ut res industria, labore artificiō vī opificum factas. Hinc Turcarum rex Selimus Constantinopolim di vitem redditurus, aliquæ millia artificium pericorum ille luc vocavit & transfudit. Nam exempla & historiæ testantur, artem, industriam ut bonis & labore prævalere natura, ejusque vires superare plus, que præstare, quænaturalis loci fertilitas producere & gignere potest. Elaboratæ quoque arte & industria hominis, meliora & præstantiora sunt iis, que natura producit. Hec enim exhibet materiam nudam & rudem illa formam induit variam & diversam, qua res carios prælantiorque redduntur & utilior. Exemplum præbet lana, ex qua industria & ars hominis varia, eaq; eximia producit, quorum usus omnino necessarius est in humana vita. Ars facit, ut excrementum vermiculi Bombycis deformis producat sericum, quo tamen nuntiuntur magnates & dites. In ferri fodina, ferri materia effoditur, ex ferro vero innumerabilia alia sunt, & parantur. Quam varia & diversa industria hominis ex rudi materia ligni producit & efformat. At hoc ipsum vero, ut ex rudi quavis materia alie res fiant, plurimum bonum opera requiritur. Unde fit, ut arte, operâ, industria, labore suo plures homines alaneant, quam reditu, vel fructu rerum quovis naturali, qui sine hominis labore esse producitur. Exemplum exhibent Italia civitates plurimas, è primis Florentia, Genua, Veneria, in quibus tot hominum millia solo suo artificio & arte alaneant. Sola provincia Flandria, ob multitudinem & varietatem opificum & artificium plurimas etiam Europæ regiones superat. Quidcumque gitur magistratus vuln suam provinciam populosque di vitem facere, is varios & diversos opifices & artifices in eam introducat, alat, vel ut tales habentes & vivant in provincia sua, curet.

Ante omnias & è primis curet magistratus, ne materia rudit, inclaborata & impolita, quam provincia præbet, vel propriæ terra gignit, exportetur rudit, & informis, sed prius, ab opificiis.

Rer

cibus vacuis elaboretur & efformetur, variis artibus ad varios usus necessarios. Non igitur permitteat, ut lana ligna, ferrum metallum, lapides, corium, & ejusmodi alia, que in terra sua gignuntur, ita India ad alios exportentur. Nam translatam materiam sequuntur plerunque, & commoda qua haberi possunt ex artificiis, nemirum subsidia vita, quibus sustentantur artifices, & vestigalia, quibus crescunt & augentur reditus publici. Magistratus igitur commoditates & utilitates sue regionis cognitas habere easque augere & fructuofiores reddere debet. Adiuus itinera, viaeque regias publicas ad provinciam suam rutas faciles & per rias quovis tempore facere debet, quod omnia importari & exportari possint facile & minoribus sumptibus.

Ad representationem princeps in omnibus in regno suo procurabit, ut id rebus suis possit esse contentum & exterorum opera atque importatione non indigeat.

Matrimoniorum quoque curam diligentem magistratus habebit. Ex his enim augentur provicia & populosus redditus. Ideo apud quosdam calibem vitam agentes, sunt subiecti quibusdam oneribus & incommodis; nec non spurii & naturales liberi a successione excluduntur. Deut. c. 23. Iudic. c. 11. Hinc edita de matrimonio orientabendo est, ut liberis gignendis subditi operam darent; Hinc praelegiis et beneficis matrimonia ornata. vide L. Papia Poppaea, Hinc de educatione leges et subsidia constituta. Nam nisi bene educentur liberi, frustra suscipiantur omnis labor de matrimonio, et Respub. male habiura est apud posterum. Scipio Amrit. lib. 2. discurs. 12.

Ratio igitur personarum matrimonio jungendarum habenda Nobis. c. 13; si nulliter gravidarum, obstetricum, neque ferendum, vel permittendum, ut Resp. Spuriis, non his adulterini vel liberis repleatur. Deut. c. 23. non seres spuriarum in populo tuo uigent ad 30. generationem. Tolos lib. 10. 9. 2. & lib. 14. c. 1. Chassan. gl. 1. mundi parte 2. confid. 15. Ratio quoque educandoram librorum haenda. Nam quales liberi educantur tales Resp. cives & ministros publicos est habiura. vide Boter. lib. 8. de polit. bene instit.

Curgabit quoque nobiliores, diliores, vel potentiores, ple-

becula

decula abutantur ad avaritiam, ambitiones & cupiditates suas, plebeorum commercia gravando, intercipiendo, duriora & difficultiora reddendo. Vnde Amos. c. 8. c. 2. c. 3. Nebem c. 5. Ezech. c. 22. Mlch. c. 2. c. 2. zbi, qui concupiscunt agros, quos raptunt, & domos, quas adimunt, opprimentes virum in domo ejus quemque cum possessione sua.

Numerum Advocatorum & iudicorum excedentem refreabit, ne sic copia, qua disciplina profligat indicium.

Operam dabit ut noipitia divertitoria & tabernacula praeferita pro peregrinis restet & com mode instituantur & hospites decanter excipiantur & tractentur & ne ex tabernis & hospitalibus sint lupanaria, cauponæ & iusta illicita, popinæ, ganeæ, aliæque probbitæ congregations & conventus.

Curatibit similiter, ut omnes praesertim verò potentiores & autoritate per editi, lumen magistratui parcant & reddant quæ illi deuenient. Ne nimis ex his immunità reddendis rationibus patiatur, sed quotannis rationes sibi reddi iubeat.

Collegiorum & facultatum illustrium opes & potentia refrenanda iustis modis & rationibus, ne noceant.

Apud Romanos conerà optimatum, nobilium & patriciorum injurias creari orant Tribuni plebis, qui auxilio plebis, etiam ad versus cōvales in eis cessione sua essent. Qui Tribuni ideo acrostichiorant. Geilius lib. 1. 3. cap. 12. Halicarn. lib. 6. Romulus ut invidiam praecaveret inter urbani que se cum sanctissimo vinculo clientela patricios & plebojus conjundebat & patriciis plebojos, & conerà plebojis patricios commendaavit, & ex illis plebi patronos sibi eligere concessit. Iuste sanctissimi, cuius faderis late defensio, auxilio, protectione conerà aliorum injurias, & subsequi, pecunia, & operis communicandis. Vit. Gell. lib. 5. c. 13. Bodin d. c. 2. Hinc apud Achænenses ostendacimus fuisse invictus & apud Syracusanos peralitus. Alec. ab. Alex. lib. 3. c. 20. Plutarach. in Aristide Prodig. Aendum tamen ne devinciant sibi potenteros plures ex populo.

Nunquam collationes & inductiones, seu contributiones neque ordinarias, neque extraordinarias, aut vestigialia regni coius sine statuum vel ordinum regni consensu vel contentus publici, aut comitorum autoritate imponeat, nisi

indicet, de quare graviter Comitus lib. 10. his tor. Heigius lib. t.
quæst. 18. Vasq. lib. 1. c. 6. & c. 7. num. 3. c. 8. Hotom. de juro regni Gallici
c. 12. c. 25. Rol. à Vall conf. 1. n. 62. & seqq. vol. 2. Schurfe conf. 59. ls. 1.

In imponendis vero tributis & contributionibus, diligenter obseruantur collationis requisita tria, de quibus supra cap. 1. n.
1. 2. dictu. n. In primis vero in illis abusus licentia, avaritia &
superbia exempla toller, quæ in exigendis à populo ordinariis
tributis, edi solent, vid. Antimach. lib. 3. theor. 32. Tzepban. c. 1. 9.
animadvercam in omnem, qui infilit in lumen, die illa, qui implent dominum
dominorum suorum violenciam & dolo. & Ex. h. c. 4. s. 9. Sic ait De-
minus labora: satis esto nobis principes Israe lis, violentiam & vastatio-
nem movere, jusque & justitiam exercere: collice depulsiones vestras à
populo meo etc. Esa. c. 5. 8. 9. 10. f. 8. 20. Ezech. c. 3. 4. Hos. c. 5. 2. 10.
Mich. c. 3. 1. audi te primores & ductores domus Israe lis, an non vestrum
est scire ius. 2. osores sunt boni & amares mali, rapientes eudem istorum
ab eis & carnem eorum ab ossibus ipsorum. 3. & quod comedunt, est caro
populi moi, exanimem eorum ab eis nudant, ac offa eorum diffingunt dis-
viduntque, ut quod est in olla & veluti carnem qua est in lebere.

¶ Collectores contributionum non patiatur esse a rebus suis.
Heigius quæst. 20. lib. 1. Roland. à Vall confil. 49. vol. 1. Nata. confil.
3. 59. lib. 2. Menocb. lib. 2. cas. 209. arb. jud. quibus praeficiat proba-
ta fidei & pios viris, exemplo Varii. Danielem rationaris ta-
libus praeficientis. Dan. c. 6. & aliorum piorum regum. 2. Sam.
c. 9. c. 20. 1. Reg. c. 4. 2. Reg. c. 18. 17. 1. Cbron. c. 18.

Thecauros repositos habebit in omoes Reipub. necessita-
tes, quibus in omnem eventum uti possit, quando deficiunt
ordinarii reditus, vel statim ex medii ordinariis, aut extraor-
dinariis subsidia colligi nequeunt. Baser. lib. 7. c. 1. & 2. de polis.
I. 1. s. 1.

In contributionibus, populus de necessitate earum dum est,
decedus deinde ut contributio sit moderata & modica pro co-
pia scilicet, aut angustia rerum, item & qualis iusta, sine per-
petuæ respectu; tertio, ne sit sordida, siquidem odiosum ex quavis re-
luctu

*odorans, etiam de loco; Quartò ne sit crebra & subiude nova. K.
avaria & crudelitas magistrorum in collectione tributorum
& expilaqdis subditis absit, & si qua tuis punienda & spongeia
exprimenda; VI. violentia in exigendo coercenda. VII. paula-
tim per partes colligenda. VIII. libera, nec sollicita rei tuz cuiq;
custodia concedatur post contributionem. IX. dispensatio
stricta & utilis rerum ex contributione collectarum innocentia-
cat. X. Censorum verò bonorum & patrimonii cuiusque
electio populo permittatur, XI. Cessante causa exactiois
tributa quoque cessent. Nequaquam igitur immoderatis exactiois
& oneribus aequi servitus gravabit subditos suos, uti Psarao, Roboam,
Achab & Iesebel. Deus calib. panas comminatur. Iob.c.24.2.3.4.21.
22.23.24. Amos.c.5.8.1.12. Mich.c.3.1.2.3.4. sed insister potius re-
stigiis Moysis. Numoc.16.15. Samuelis. I. Sam.c.1.2.3. Iobi. Iob.c.31.
38.39.40. Salomonis. Reg.c.4.25. Nehemia. Nehem.c.5.14. & seqq.
Heijius quest. 1. 8.lib. 1.*

Privilegia & immunitates sine justa & probabili causa ma-
gistratus nulli concedet.

Quædam etiam privilegia nequaquam concedenda, uti im-
primis, ne magistratus aliquis intermedius sit immunis à red-
denda ratione officii sui. ne volvis. Plato lib.6. de legib. Heijius
lib.1. question.20,

Deinde immunitatem non ita concedet, ut illa cum allo-
rum injuria quidam televentur, & immunitas vel vocatio hu-
nius alterius sit afflictio.

Tertio, extremâ Reipub. necessitate, omnia privilegia con-
cessa, ob Reipub. salutem cessabunt. Rosenthal. lib.1. de feud. cap.
5. Roland. consil. 1. num. 76. & seq. vol. 2. Tesaur. de c. - 034. num. 202.
Modestus. Pistoris consil. 4. num. 24. & seqq. vol. 1. Consil. lib. 2. obs. 15. p.
num. 26. Heijius lib. 1. quest. 1. 8. num. 2. 5. & seqq. Bodin. lib. 1. cap. 6.
1. Reg. c. 150. 2. Tum enim publica utilitas prædicta preferatur, ex omni-
gia privilegia sub caccia illa condicione, si quis publicum vorabatur,
confusa esse videtur, sic C. secontra utilitatem publicam, illa si privilegia

regioni vel provincia, aut municipio cuidam, vel collegio concepha, finis iusta & gravi causa illi admenda non sunt. Sunt quoque quedam urbis
privilegia & beneficia, que cum suburbis non communicantur & contraria.
et Privilicia mercatorum tempore nadamarum tunc per
quiescant, ut sit illo tempore tutus accessus, recessus & com-
moratio commoda, fides publica & proteccio. Vido Greg. lib. 4.
c. 3. de Repub.

Omnium in ordinum & generum collegia licita honesta, vel
necessaria princeps conservabit, & defendet. Hisce enim con-
cordia amicitia & conspiratio civium continetur & foveatur,
& in his Reipub. contra vim, iniuriam & omnem necessitatem
incide. Item finium praesidium est, sive pecunia, sive milite
opus est. Bodin. lib. 3 cap. 7. de Repub.

His etiam tua convivia & conventus statim temporibus ad
convendam, conciliandam & conservandam, concordiam, cari-
tatem & amicitiam concedere debe. Arg. Nam. c. 9. Lene. c. 23.
Bodin. d. loco. ne quaquā verò exercitium religionis vestre, nisi
eum, quando sine exitio Reipub. prohibere non potest. cum
enim commodiores occasions expellat.

Securitas publica ita prætendata in regno, ut tuta sint itinera
publica, maria, silvae & alia loca, & commercia publica provin-
cia, & totū regnum sit tunc pacatum & libertatis & cum vici-
nis max. colata. Rosentb. de fœd. li. 1. c. 5. concil. 2. 10. seqq. Ita pios re-
ges faciſſe, pacem 1. Reg. c. 4. 24. Et par erat et circumquaque ab omnibus
lateralibus suis 25. adeo ut confideres Iehuda & Irael securum quisque sub
viro sua et sub fœna sua à Dane Borzebaum usque omnibus diebus S. domo
mia. Exempla vido 2. Sam. c. 1. 1. c. 8. 9. 10. 1. Reg. c. 5. 1. & seqq. Eſad.
c. 3. 2. 16. 17. 18. 19. 20. Allo. c. 2. 20 c. 19. 46. Huius igitur necof-
ficiis requirit, ut contra omnem vim lachonem & injuriam, omnibus pa-
rata à magistratus defensio & protectio. Vido qua supra ad publica se-
curitate dixi. Quatenus si publica calamitas, hac securitate publica subla-
ta, apparet ex 2. Chron. c. 5. 4. sed reprobis istis non erat pars excusatio &
neglecti, perindevaluationes magna super omnes habitatores regionū illarū.

Apparet

Apparet quod quod compere belli quo ad eam publicam securitatem, quis-
cent omnes artes, commercia & agricultura, & terra pro descubabent
Ad. Col. 2. 20.

Citicia & munera publica, pro merito & virtute cuiusque distribuet, non preceo vendet. Salust. rebus magistratus, ait, ex virtute non ex pecunia creantur. Nam illis suam autoritatem tueri possunt. hisce vero aliorum odia in se concitat. Boter. lib. 1. c. 15. *Ancimabili. 1. 1. chro-*
or. 3. 5. Et potestas conjuncta malitia, ne vos & robur malis affectibus addit, & imperiori impunitur id, quod ab ipsis quibus administrandum Remp. commisit, factum est. Munera igitur ista, non ex gratia, amore
vel ex ratione remuneracionis sed virtutum necessiarum, quibus quis ornatus est, sunt conferenda. Exod. c. 18. 18. & seqq. ut approbat nullam amicitiam, pecunia gratiae, sed solius Reip. rationem habitam fuisse. Iu-
gurtha de Romanis dicit: O venale imperium, si emporem inveneris. Non qui magistratus sacerdotia, imperia venalia habent, etiam iura, judicia, leges, anzinem innocentium hominum & omnia in sadissimum com-
merciū dedicant. Et pietatis & virtutum omnium premiis jubatis,
ad furta, rapinas, frides, injuriam & insidias, ad omnia denique via
ad iudicium aperire non dubitant. Execranda igitur Simonia Romani Pop-
ulicis que sacerdosia & munera ecclesiastica vendere certosq; preceo ads
dicero solet.

In hac munera distributione prudentiam adhibebit ma-
gistratus in electione & conservatione corundem.

In electione curabit, ut munera & dignitates, seu honores
immediatè a te, non ab aliis pendent, ut habeat officiosos li-
beros & nulli alii quam sibi obligatos.

Deinde in electione habebit rationem eorum, qui idonei & parés sunt, si ti diligentes, qui que integri & probi.
Alexander Severus, ut has virtutes & qualitates promovendorum ad
publica munera cognoscet, solo hac non per eum, quem ad munus pub-
licum vocare volebet, publicare, ut populi famam de eo cognosca-
re possat. Reges Chinoi per gradus suos ministros explorant, primo
feliciter in unum, postea in medias & ita successivè in gravioribus
fundato-

funzionibus. Ex rebus gestis, vita precedenti eorum, quorum opera ac
et cetera sicut, judicium suum informabit. Nam qui bene praestat, gradum sibi
ad aliora adquirit, ut Apostolus dicit. Et ex aliis quoque hominis inge-
niu[m] & virtus cognoscitur. Experiencia homo in arduis negotiis explo-
ratur. Opinio, existimatio, & fama multum valer. Atque judicium pa-
perum de hominis virtutis plures, quam de viciis faciendum est. Etatis
quoque vario habenda. Nam iuvenis ploratq[ue] calore etatis rapientem &
affectionibus indomitis & impotentiā ducitur, ut etiam sibi ipsi imperare ne-
queat. Contra virilis & similes aetas, consilio, prudentia & rerum experiri-
entia valer, ut Siracid. ait. c. 8. & Job. c. 12. 1 2. c. 3 2. 7. De bisco officia-
siorum qualitatib. vido Exod. c. 18. 21. 22. 2. Chron. c. 19. 6. 7. Psalmi
101. 3. 4. 5. 6. Sors & urna hos mores & qualitates non disser-
nit. Tacit. lib. 20. Inter plures nominatum secundum virtutem
electos, iors postea discernere potest.

Vt verò hæc electio suorum magistratus penes unam
quamque civitatem relinquatur tutius est.

Conservatio officiariorum est, quâ bonos in fide, integri-
tate, diligentiaq[ue] conservat, ne declinent corruptantur, vel
deteriores in officio reddantur, quod sit poenis & præmis.

Media vero quibus magistratus certus redditur de fide, can-
dore, integritate & diligentia ministrorum sunt. I. Stipendia
& salario honesta, sufficientia, prohibitio & interdictum pa-
nale, atque exempla punitorum. II. Non constituantur cum
plena potestate, sed limitata reservata, inspectione & libera
exauditorandi & disponendi potestate retenta. III. Contine-
antur sub metu accusationis, & necesse redendarum rati-
onum, ne sint auctorizati. vid. tit. C[onstitutio]ne omnes adie sam. civil. quan-
tim post. depos. administ. Alex. ab Alex. lib. 4. cap. 6. IV. Dati sic
potestas deferendi & prodendi, ita ramen, ut defatores illi sunt
incogniti. Tales enim sunt rati & corrumphi nequeant & faciliter tunc
explorare possunt. V. Visitatio & inquisitio fit, in qua querela
audiantur quorum vis, etiamne subdit, vicini, domestici,
& vita corundem, ita fecit Trajanus Caes. Sammel, Iosephus, &

dii vigilantes magistratus. Vide Sueton. in Vesp. c. 9. & in Domit. c. 8.
VII. Non permitiat facile per Vicarios & substitutos Reipub.
 negotia ad ministram. **VIII.** Neque permitter, aut demandabit
 uni plura officia, quæ singula totum hominem requirunt, &
 pluribus aliis dignis conferenda sunt. **I. honorem.** **10. de mun.** &
 bœ. **10. C. de prox. sacro. scrib. l. unic. C. de reis postul.** **VIII.** superfluos,
 non necessarios officiales, non constituant. Ita enim sumpens au-
 gentur, et populus concessionibus excogitatis variis expilatur. Salomon in
 amplissimo regno 7. vel. 8. intermedios habuit magistratus. **1. Reg. c. 4.**
 minutuli iudices in singulis oppidis plures fuerunt. **1. Chron. c. 27.** **2. Cbro.**
 c. 19. **Deut. c. 16. 18.** plures n. consilio communicato melius & certius,
 quam singuli iudicant. judices vero ac praefectos ex tribu Levi quæ studiis
 vacabat, Iudei eligeant. **1. Chron. c. 23. 5.**

Tres sunt inquit Bodinus, in omni Republica magistratus ordinis. Supremi, qui summantium magistratus imperio te-
 nentur: medii qui superiorum quidem iuslisis obligantur, in-
 ferioribus tamen ordine imperant: insimuli qui superiorum ma-
 gistratum legibus coercentur, nec ullum preterquam, in pri-
 vatos imperium habent.

Eorum, qui supremo ordine collocantur, duo sunt gegea:
 unu coru, qui magistratus omnibus imperare possunt, ac so-
 lius maiestatis imperiu agnoscunt: Alteru coru, qui maiestatis
 quidem solus imperio obligantur, nec ceteris omnibus, qui in
 medijs & extremitis ordinib. collocantur, imperare possunt, sed
 ijs tantu, qui suæ jurisdictionis ac potestatis finib. continentur.

Prius generis paucissimi sunt, quippe diuturno reru geren-
 darum ntu compertum est, nihil periculosius esse, quam è mas-
 gitatis e minere aliquem unum, qui ceteris omnibus, tum
 privatis, tum etiam magistratus imperare iure possit, qui-
 que uno tantum in terra sit à maiestate. **Talis apud Romanos erat**
prefectus prætorio. l. 1. c. 10. de offic. præf. prætor.

A i verò condicat perpetuos, an temporales habere ma-
 gistratus intermedios, latè disputat Bodinus lib. 4. cap. 4.

& perpetuos quandoq; præfert temporalibus distinguendo inter monarchiam & polyarchiam. In illa perpetuos, in hac temporales adiutit. *argumenta adscribere hic non opus est.* Prudentia arbitrio & judicio magistratus summi, id ex variis circumstantiis personarum & potestatis, seu muneris, temporis & loci perpendentis, eligendum esse ego arbitror, ita tamen officarios removendos esse, ut id cum bona gratia & sine consumelâ fiat, & si consumeliam abrogatio videatur habere, illos honoribus & immunitatibus quibusdam fruis permitiat.

Senatum tamen judicum, constantem & immobilem esse consultum est, ut in hoc cætera imperia mutabilia conquiescant, & prudentiam senatores usu diurno comparent. Mutatione cerebra in senatu perniciosa Reipub. & variam eamque mutabilem inducit administrationem & ad anarchiam tandem & rerum confusionem tendit & seditionibus obnoxia est.

Ita Venetiis nulla imperia & magistratus, nulla judicum collegia sunt perpetua, solum princeps est perperus. Vid. Bodin. d.lib.4.cap.4. de Repub.

Optimum Reipub. genus esse existimabit, in quo senatus consilio & magistratum imperii, salva maiestate & superiori administratione, summo magistratu commissa, omnia gubernantur. Nam hisce tanquam sustentaculis sic illis inservit & utilissimis fundamentis nititur omnis suprema Reipub. administratione. ita monnus libro Mosen. Exod. cap. 18. 21. 22. & ita ipso quoque Reipub. administrationem instituit, ut forendo oneri pargeat posset. Dene c. 1. ita & Iosaphat fecisse legitur 2. Chron. c. 19. ita Venetorum policia qui iura maiestatis habent, & supremam in Repub. potestatem nulla judicia disceptant & nihil eorum tractant, quod à magistratus & senatu explicari patet. vide Bodin. lib. 4. c. 6. in fine de Repub.

Consultum est, in regno paucos & necessarios habere intermedios magistratus. Dana. lib. 6. c. 5. non tamen, ut unus ~~et~~ unus ~~duo~~ ~~quatuor~~ preficiatur pluribus munericib. sed singuli singulis munericibus diversis. 10. honor. de mun. & honor. l. bac. parte. 10.

C. de

E. de proxim. sacer. scrib. Nam quando uni plura officia demandantur, iudiciū id est penuria hominū idoneorum, & nibil aliud e se existimat, quam in unum omnes honores & dignitatis conserre, & alios à virtutis amore alienos reddere, & viam ad virtutes & honores alias precludere.
adde 1. Reg. c. 4. 1. 2. 3. & seqq. Melch. Iun. lib. 1. politie. quast. 22. Plutarcb. de gerend. Repub. Gregor. lib. 4. c. 6.

Comperium quoque ex multitudine & multiplicatione judicum, iuris & iudiciorum corruptionem ortam, ut refatur Antimach. lib. 3. theor. 35. unde proverbium: malitia imperatorum Cariam perdidit.

CAPUT XXXIII.

De conciliis universalibus, universalis consociationis.

ATQUE ita se habet ratio administrandorum quinque iuriū symbioticorum universalis consociationis, sequitur nunc de concilio universalī. Concilium universale est conventus omnium & singulorum membrorum & statuum regni, ad consultandum & decernendū de causa & salute communī consociationis universalis, ad avertenda illius incommoda & curanda & promovenda illius commoda, indictus. Vocantur etiam comitia, conventus universalis, senatus imperii, seu regni.

Conciliī legitimā re quisita sunt. 1. causa, seu res, de qua agitur in concilio. 2. personæ conciliī. 3. locus & campus. 4. ratio & forma habendi concilii.

Causa & res ob quam comitia habentur, sunt que concernunt torum regnum, vel corpus consociatum, vel unum, aut plures status, vel subditos regni. Causarum harum quedam sunt graves & ardua, de religione & cultu divino, de bello, de pace, de contributionibus, collectis, de moneta, de ordinationibus politicis, vel ecclesiasticis, de commerciis, de salvo coniunctu & coemptu, de regni summo consistorio, de

tyrannide, de bonis publicis & reliquis regni iuribus. Quædam causæ privatos respiciunt potissimum, quæ scilicet sunt de iure secessionis, de possessione castri, de vi publica, de quo-
rumdam statuum inter te dissidiis, de privilegiis, & similib.

Personæ, quæ habeat comitia, & in concilio comparent, sunt duplices, nimirum supremus regni administrator, aut magistratus, & omnes regnicolæ.

Supremus magistratus regni præsedit conciliis universali-
bus, unde habet jus comitiorum oecumenicorum universali-
um indicendorum: jus proponendi ea, de quibus in comitiis
est tractandum: jus rogandi sententias: jus promulgandi ea,
quæ in comitiis sunt constituta. jus finem imponendi comi-
tiis. In quibus directio conciliorum conficit, quæz magistratus summis,
vel per se, vel per alios peragit.

Ius comitiorum indicendorum & statuum, seu ordinum
convocandorum, literis denunciatoris & evocatoriis ad sin-
gulos regni status missis, peragitur.

In literis hisce, causa comitiorū, locus & tempus exprimitur,
ut vocati instruti & informati, venire possint, atq; causam ex-
aminare, & locū atq; tempus, quo & quādo veniāt, sicre possint.

Propositio est causæ illius, ob quam comitia sunt indicta,
publicè in confessu omniū ordinū, viva voce facta reperitio.

Rogatio est de consultantium & consulentium ordinum
sententia percunctatio.

Promulgatio constitutorum in comitiis est corundem lite-
ris, sigillis, & subscriptlonibus superioris confirmatorum, in
confessu omnium ordinum prelectio & in toto postea regno
publicatio.

Regnicolæ ad comitia vocati partim sunt consultantes,
aut deliberantes; partim supplicantes, conquerentes, aut rei
causam suam defendantes.

Consultantes & sententiā dicētes persona, sunt oīa regni mē-
bra, seu statū & ordines, l. human. C. de leg. collegiis suis distincti,

Expe-

Expedit autem, ut collegia ordinum, quo discrepantibus eorum sententiis ex maiore numero dissentio dirimi, & certi aliquid statui possit, sive numero impari: aut si paria sint, res cogit, ut summi magistratus sententia accidentie parti alteri controversia dirimatur, conclusioq; certa fiat.

Consultum etiam est, ut in singulis ordinum, seu statuum collegiis sint ecclesiastici & seculares & quodlibet collegium, suum habeat bulleterium proprium: & omnia collegia, unum commune.

Ex ordinibus vocati non venientes jus suffragij pro illo tempore amittunt, & praesentes unanimi consensu, vel per majora suffragia in singulis suis collegiis concludunt. *vide bullam auctam Caroli IV. cap. 2. c. 3.*

Conquerentes & supplicantes, sunt omnes subditi regnico-laz. Nam omnibus apud suum statum, sub quo domicilium habent, liberè conqueri permittitur, & quilibet, qui velit denunciare, quaremedio opus habeant in Rep. patienter auditur, ut sic superior ex quavis denunciatione, de statu Reip. & regni informatus, cum ordinibus convocatis possit tractare de mediis, quibus Reip. necessitatibus subveniatur, quibus incommoda & pericula ipsius avertantur atque removeantur & quibus commoda ipsius promoteantur, ac quibus ope auxilioq; communis sit subveniendum.

Rei se defendentes in hisce audiuntur, ne in innocentes quidam qui statuantur.

Locus comitiorum pro arbitrio indicentis & convocantis eligitur, quo commode & tuto vocati venire & hospitia habere possint: vel ubi laboranti parti, seu statui Reip. melius remedium adhiberi queat. Vnde locus solet esse ordinarius, vel arbitrarius. Tempus comitiorum habendorum simili est soles esse ordinarium, statum, vel arbitrarium.

Ratio & forma comitiorum habendorum generalis est, quam peractis praecibus, & oratione de re consultanda habita,

singulorum ordinum in suis collegiis, & collegiorum postea singulorū suffragia in consilio publico rogantur, audiuntur, conferuntur, ponderantur, examinantur, & ex iisdem unanimiter, vel majori ex parte consentientibus, sententia communis, qua etiam minde pars, aliud tentiens teneatur, statuitur. Arg. L. E. humanum. C. de legib. I. Reg. c. 18. Ier. c. 26. o. 36.

Ut igitur omnis confusio in multis studiis consultanciam evicerit, & causa exactius ponderetur, status imperii seu regni collegialis et separatae consultationes suas in separatis bulleteris suis sufficiunt, acque postea ea, quae in singulis collegiis sunt placita, communicantur cum omnibus & sententie conferantur, donec ex consensu unanimi omnium collegiorum, vel maioris partis constitutio certa, que omnes ordines obliget, sanciatur & promulgetur.

& jaciendos lapides. *VII.* ad ascendendos equos à dextris & sinistris, & expeditè desiliendum ab ipsis. *VIII.* ad portandum onus. *IX.* ad equitandum. *X.* Ad tormenta duæda & transferenda in loca varia. *Bocer. lib. 9. c. 10.* de polit. confit.

Exercentur etiam milites pugnis, præmiis fictis, invasionibus, detensionibus locorum, viarum, terminorum, tollaturum: Ad hostem invadendum, provocandum, ad imperius illius expieados, declinandos, sustinendos. Nam usus & experientia militaris in pugna plus prodest & valer, quam vires.

Ordo militaris est in bellicis actionibus, in digerendis & distribuendis militibus, ad incedendum, ad standum, pugnandum, locum ad signatum occupandum, tenendum, recedendum, properandum, accedendum, declinandum, ut nimis quilibet in regimine suo, cohorte adsignata, sub suo centurione & praefecto in contubernio suo inveniatur.

Ita enim usus facilior, & expeditior, & efficacior esse potest, & quilibet sui centurionis, & centurio tribuni sui, tribunus vero sui ducis imperata exaudire, intelligere & facere possunt; ad nutum & voluntatem regentis, sine tumultu. *Certum en. est, non omnia omnibus imperanda, sed ita se Ducum auctoritas, sic rigor diliciliane haber, ut multa centuriones tribuno q; tantum iuberi expediatur, ut Lipsius ex Tacito refert. adde 2. Sam. c. 2. 28.*

In itinere quoque, vel in acie videndum, ut omnes milites ordinem incedendi servent, ut æquali legitimoque spacio milites dister à milite, nec ultra quam expedit, aut conglobent agmen, aut laxent. Sæpe enim integræ exercitus ob confusionem periēre. *Sam. c. 30. Iudith. c. 13.*

In castris observandū, ut illa apta dimensione vias suas, portas, foræ, ad formam urbis habeant, ne facile quis locū suum & coenamilitones reperire posset. *Vide Zwing. vol. 1. lib. 3.*

Ad virtutē milites conformat, ad mouitio, coercitio & exēpla.

Ad innoxiō Dueis, milites afficit & succedit ad virtutem, fortitudinem, & justitiam iram; *2. Sam. cap. 19. 12.* confirmare, immo confiso.

confirmemus nos, pro populo nostro, & pro civitatibus Dei nostri: Iehova autem faciat quod bonum visiter in oculis suis.

Coerctio est, quæ mores militum coercet & frenat, atq; robus & ordinem militarem in exercitu conservat per continentiam, modestiam & abstinentiam militum & concordiam.

Continentia in cibo & venere exigitur, ne milites effusè sint conviviis & ventri dediti, & turpisimæ parti corporis. Vtque res enervat & degenerat à robore ac virtute milites, assuetudine voluptatum.

Ideò; à castris luxuriosos apparatus conviviorū & instrumenta libidinum arcebit dux belli & leges de disciplina militari promulgabit & observabit. *Vid. Greg. lib. i. c. 9. una Annabalem byzerna solverunt & indomiticum illum nivibus atque alpibus, conservarunt somnia campanie. Armis vicit, viuis vicitus est.*

Modestia militum exigitur in verbis, vestibus & factis.

In verbis, non sint contumeliosi in hostem, insolentes, cumque contemnentes, non sint vani, & bucca turgidi, &c, quod dicuntur, Attici milites, qui in convivio & circulis cum de hostibus, mentio incidit, vix manibus temperant, qui jactabundā, vix vultum corundem sustinent, & plerumque sunt ignavi, timidi, & lolis verbis feroce, nimii, in periculis minimum ausuri, *Scip. li. 18. disc. 10.*

Viri fortes, in opere actes, ante id placidi, qui peccus animorum, iraque tacite plenum habentes, omnem ferociam in discrimen ipsū in certaminis differunt. *Lingua in confilio, valeat in certamine duxera. De timidis militibus vide Ierem. c. 48. c. 46. Iudic. c. 9. de strenuis et fortibus. 1. Sam. c. 14. 1. Chron. c. 13.*

In vestibus militum etiam modestia requiritur: & omnis splendor & jactantia illis vita adda. Horridus en. miles esse debet, non cælatus anto, argento que, sed ferro & animo fretus.

Nam illa præda cedunt et hostiē incitant et militē impedianter ad fūgā monēt. *Vidēdū igitur, potius ut bene armatus miles sit, quā ut ornatus.*

In factis modestia exigitur, ut milites sint intenti ad

Ducis sui, non signum modò, sed nutum quoque. 2. Sam. cap. 2.
 28. non curiosi, vel refractarii, qui Ducum tuorum iussa interpretari malunt, quam exsequi: item patientes in omnibus bellicis actionibus non pescatum, non venatum, aut ad aliud opus privatum eant, sine illius permisso. 7. militem. l. 9. C. de procurat.

Miles hęc tria curare debet, corpus, ut quam validissimum & periculissimum habeat; arma apta: animum ad subita imperia paratum. *videlicet Livio refert Lipsius.*

Abstinentia militum exigitur, ut à vi rapinisque absint, & manus puras habeant, provinciales non infestent, sed cum illis, tamquam cum amicis vivant, illis nihil rapiant, auferant, sed stipendio & annona sua sint cōtentati, & ita transeat, ut nō modo manus, sed nec vestigium quidē cuiquā pacato vocuisse dicatur. *Luc. c. 3. l. anni ubi Cacia c. de salgam. boffit. non preben. li. 12. 1. Sam. c. 25. 7. Pastores tuos, cum essent nobiscum, non affecimatis iniurias, ne quo desideratum est ē illis quicquam omnibus diebus, quibus fuerunt in Carmelo. 8. interroga pueros tuos, qui tibi indecubunt. 15. cum tamē bimines illi bene fuerint erga nos valde, neque fuerimus iniuria affecti, nec desideravimus quicquam, & c. 16. muri loco fuerunt nobis, & c. 20.*

Abstinentia quoque à somno nimio, voluptatibus & luxuria, milites ad virtutem conformat. *Hac vita perdidereunt in renum abundantia milites Hannibal, caput. Sic etiam sumptuosa supplex, delicata vita, luxæ, calones, adores, unguenta, licentia deprendandi, surapdi, otium, corruptunt milites & dexteriores reddunt. Hisce igitur contraria remedia sunt adhibendi & ad virtutem & abstinentiam miles informandus.*

Concordia militum inter se, si non est, parum reliqua prodetur. *Contentiones igitur in exercitu per Dices statim sunt rohendæ & definiendæ. Finiat enim tempore periculofores. Contra concordia mutua, ut habet proverbium, res patet & crescent, & magna discordia dilabuntur. Concordia, obiectio priorum delictorum, & convicia, & diversitas religionis, impedimenta esse solent. 1. Sam. c. 28. 6. 7.*

Hisce

Hicce addo adhuc alia duò remedia, quibus animi fortitudo in militibus excitatur.

Primum est, ut milites longè à patria abducantur, longe ab amicis, cognatis, parentibus, liberis & uxore. Nam hæc, quasi manus militi vinciunt, rationem & intellectum illius turbant, & animi fortitudinem minuant, *uti exemplis illustrat Boter. lib. 9. c. 9. de polis. confit.*

Alterum est, quando miles in summis angustiis, difficultatibus & periculis constituitur, & in extrema necessitate versatur. Nam tunc desperatio vires auget & animi robur. *Boter. lib. 9. c. 17. ubi historicis exemplis illustrat. Nam subtrahitis militi subfidiis omnisbus & spe omni sublata, hostem ille sapè profligasse dicitur.*

Exempla porro milites ad virtutem informant in præmia & poenis propositis.

Inter præmia refero primum stipendium militare, quod promptè & tempestivè est solvendum militi : Deinde huc refero honoraria militaria, & privilegia, quæ tribuuntur militi. Honoraria, si benè meritis tribuantur, promotiones scilicet, honores, opes, vel gloria, ob insigne aliquod factum, existant & incitant alios commilitones.

Romani non solum altiores ordines adsignabant à virtute, sed etiam publice laudes cumulabant & honores, donabantque pro concione hastas, phaleras, coronas. *Vide huius rei exempla etiam apud Iudasos Ios. cap. 5. Iudic. cap. 10. 1. Samuel. cap. 12. 1. Chron. c. 12. c. 13. Iud. c. 1. 12. qui caperis urbem, ei dabo Haec cā filiā mēā, 2. Sā. c. 23. Ios. 13. 14. Iud. c. 11. 11. 2. Sā. c. 5. 8. Ios. c. 7. 17. 18. 1. Sam. c. 18. 1. 16. c. 17. 25. 2. Sam. c. 1. 18. c. 3. 38. 39. 1. Chron. c. 11. 6. Dixerat enim David, quisquis percussio Iebusani primum, futurus est primarius & princeps, &c. Unde maximus error est, dum in militariibus muneribus deferendis sola nobilitas resipicitur, quod exemplis illustrat Scipio Ambras, lib. 17. discurs. 3. *Vide Siger. lib. 7. regn. lat. De triumphis victorum. vid. Zuing. vol. 28. lib. 3. in theat.**

Ad præmia quoq; refero laudes & encomia, quibus mirificè

incendūtur milites ad virtutis & famæ conservationē: Huc etiā
erectas in laudē virtutis: monumenta & le pulchra sumptuosa:
orationēs funebres. Apud Romanos usitata erat ovatio, triū-
phus, arcus triumphalis, corona: cōmendatio ob res fortiter &
præclarè gestas. Honorabantur etiam milites erectis statuis in
locopublico: coronis muralibus, civilibus, triūphalibus, auro,
argēto, anulis, catenis, gladiis, armillis, equis, servis, bonis, ca-
stris, oppidis, pagis & similibus honorariis, *Scip. Amīrat. lib. 2.*
discurs. 2. Bod. lib. 5. cap. 4. Rofin in antiquit. Romanis. Quidam ho-
die etiam milites strenuos & fortes cinguiō, pericelide, & ho-
nore auratorum, quos vocant equitum, ornant. Huc quoque
historiæ in laudem Ducum & militum strenuorum descripti,
quibus reddantur immortales.

Sunt ergo præmia militaria partim honores, partim cotis
moda, & partim utraque simul. Huc pertinet etiam susten-
tatio, qua milites ioutiles ad militiam, in bello reddit, ob
mutilationem membrorum, aluntur in locis à magistratu cō-
stitutis sumptibus Reipub. qua liberalitate milites redduntur
fortes, animosi & prompti. *ad. Scipion. Amīrat. lib. 2. disc. 2.*

Munificentia, similiter liberalitas & beneficentia Dicis, ma-
gnos effectus in militibus obtinet, cōsque promptos & ala-
cres reddit.

Privilégia militaria tribununtur personis, vel rebus militum,
vel utrisq. simul, de quibus latè juris. & fusa erat *Bocerus in lib.*
de iure belli.

A Emulatio quoque inter milites excitanda & conservan-
da est, quæ valde corū virtute acuit, *Bocer. l. 9. c. 13. de polit. const.*

Pena severitas est efficacissima ad militiam formandā: ira,
ut à militibus imperator potius, quā hostis metuatur. Indul-
gentia & largitio speciolum reddunt presentē exercitus amo-
rem, paulatim tamen & occulte militarem disciplinam seve-
ritatemq; minuunt. Ideoque aspero & abscondito castigationis
genere militaris disciplina indiget, quo milites etiam delecta-
tur,

etur, licet non delectet sentientiam & patientem. Iosu. c. 7. 25. et
c. 8. 33. 34. Deut. c. 23. 9. 14. Boter. lib. 9. de Polit. consit. Ranzor. lib.
2. c. 16. de b. llo. Scip. Amiras. lib. 13. discurs. 3.

Sed hoc pena & timor milites in sedibus corrigunt, in expeditionibus spes & præmia faciunt meliores.

Pena militum delinquentium est, vel communis, vel propria. l. 2.
dere milit.

Communis est, que ex communi delicto, quod in paganos & milites
cadit, infligitur d. l. 2.

Propria militum pena est, qua ex militari delicto, quod quis nisi mi-
les, contra disciplina militarem admisit, imponi solet. l. 2. l. 6. omne. de-
re milit.

Ea rursum est capitalis, vel corporis coercicio, vel ignominia & ex-
auditoratio. De his latè Bocerus lib. 1. c. 13. de jure belli, & tit. de re
milit. Melch Iun. part. 3. polit. quest. 92.

Ebrietas autem in excubis agendis gravissimè est punienda. His e-
num neglegitis, facilissimè oppida capiuntur, & exercitus internectione de-
lentur. De his vide latius Greg lib. 11. c. 7. ubi specialia maleficia, co-
rumque penas que à miliebus committuntur, refert.

Acque hec est disciplina militaris, utinam illa recepta hodie, nec foro
ma saltem eius & extrema lineamenta servarentur. Olim quidem virtus
modestiaque, i. unc procacitatis, peculantiaeque certamen est. Omnia
ind: spofita, temulentia, per vigilis ac Bacchanalibus, quam disciplina
& castris propriis immò nec in procinto & castris habentur sed per omnia
municipia desides, hospitibus tantum metuendi; effundunt se in luxum,
opulas & nocturnos carus, ibi circumferri merum largius iubent, debel-
laturi super mensa Alexandrum, suas vires exollero, hostium panicata-
rem contemnere solent: Apud hostes tropidant & ut galeati lepores fugi-
ant. ita Lipsius ex aliis. lib. 5. cap. 8. politie.

Altera bellī actio est calamitas bellica, quam inferunt mili-
tes, uti est prædatio ex argo hostili, obsidio locorum, oppido-
rū nve ad hostes pertinentium, prælrium, incendia & de-
molitiones pagorum & castrorum, homicidia, captivitas,

& similes aliae calamitatis mileriae & damna bellicae, *Vide Greg. lib. 11. c. 10. de Repub.*

Prædagere ex hostibus, pecora, iumenta ovésque abigeræ, suppelætum hostis convolare, euq[ue] spoliare, d[omi]natio[n]ibus & excursionibus in agrum hostilem facili totam regio[n]em hostilem vastare, occupare, licitu[m] esse iure ne modicat. *Genes. c. 14. 21. 1. Sam. c. 30. 20. & seqq. Dent. c. 20. 1. 2. Reg. 6. 22. 1. Cbre. c. 14. vid. Bocer. de jure belli. c. 13. & Martyr. Indic. c. 11. Ezech. c. 7. Ierem. c. 4. 9. c. 5. 2. Ios. c. 2. Esa. c. 13. c. 16. 2. Reg. c. 24. Num. cap. 31. Indic. cap. 8. Ios. c. 8. c. 11. c. 12. 1. Sam. c. 27. cap. 30. in non hostes prædas agere non licet. Dent. c. 1. Num. c. 20. c. 21. 1. Sam. cap. 25.*

Sed ita hec, ut semper major habeatur ratio etiam in se prædas commilitonum periclitantium, ne prædandi aviditas vitoriam corrumpat, & in periculum coniiciat. *Scip. Amira. lib. 17. discurs. 9. exemplis allatis docet. Lucullus recte olim dicit, se mille unum militem suum ex hostium manibus eripere, quam universas hostium fortunas sibi vindicare. Plautarch. in Lucull. & Scipio se mille unum civem servare, quam mille hostes occidere. & Seneca in Epist. princeps alieno sanguini tanquam fuso parcit, & scit homini, non esse homine prodige utendum.*

Præda capta verò dividenda est inter militares secundum meritum cuiusque etiam inter eos, qui non pugnarunt, sed apud sarcinæ remanserunt. *Dent. c. 20. 1. 4. Ios. c. 22. 18. 1. Sam. c. 30. 24. 25. ubi Pet. Mart. Greg. lib. 11. c. 10. n. 13. de Rep. Scip. Amira. lib. 17.*

Sic & obidiens urbi[m] munitionum[m] in territorio hostis concessa, actio bellica est. *2. Sam. c. 10. c. 11. c. 20. in qua necessaria, machinas bombardice, arietes, fragule, & propugnacula contra locum obsecsum. Dent. c. 20. 20. 2. Chron. c. 26. 1. 3. Voges. lib. 2. c. 25. & lib. 4. c. 13. & seqq de remilitari, quibus obsecsi loci Oppidive murus, ab obsecientibus percussiatur & perrumpanatur, vel ut hostis irruentis vis & impetus, aut machinae hostiles ab obsecsis reprimantur, vel deliciantur.*

Temere exercitum tuū obseceri non patieris. Deducendo exercitu

exercitu per loca silvosa, impedita, periculosa, salebrosa, angusta, montosa, flumina, terranea hostis, *vide Ranxov. lib. 2. de bello c. 10. Castell. lib. 2. de offic. Reg. c. 18. 59. 60. & 63.*

Deinde cuniculi, eruptio ab obsecisis; oppugnatio ab obsecientibus, solutio obsidionis; oppidi deditio, vel eiudem oppugnatio vi & armis facta; & dilectio, actiones polemicæ sunt: *vide Ios. cap. 10. cap. 1. vide Ranxov. lib. 4. c. 1. & lib. 3. c. 8. de bello:*

Quando hostis nos viribus superat, Dux sapientis est, de summa rerū cum illo transigere, quā minima potest fieri iactura. Pecunia iactura hic facilior & melior est regionis, vel provincie. Exemplum licet videre in Tarcis, & Romanis. Prodebet etiam hic suscipere defensionem alterius, uti facerunt Campani, se ob Samnicum potentiam Romanis subiicientes. Genuenses & alii. *Buter. lib. 6. c. 1. 5. de polit. confit.*

Prælium, seu pugna cum hoste est, qua de summa rerū cum illo configitur: vel pars tantum exercitus inopina, vel condita die & deliberato exercitus hostilis parti alicui occurrit, quod sine invocatione Dei fieri non debet. *1. Sam. c. 13. 12. c. 14. 19. & fine militum exhortatione. 2. Sam. cap. 10. 12. confirmamus nos pro populo nostro, & pro civitatibus Dei nostri: Iobova autem faciet, quod bonum videbitur in oculis suis, 2. Chrono. 32. 6. 7. 8. In pugna imprimis persona Dux potesta est. Iosua. c. 10. Iad. c. 7. 2. Sam. c. 31. 2. Sam. c. 28. 1. Reg. c. 22. 2. Reg. c. 23.*

Non incundum est prælium, si qua alia ratione hostis operari potest, quo milos servetur. Lassi & fame confecti, non sunt ducendi ad prælium. Locus pugne idoneus est eligendus, ne sol, ventus, pulvisve oblinet *Ranxov. lib. 3. c. 2. de bello.* Nec in prælium suaderi ducendos iocinos & desoligatos Scip. Amor. lib. 18. discurs. 7. Iudic. c. 8.

Antequam prælium inceatur hostis vires velitationibus levibusque præliistentiaz sunt. *Amor. lib. 19. discurs. 1. Ied ad deoperationem in prælio hostis non est redigendus. Scipio lib. 19. discurs. 7.* Ied spes fugaz & venia relinquenda; & omnis necessitas pugnandi horum admenda.

H b b b

Hic acies à Ducibus commode est prius instruenda: Sam. c. 11. 8. 15. Ordines à militibus diligenter servandi, strategemata, insidiae, impetus, robur animi & corporis maxima è hic valent ad victoriam.

Consultum, ut eiusmodi prælio & pugna non semper ad sit ipse superior dux, vel magistratus, qui te ipsum summæ retrū & imperii reservat. In milite enim unius lors est, in imperatore universorum. Sam. c. 18. 3. 4. quare nunc melius erit, si fueris nostrā cauſā per vigil ad ferendum opem. 2. Samue. ca. 21. 17. ibi. Non es processus ultra nobiscum in prælium, ut non extingnas lucernam in Israele. vide Exempla. 1. Reg. c. 3. 1. Ierom. c. 5. 2. Boter. lib. 3. in fine. de polit. conf.

Quod si tamen salus Reip. in discrimine vertatur, vel propter absentiam illius totus exercitus dilaberetur, aut labaret & animo desideret, aut in territorio proprio bellum illi inferatur, melius est, ut intersit, ut sua prætentia robur & vires inspiret, militi, exemplo Iosua. Ios. c. 8. & aliorum, Iudic. cap. 3. cap. 4. 1. Sam. cap. 3. 1. 2. Sam. c. 1. 1. Macch. cap. 8. ca. 9. cap. 11. vide Dana lib. 7. cap. 5. polit. Lips. lib. 5. ca. 14. Greg. lib. 11. ca. 4. de Repub. Melch. dum. lib. 1. polit. quæst. 19. & part. 2. quæst. 72. Machiavell. discurs. ca. 3. 5. Bodin. lib. 5. ca. 5. Boter. d. loc.

Principū hostium congresuum periculosisum esse testantur historiæ. Vix enim recessunt à se invicem, sine aliqua emulazione, invidia, aut indignatione. Nesciunt enim se cōpati, purgant, se contemni, aut contemnunt, & ministri eorumdem inter se colloquentes occasionem præbent iſc, vide Greg. lib. 4. c. 10. de Repub. Cominæ. com. lib. 3. Bodin. lib. 5. cap. 6. qui exemplis illustrant.

Incendia & demolitiones pagorum, urbium, munitionum, & yastatiōnes aggorum & frugum, arborūmve fieri non debēn gnisil summa uilitas, vel necessitas id suadeat. Deuter. cap. 20. & c. 23. c. 7. 33. c. 14. vide Gentil. lib. 2. de belli jure. c. 23. 1. Sam. cap. 1. 5. 2. Reg. cap. 3. Ios. cap. 8. 24. 1. Reg. cap. 1. 16. Iocel. cap. 1. Deut.

Dent. c. 28. Jerem. c. 5. c. 6. E/a.c. 26. c. 32.

Levior pugna, seu conductus, est velitatis, qua milites ad pugnam maiorem, vel impressionem preparantur.

Homicidia in bello ante ditionem, & in fidem receptionem, sunt licita. 1. Reg. c. 1. 1. 6. 2. Reg. c. 6. vide Alberic. Gentil. lib. 2. cap. 16. & seqq. de iure belli. Cic. lib. 1. offic. Dent. ga. 20. Esa. c. 24. c. 3. 3. Jerem. c. 4. c. 6. Sicut etiam captivitas ex qua servi sunt, qui ex hostibus capiuntur & servantur, cum eos occidere potuerint, qui tamen in nostris bellis, hodie non sunt, cum captis & servatis concedatur se lytro redimere. vide Alber. Gentil. lib. 2. c. 15. de iure belli & c. 16. & seqq. Greg. lib. 1. I. c. 10. de Repub. vid. de-empl. Nechem. c. 5. 1. Macch. c. 9. c. 1. 3. permittitio captivorum pro lytro est recepta. vid. Gentil. lib. 2. c. 15. de iure belli.

Vrbes captas, non deditas, diripi veteres voluerunt. Alex. ab Alex. lib. 3. ca. 1. 6. Sed tamen hic omnino parcendum legatis hostiis, pueris, iuventibus & faminis. Gentil. d. lib. 2. c. 2. 1. item agricolis, mercatoribus, peregrinis & similibus, Gentilis ca. 22. & mortuis c. 24. d. lib. 2.

Nequaquam etiam impius & infidelis rex servari debet, 1. Reg. cap. 20. 3. 6. & 42. Nechem. ca. 9. Iosu. ca. 10. c. 1. 1. addet. 2. Reg. c. 6. 1. 3. 2. Sam. c. 8. 2. 2. Chron. cap. 25. 1. 2. 2. Reg. cap. 13. 1. 8. 2. 2. Iude. cap. 7. 2. 5. Nec etiam victi magno numero sunt servandi. d. c. 7. vers. 2. 5. & cap. 20. 4. 2. 4. 3. Grego. d. lib. 1. I. ca. 10. de Repub.

Bella civilia oriuntur ex culpa principis, vel subditorum. vide Lips. lib. 6. c. 1. 2. & seqq. politic. Sed bella hec civilia non crudeliter, sed inter mox reconciliandos cives sunt gerenda: nec invictos veluti in hostes extraneos est serviendū. 2. Sam. c. 2. 2. 1. & 26. 2. Chron. c. 28. 10. 2. Sam. c. 3. 8. & multa ad tempus toleranda, vel dissimulanda. d. 2. Sam. c. 3. 8. 1. 3. 2. 0. & pax, fædus, vel reconciliatio facile admittenda. d. c. 3. & c. 5. 2. Sam. Iudic. c. 20. & amnestia lacienda & a' u' n' t' r' a' n' s' a, ne bellū rectud. car. 2. Sam. c. 3.

Inducit, quæ legitimè & rectè cum hoste, vel inter hostes sunt contractæ, sunt servandæ. Petr. Gregor. lib. 1. I. cap. 11. de

Id h b b 2

Repub. Collocutiones tempore induciarum inter hostiles exercitus periculosa sunt.

Potius pugnam, aut clades est, aut victoria.

Clades prudenter & fortiter ferenda & cognoscenda est.

1. Sam. c. 27. c. 28. Greg. lib. 11. c. 12. num. 12. de Repub. Ideoque nuntii cladis, non sunt occultandi dissimulatione mali, sed remedia statim potius querenda, non differenda. Siquidem enim calamitatis solatium est, nosse sortem suam. Eò, enim melius & citius remedia malis queruntur, quæ ex stulta dissimulatione & occultatione differuntur, vel difficiliora redduntur. Nec etiam unius prælii eventu infelici expavescendum, & hasta abiicienda, sed meliora sunt expectanda & speranda. Nam sors & successus bellii communis & victum sapienter erigit, & affligit victorem. Ergo vires reparanda sunt, & contra infortunium insurgendum, & si Deus ita voleret, melius est in bello justè occumbere, quam per dedecus in viris manere. Iudic. c. 20. 1. Sam. c. 27. c. 28. Et hinc & impatiens est ob cladem acceptam se ultra perdere. 1. Sam. c. 31. 4. 1. Reg. c. 16. 20. fortissimi viri est, eo tempore animam imperterritum ostendere vulnus, praesentia, & providentia, 1. Sam. c. 19. 10. quamvis exercitus clades infigentes, semper Rebatur. sunt periculissimæ. Terrent enim superstites milites & alios regionis incolas, motu vicini periculi fugere cogunt, oppidaque sua deserere. Quælibet enim sunt quam primam sublevanda ac fistende, vel strenuo imperatore aliquo delecto & hostibus opposito: vel exercita & supplemento novo statim conserpto: vel partis & faderibus cum hoste convenitis: vel oppidis hosti vicinos statim validè communis. 1. Sam. 31. 7.

Victori vero prodest, ut in ista trepidatione statim hostem afflictum precepsat, nec re colligendi se spatiū concedat. Iosu. c. 6. 27 & victoriam suam persequatur. Ind. c. 8. 11. 28. 1. Sam. c. 14. 7. cohibeat milites, nec patiatur minus citò eos in prædam effundi. A prælio etiam laicos & vulneratos milites refici & lanari curer. vid. Ranovium lib. 3. c. 12. de bello.

Victoria Deo adscribenda est, eiisque pro illa agenda gratia.
Iudic.

*Indic. c. 7. 1. Sam. c. 14. 2. Chron. c. 30. 12. & 14. 6. 14. 11. c. 20. 28.
Greg. lib. 11. c. 12. & Alexand. ab Alex. lib. 5. c. 30.*

In hac sciendum, quid facere victor debeat, & quid victus pati.

Victor victoria uti debet leniter, modestè & cautè.

Leniter, quia suâpte naturâ est illa crudelis, cruenta & cruda; non tamen semper. *vid. Greg. d. c. 12. & 2. Sam. cap. 12. 30. 31. 1. Sam. c. 15. 1. Reg. c. 20. & Abner petuit à Ioabo, nc fratres usque ad internacionem cederentur. Et quando extrema omnia in oculis, desperatione vidi in audaciam eriguntur, & sapè desperatio spes causa est, & necessitas irrita, robur ministrat.*

Consultum itaque hîc semper, aliquid speci hosti relinquere ad veniam & clementiam, & agri parcere, nec hostes in amittiam & desperationem redactos, difficiliores, expugnatu reddere. *vide Greg. d. lib. 11. c. 12. n. 6. 7. 8.*

Levis debet esse victoria, ita tamen, ut tria potissimum in vistoria quaeramus. Primum, ut virtus emendentur: Deinde ut in illis exemplum statuatur, ut alii possint esse cautores: postremò, ut alii pacatè & tranquillè possint vivere.

Modestè utendum victoria, quia felicitas facile superbiam & occultata alia virtus detegit. *argum. Lovit. cap. 19. 18. Fortuna vitrea est, tuuc cum splendet, frangitor.*

Habet enim has vices conditio mortalium, ut adversa ex secundis, secunda ex adversis nascantur. *1. Sam. c. 30. 15. & seqq. Greg. d. c. 12. Martyr. 2. Reg. c. 6. 22. Et vieti sunt conservandi. 2. Chron. c. 28. 8. Cicer. lib. 1. offic. 2. Reg. c. 6. 23. vide Liv. lib. 26. qui Scipionis Africani moderationem & clementiam in capti vos commendat. nisi aliud publica salus suadeat. 1. Reg. c. 20. 36. 42. Nehem. c. 9. Greg. d. lib. 11. c. 12. vid. Martyr. 2. Reg. cap. 6. 22. vel, nisi ex infâscans aliud sit faciendum in illis, qui sapientia nocuerunt, & quibus sapientia ignorum est, qui nostros capti vos crudelissime tractarunt, & de quibus meritis et suspicione est mali futuri. Ita David quandoque interfecit capti vos. 2. Samuel. cap. 12. 28. 29. 30. 31. & quandoque minimè, 2. Samuel. cap.*

8.5.6. & seqq. *Indic. cap. 20. c. 21.*

Qui nuliu. in pacis, aut quietis publicæ locum reliquerunt,
semei que à nobis victi sunt, aliter tractandi, eorumque vites
illis minuendæ & detrahendæ erunt, ut quietere cogantur. 2.
Sam. c. 8.2.2. Reg. c. 13.1.8. & 22.20. Chron. c. 25.12.

Vt verò victor se tuiore in reddat a civitate, vel provincia,
quaoi occupavit, vel oblaides accipit, vel incolas illius aliò cō-
migrare iubet, vel munitiones illius insuam potestate redigir,
vel evertit & deler, vel victis arma adiunxit, vel victos in socie-
tatem, fædus, aut ius regni recipit, vel civitati ius civitatis adi-
mit, mutis folsis vallivæ destrutis, vel urbem solo æquar. *Vide*
Scipion. Amur. lib. 13. dis. 1.8.

Abutendum verò captivis minimè est, *Dent. cap. 21.4. sed hui-*
maniter illi sunt tractandi. 2. Reg. c. 6.2.3.

Cautè victoria uti debet victor ideo, quod fermè fiat, *per res*
secundæ negligentiam crecent & securitatem. 1. Sam. c. 30.15. c.
7.15. atque ira aliquod vulnus per nimiam fiduciam accipia-
*tur. Itaque à parte victi, *victoribus metuendum*, ideoque illi presidiis*
impositis in officio continendi, 1. Reg. c. 11.14.1. Sam. c. 30.15. & seqq.

Aviditas militū in præda testanda, vel hostium nostrorum
contemptus, vel vincentium mollities & negligentia & lecu-
ritas victoris, pulchritimas sèpè Victorias corruerunt.

Vicinis etiam suspicio magistre tollenda de vi illis non in-
ferenda, ne consiperent in victorem. *Iof. c. 9.1.2.3. & hostis victi*
interitus non nimium est lugendus. 2. Sam. c. 19.6.7.8.

Fugientibus hostibus, aliquis de industria exitus & locus &
breve tempus evadendi relinquì deber, alioqui fiunt despera-
ti. *Iof. c. 10.19. & tantisper vires hostium i. comitare, ut ire-*
rum bellū movere nequeant. 2. Sam. c. 8.6.2. Reg. c. 14.6.13.14.

Finienda verò bella sunt quamvis magna & diurna, pace,
consensu & autoritate superioris & ordinum regni inita: Hu-
ijs & nomen dulce est & res ipsa salutaris: qua testa & agri
lætari videntur, queque tam victori, quam victo est utilis &
exop-

exoptanda, maximè verò victo. 2. Chron. c. 13. 18. c. 14. 13. Indic. c. 8. 28. Greg. d. lib. 11. c. 13. Bodin. lib. 5. c. 5. de Repub.

Vt verò sic nior & diuturnior pax facta sit, arma erunt ieiunda & metus faciendus. Nam sub clypeo, inclius succedit pacis negotium, ut ex aliis refers Lipsius. Quamdiu igitur exspectatur, aut metuitur hostis, neq; auxilia nostra dimittenda sunt, neque exercitus muniendus Comin. 2. part. c. 25. & 26. Greg. d. lib. 11. c. 13. Cum parca etiam victoria, victoribus potenteres sint metuendi. 1. Reg. c. 11. 14. Considerandum autem in pace, ut ea sit honesta & simplex, ut ait Lipsius.

Honesta est, qua aliqua conditione æqua & tolerabili finit bellum, & socios adhærentes includit, non quæ ignominiosa, turpis, vel cum servitute, aperta est coniuncta. Mors enim potior illâ pace Lips. & Greg. d. locis. Bodin. d. c. 5. lib. 5. de Repub.

A Eq; re conditiones existimantur, quibus neque laude verte, neque libertate, neque rebus suis omnino vici spolian- tur: Neque pax diuturna & fida esse potest, si victis superbè & duriter imperatur.

Simplex est, quæ candidè & bona fide contrahitur sine fu-
co & bello involuto. Nam s'epè ob potentium interna mala,
dilata magis prælia, quam pacem datam intelligimus. ut dicte
Salustius. Et pace suspectâ tutius bellum certum.

Pacis conditiones à superiore magistratu cum subditis in-
ix; difficili mè servantur à magistratu. Nihil enim quæ prin-
cipum mentes exulcerat, quam cum subditis pacisci & ad pa-
cta servanda compelli, præsertim quando cōtumeliam à sub-
ditis acceperint. Bodin. lib. 1. c. 6. Exemplum præberet Ludovicus 2.
rē Gallia. Francicus. 2. & 3. Et rex Hispania cum Belgis pacificens.

Tempis de pace agendi optimum & commodissimum est,
dum sibi uterque hostis confidit & patres ambo videntur, qui
non fecerunt inter se periculum vitium.

Præstat autem maturè bellum dissolvere & componere etiam, dum
adhuc aliqua spes gerendi & evadendi nobis supereft, quā pertinaciter in
sententia

Sententia odioque perseverare, nostris rebus indies magis magisque peso sum cunctibus, si aqua possunt ab hoste impetrari.

Ac rebus inclinatis, magis est, ut te inclines et quavis tua condicione pacem accipere malis, quem viribus cum valentiore certare, uti ex Cicero, Curtio & Cæsare dicte Lips. lib. 5. polit. Siquidem necessitatis parendum. & vultores pacem cupiunt, qua ipsis decora & gloria, preferunt quando videriam propè in manibus habent & pacem non abnuunt, unde sciane omnes iuste illos suscipere & finiri bella. Bod. d.c. 3. lib. 5.

Victor igitur, vel superior in bello occasiones pacis accipit, quibus dare magis, quam accipere pacem videtur. Nam fortuna belli, artem victos quoq; docet & pax utilis ad finem molestiarum & securitatem. Et melior pax certa, quam sperata victoria, quæ est contingens. Ideò in secundis rebus nihil in quomquā superbe ac violenter consulere decet, nec praesenti credere fortuna, cum quid vobis ferat incertus sis. ut refert Lips. ex Livio.

Bellorum etiam egregii fines, quando ignoscendo transsigitur, quare populus Romanus sibi famam & gloriam comparavit, quod quanta pervicacia in hostem, tanta beneficentia adversus supplices uteretur. Et talis pax hoc modo & causa facta firmior & diuturnior est. Veriloquium enim est, ubi pacem esse fidato, diuturnam, ubi voluntarii sunt pacati, ne que eo loco, servitutem esse velint, fidem sperandam esse: uti ex Livio refert Lipsius. addo 2. Reg. c. 6. 23. & ex Liv. 8. Sic dicentes: Nec credideris ullum populum, aut hominem denique in ea conditione, cuius est omni panicat, diuersus quam neesse sit mansuram vivere semper in periculis eorum, quidquid istuc præsens necessitas iniungerit, & in semper clamabunt miseram pacem, vel bello bene mutari.

Bello omnino confecto, duces & milites in suam quisque provinciam sunt benignè & cum sua præda, stipendio & præmio statim dimittendi, non frustra in armis retinendi, ne seditionem moveant, vel latrocinia armati exerceant. Ios. c. 22. 4. 2. Sam. c. 19. De pace facta conservanda vid. Greg. lib. 11. c. 14. & consicatur. Frider. de pace tenend. in lib. feud. & in confititus. imperialibus latis

lasis. Anno 1548. sub Carolo V. Imperatore.

Victis bello, in agnum subiectiois tributa imponuntur.
Ios. c. 16. c. 17. 1. Sam. c. 8. 2. Sam. c. 8. 1. Reg. c. 9. 2. Reg. c. 3. c. 17. Ne-
bem. c. 5. Est. c. 10. 2. Reg. c. 13. c. 12. c. 18. & insignia victoriarū
monumenta, ad Dei gloriā posteris sunt relinquenda. Iosue. c.
3. & 4. Iud. c. 5. 1. 2. 3. 2. Sam. c. 22.

Constitutum etiam est, coloniam in alienam gentem & nu-
 per à nobis devictam ducere. Nam hoc plurimum prodest
 ad imperiuū & metuū ejus gentis retinendum. *Bocer. lib. 8.*
c. 5. Sunt ra nēn coloniz ista dedacte presidio contra vim &
injuria n incolarum, odio laborantium, muniēdæ & firmādæ.

Mittendi autem in colonia deducēda, in aliū locum, non
 singuli, sed ipse tribus totz, ex singulis oppidis, vel tota vexila-
 la ex exercitu simul mittenda, quō sibi sint notiores & bene-
 volentiores ii, qui mitruntur in colonias.

Denique provinciam, regionem, vel urbem, aut prædia ju-
 re bellī occupata & adquisita à summo magistratu, non ille
 sibi, sed regno & Reip. adquirit, seu populo, qui regnum con-
 stituit, non secus ac servus domino suo. *Huius iuris exem-*
pla extanso 2. Samuel. cap. 8. 1. Reg. cap. 5. 2. Reg. cap. 14. 2.
Chron. c. 15. c. 26. c. 27. Num. c. 21. Iudic. c. 11. Genes. c. 48. 22. 1. Chro.
c. 12. 2. Sam. c. 9. 11. vid. Steph. Iun. Brut. de vindic. tyra. quæff. 3.
Kockerman. lib. 1. cap. 4. System. polie. Lips. lib. 5. c. 4. pol. Nam commu-
nibus opibus, pecunia, vi regni, adquirit, ideoque regno, seu populo adqui-
rit, non sibi, quæ servus institutor domino suo præponenti: idem etiam
quadam tanta in victoria civilis bellī obtinet ne manentibus viribus in-
tegris, rebolles postea iterum insurgens. 2. Reg. c. 14. 13. 14.

CAPUT XXXVII.

De administratione civili rerum publicarum & privatarum.

DE civili publicorum regni negotiorum administras-
 tione hic usque. *Sequitur de civili adminis-*
tratione.

Aratione rerum publicarum regni & privatarum.

Rerum publicarum, (quarum proprietas, & ususfructus ad populum pertinet,) administratio civilis est, qua hasce instar curatoris, tutoris & patris, magistratus summus, in usum Reip. prudenter dispensat & impendit utilitate & necessitate regni postulante.

Nam hasce res à populo accepit, cuius illae sunt, uti dini supra cap. 17. & c. 24. & quarum tantum dispensatio, ex mandato generali populi, seu regni illius causa est. Vasquis lib. 1. cap. 5. illust. contro. num. 6. & seqq. & c. 1. Roland. à Valle consil. 1. nro. 109. 112. 125. 131. 137. 138. volum. 2. per alios. ibid. Ideoque ratione administratio tenetur de dolo & culpa. ult. de administr. rer. ad civit. portin. Potest alia bona patrimonialia magistratus labore iure proprietatis & pleni dominii, in quibus habet plenam dispositionem, tanquam alius privatus, sed in bonis fiscalibus publicis, corona annexis, regni rebus, tanquam iuris sibi usurpare potest, quemcum Dominus illarum, regnum scilicet, seu Respubl. illi concessit. Stephan. Lux. Bruc. in vindicta contra tyran. quest. 3. Bogerus lib. c. 13. de polis. recte confit. Vasquis d. loco.

Necessitas vel utilitas regni, seu Reip. dispensationem & impensam postulat, quando sine illa, ab陀pria, si dpxim, rivo-
mua, et ratiæ, tranquillitas & disciplina publica, utilitas vite socialis & symbiosis haberi, conservari, vel promoveri nequit; vel ut uno verbo dicam; quam requirit negotiorum & rerum regni administratio, que summo magistratu est demandata, quibus impensis non facit, Resp. perire, vel deserier fuerit, vel quibus factis res melior emerit, vel splendoriter ficeret.

Inutiles sumptus, & impense conexa illis indecuntur, que communem Reipubl. utilitatē & commodum non promovet, que neque utilitati, neque securitati, neque defensioni inserviant, neque ad principis potestatem, maiestatem & auctoritatem ampliandam quidquam faciunt.

Ergo sumptus supervacane funt nimia principum largitiones, & luxus aulicua pompa, peregrinationes longinque non necessarie, edificios. & opera vanitatis ostentationem babentia, non utilitatem, vel com-
modi-

modicarem Reipubl. adserentia. Esa.c.5. Amos.c.2.c.4. Psal.14. Deut. c.17.16.17. Qui sumptus sive evitandi. Non enim in alios usus, pecuniam publicam, quam illa est destinata, convertere princeps potest. l.3. §. prior. de admin. rer. ad Remp. pertinet. nec illa facere, que ipse dominus verosimiliter non erat facturus, ut Iuriscons. assertunt. vid. Petr. Greg. lib.3.c.8. & c.9. de Rep. Dispensatio rerum publicarum stricta & utilis esse debet, qualis in familia boni patris. Tanta enim vires frugalitas habet, ut tot impendiis, tot erogationibus, vel sola sufficiat, ut dixit Plin. in panegyr. Et magna opos, non tam multa capiendo, quam haud multa perdendo captiuntur. ut dicit Dio.lib.52. Nefas esse dicebat Alexander Imper. ut dispensator publicus, in delectationes suas suorum reeconverret id, quod provinciales dediissent. Lamprid. in Alexand. Plin. in panegyr. in Traian. ambitio, jauntia, effusio quidvis potius quam principis liberalitas censemendam est, quam à principe quid donatur, cuius ratio nulla consensit. Et Pet. Greg. lib.22.c.3.c.4.c.5. de Rep. ad quid, inquit, necessarii sunt, tot aulice principis, officiarii inutiles, circularii, qui more harpyiarum apposita devorant, in necem subditorum, tot Secretarii, cum duis aut quatuor amanuenses sufficiente negotiis expediendis? quorū tantus numerus administratorum culinae, quibus adhærent, ut tinea, subministri, & subministrorum alii subministri & isti famuli & famulorum famuli? Cur tot nutriuntur sanguine populi birindines, adulatores, aulici, stulti, mimi, scurræ, vel veri moriones, nani, monstra naturæ, qua in deliciis habentur, masæ, aſſeclæ, comitatus & stipatores inermes, pondus inter terra & fruges consumere nat? Istos enim omnes expensis publicis nutriti in prejudicium publicum videmus. Vnde talē dispensatorem non inopie comparare licet cum sis sicibus, que in aliis præruptisq; locis nascentur, è quibus homo fructum non accipit, sed corvi canum & milii, hoc est, scorta, adulatores & ali homines inutiles Rēp. Apparatus igitur regius gubernatoris, ita debet institui, ut dignitas coſervetur principalis, & modam, vel necessitatem eius non excedat, neque quicquam ei deficiat, & pecuniam publicam quam à populo accepit, in eiusdem usum rursam impendiatur, & hominibus Reipubl. utilibus & necessariis conferatur. Alexander Severus palatiū suum comitatumque omnem, abjectis es

ex aulico ministerio cunctis ob scenis & infamibus purgavitis, neque aliquem passus est in palatinis adibuis, nisi necessarium hominem. Lampr. in Alexand. Antonius quoque aula lucis statum frugalitatem bonefam temperavit, & ministris fidis & necessariis ornavit. Egene vero principatus quidam maioribus impensis, pluribus stipendioribus & aulicis, dum plura & maiora sunt obvissa negotia. Neq; enim monius compos esset, qui veller principeps, ut privatum vivere, q;ia princeps privatus esse non posset & simul princeps. Neq; reprobandum, quod plures epulae illi in mensa offerantur, quam edere posset, nam honoris gratia hoc fit, & non superfluo. Cum sublatæ reserventur servientibus, qui etiam necessario sumunt alendi. Quod si tamen fisci substantiam, in cœiviaria & sumptus superfluos exhauriat, luxuria hac inhibenda est. Talis luxuria notatur in Heliogabalo, qui calcans camelorum cristas gallinarum, linguae pavonum & luscinarum, & similia magni præcii comedere est solitus, ut refert Aelius Lampr. Contrà laudatur parsimonia Iulii Caesaris & Tiberii. Sueton. in Vit. ipso iùs item Pertinacis, Iuliani, parsimonia & frugalitas. Sunt tamen principibus abundantiora & splendoriora convivia, præter morem solitum paranda, vel ad pompam necessaria, vel ad significandæ legatis exteris, vel principib. in visentibus amicitia, ut liberius & abundantius excipientur.

Eadem dicenda sunt de vestibus equitum; necessariis, venatione honesta, sumptuq; in illi moderato, habitâ ratione dignitatis principis, ditionis & provetutu eius, l. Reg. c. 10. 2. Cbr. 9:

Ferri otiam negotiorum Reipub. necessitas, requiri plures, qui ea tractent, plures itaque suo tempore facienda impensa principi, qui, quia gerit negotium subditorum, ideo inslè ab illis postular tributa & contributio-nes, non magis, quam negotiorum gestor cuiusque privati, recte postular et posse, oribus rerum impensas pro illis faciendis vel factas. l. 1. de negot. ges. De luxu Neronis, Caligula, Vitellii, vide Sueton. in Neron. Calig. Vitell. Heliogabali Aelium Lamprid. in eod. Greg. lib. 8. c. 6. de Repub.

Necessitas itaq; erogadarum rerum publicarum regni seu corporis consociati duplex est. Una sustentatio magistratus: Altera negotiorum publicorum administratio, sumptus & impensas regres.

Sustentatio magistratus cōveniens ipsius persone, officio, dignitat

nirati & splēdori, requirit sumptus, ad viētū & amictū magnificum & splēdidū, & deinde ad ministeriū famulorū intervētiū.

Victus convenientis auctoritati & maiestati summi magistratus est, epularum exquisitarum, & laudatarum: ut sit victus & opulentia sine reprehensione, & parsimonia ne lordinibus.

1. Reg. cap. 4.7. Erant que Salomoni duodecim Sic archi super eorum Iraelim, qui sustentabant regem & familiam ejus, mensē. quotannis orae unius cuiusque sustentare eam. 8.9. & seqq. 1. Reg. cap. 9.25. & c. 4.32. 23.24. & seqq. cap. 7.c. 10.1.2.3.5.8. & seqq. 16.17. & seqq. 2. Chron. c. 9.1. Chron. c. 13. Nebem. c. 5. Matth. c. 6.29. Esth. cap. 1.4. & seqq. 2. Sam. c. 19.33. & seqq. 1. Macch. cap. 10.20.21.22.64.65.88. 66. cap. 11.58. c. 14.43.44. De victu regio Saulis vid. 1. Sam. c. 20. Da- vidis. 1. Chron. c. 13. Salomonis. 1. Reg. c. 3.c. 10. Asuberi. Ester. cap. 1. Belsazaris. Dan. c. 9. Pharaonis. Genes. c. 40. De Musica Davidis vide. 1. Chron. c. 9. & Saulis. 1. Sam. c. 16. De Gynaceo Salomonis. 1. Reg. c. 7.8. adde Pet. Greg. lib. 8.c. 5. & lib. 22.c. 5.c. 6. qui exēpla piorum & a- liorum regum refert, qui magnifico viētu usi sunt sine luxuria vid. Eccle- c. 10.17. Prov. c. 31.4. Iob. c. 1.5. Esa. c. 5.c. 28.7. Prov. c. 23.29. Ex- empla frugalitatis veterum refert Greg. d. lib. 22. c. 5. de Repub. Valer. Maxim. lib. 4.3. Plutarch. in Apophthegm. & Greg. lib. 8.c. 6. de Rep. Amictus regum splēdidos & magnificus fuisse legitur passim. Ester. 6. 6. & seqq. 1. Macch. c. 10. 20.22.64.65.66.68.c. 11.58.c. 14.43.44. Dan. c. 1.5.7.29. Gen. c. 41.40.41. & seqq. 2. Sam. c. 19.34. 35. & seqq. 1. Reg. c. 10.5. & c. 4.27.28. non sumptuosus nimiū, ut Neronis, de quo Suet. & habitatio splēdida & magnifica. 1. Reg. c. 7.

In metropoli regni, si fieri potest, sedem & domicilium suum magistrorum habere & supremum regni tribunal; & ipsius & subditorum interest, ob præsentiam præstantissimorum virorum & auctoritatē & splendorē loci, 1. Reg. c. 7.1. 2.7. c. 10. 18. & seqq. Psa. 122.3.4.5.6. & Psal. 87.3. Deut. c. 17.8.9. & seqq.

Ministerium quoque egregium & magnificum magistrorum decet, & piis, integris & fidis hominibus constans. Psal. 101, quod sumtibus publicis alendum est.

Satellitium σωμασιοφυλάκων, et medium præstat contra pericula proditionum ambitionis. Tacit. i. annal. Miles forum, miles domam comitabatur Casarem. & Senec. i. de clement. Somnum eius nocturnis excubii muniant, latera obiecti circumfusique defendant, incurrentibus periculis se opponant. Nam imperanti etiam à proximis & consanguineis esse cavendum, docent exempla quotidiana. Siquidem nec cognatorum communia studia, non valde firma sunt repugna. Nam, ut tyrannorum vox fuit, si jus violandum est, regnandi causa violandum; neque ulla est amicitia tam arcta, nulla familiaritas tam secrete, quam animus regnandi cupidus, non concernat & violet, & abutatur amicitia & gratia in vitam & imperium etiam amici. Et mutantur hominum voluntates & amici. Ita Absalon, qui sæpè pro patre pugnavit, eundem postea oppugnavit. Et populus Christum, modò regem voluit creare, quem postea crucifigendum clamavit. vid. Greg. lib. 22.c. 11. & sup. de varia populi & regni dixi c. 23.

In hoc ministerio sunt satellites, famuli, cursores, ministri, comites palatini, αὐλάρχαι, & σωμασιοφυλάκες. Nam parum tuta & à sceleribus aliorum secura maiestas sine viribus. Ideoque ad custodiā corporis armatos habere decet principem, quos celeres, Romani veteres appellabant. Tales habuit Romulus, Augustus & alii reges & caesares, qui etiam armati & loricati in senatu quandoque venerant. Ex quibus sunt etiam custatores, cibum porcumq; prægustantes, ne veneni pericula subsint. Talos corporis custodes legitur habuisse Tiberius, Galba, Caligula, Antoninus & alii. 1. Reg. c. 10. 5. Eth. c. 1. 13. 14. 1. Sam. c. 16. 17. Et edicat qualumna dominus noster servis suis adstantibus tibi, ut requirant aliquem scientem pulsantem citharam, & Matth. c. 8. 9. Daniel. c. 4. 19. 20. c. 11. 8. c. 8. 3. 3. c. 7. 13. 23. Ierem. c. 2. 5. c. 3. 4. 19. 2. Sam. c. 8. 14. 15. 16. 17. 18. ubi Iun. & Marty. c. 19. 33. & seqq. 1. Reg. c. 4. 26. erantque Salomonis quadragesita millia præeriorum equilium, ad equitatum eius, & ad duodecies mille equites. 2. Sam. c. 12. 17. 18. 19. 20. 21. & c. 15. 14. Quamobrè dixit David omnibus servis suis, qui cum eo erant. & 15. 16. 17. & seqq. c. 9. 4. 1. Sam. c. 10. 26. c. 22. 6. 7. Dixit Saul servis suis, qui adstabant sibi. & c. 25. 15. 16. 1. Reg. c.

10.8. ubi Iun.c.14.27.28. 1. Chro.c.28.1.2. & seqq.c.18.17. Et Benaja lehoiadabi praeras Cerechais & Pelechais: filii donique Davidis primarii ad maxum regis.c.29.1.2.3.2. Chro.c.47.14. & seqq. 1. Sam. c.22.6.7.6.26.15.16. Aque eadis officiaris regii Davidis & Salomonis numerantur prolixè. 1. Chro.c.27 per eos. & 2. Reg.c.11.4.5. & seqq.c.24.14.17. vide Petr. Greg. lib.22.c.11. de Repub. qui ministre ad latera regis, ut plurimum sumebantur ex Cerechais & Pelechais, & filiis, & cognatis regis, apud Iudeos 2. Sam.c.15.18.19.e.9.4. ubi Iun. alia est.c.8. in fin. ubi Martyr. 1. Chro.c.18.17. Gen.c.41.45. ubi Iun.

Adscilcat igitur ptinceps sui corporis custodes ex illa gente, cui præfest, ne videatur illi diffidere, & odia suorum in le co-
citet. De equitat. regib. attributo extat Iudic.c.5.10.11.c.10.4. erant autem ei triginta filii equitantes triginta asellos, & Iudic.c.12.14. erant autem quadraginta filii & triginta nepotes equitantes septuaginta asellos. 2. Sam.c.15.1.2.3.4.5.1. Reg.c.4.26. erant h̄ Salomonis quadraginta millium præseriorum equitum ad equitatum eus & ad duodecies mille equites. 2. Chro.9.2.5. Iere.c.17.2.5. c.2.2.4. Hisce adde canores & musicos aliquot voluptatis ministros aulicos. 2. Sā.c.19.36. ibi, nunc audire potero amplius vocem canorum & cantariorum, & gynæcum. Esth.c.2.3.8.11.13.14.1. Reg.c.7.8.

Hodiæ aulici primarii sunt: I. Præfectus aulic. II. Marsehal-
lus. III. Cubicularii principis. IV. Burggravius. V. Præfectus
comiteatus aulici. VI. Captot. VII. Coquus. VIII. Cellarius.
& horum singulorum ministri & servitjoi.

Eſt tamen luxus vitandus & inutilis apparatus equorum, canum;
ministrorum, & edificationes non necessaria. Numerus itaq; certus, &
certus ordo in hisce ministris confitendum & habendas est, Arg. 1. Reg.
c.4. & c.10. De officialibus Cæsarum Romanorum, vide latus in li. 1.10.
& 12. Codicis Iustin. imperas.

Palati qui hi sunt eligendi ex melioribus. Psalm.101. Nam vi-
lis ille dicitur, qui viles, vel leves sibi admovet. Melior etiam & tu-
tior Reip. in qua princeps mai⁹ cl⁹, & mainisti illius boni. Inge-
nia aulicoru nota esse debet principi, ut quq; pro indole sua
regere

regere & ad negotia convenientia destinare possit. Tiberius mea dios optimos iudicabat. Nam nec eminentes virtutes se habebant, et rursum virtus oderat. Ab optimis periculum fibi, a pessimis dedecus publicum metuebat. Sed obsequia hodie magis probantur, quam virtutes aliae.

Sint igitur palatini obsequiosi, utiles, modesti, virtutis propriæ dissimilatores, sine iactantia, demandata agentes, oīa benè gesta a domino suo adscribentes, iniurias patienter ferentes & gratias agentes, cauti & fidi & circumspetæ. Lips. lib. 3. c. 11. politic. Ego cum Seneca.

Scet quicunque voles potens.

Aula culmine lubrico.

Medulcis saturer quies.

Obscurò positus loco.

Leni persuasio.

Deinde pauci, idonei & fideles sunt eligendi, usque, ne sint otiosi, certa officia assignanda. Siquidem ex aula in Reipub. virtutes virtus, commoda & incommoda in populum derivantur. Et qualis est aula, talis quoq; solet esse Reipub. administratio. 2. Sam. c. 6. Prov. c. 29. Latus a principe pro officiario, vel palatino non sumendum, quod multis male celsit Scipio. Amir. lib. 17. dis. 4. ubi exempla adducit.

Altera causa impensarum faciendarum, est rerum regni administratione. Nam requiruntur sumptus in negotiorum regni administratione, & ad viam habitacionem ac vestitum sufficiencia, salario & stipendia ministrorum, praefectorum, praesidii, Dynastarum & aliorum, qui ad Reipub. gubernationem iuvandam sunt necessarii. Iudec. cap. 17. 10. 1. Timoth. c. 6. 8. Dene. c. 14. 27. c. 25. 1. Cor. c. 9. Matth. c. 10. 2. Chron. c. 31. 2. 3. 4. 1. Reg. c. 4. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. & seqq. Exod. c. 18. 18. Omnia in decides cum tu, cum populus hic qui est tecum; nam gravis est hac res. Supra te, non poteris eam præstare solus. & 21. tu autem prævideto ex toto hoc populo & curato eligi viros strenuos, timentes Dei, viros veraces, osores turpis lucri, quos constitutas super eos præfectos milienis, præfectos centenis, præfectos quinque-

genii

Ejusmodi ergo bona subditorum privata, magistrati sunt commissa, quo ad defensionem & conseruationē, contra om- nem vim & iniuriam, non quoad alienationem & ademptio- nem, nisi ex causis duabus, subditi, nimic culpā, vel publicæ salutis necessitate. *I. Sam. c. 8. 10. & seqq. Iud. c. 9. 8. Senec. lib. 6. de beneficiis. c. 4. Iure civili, omnia regis sunt, & tamen illa, quorum ad rea gem pertinet universa possesso, in singulos dominos de scripta sunt, & unaqueque res habet possessorem suum.*

Itaque dare regi, & domum & mancipia possumus, nec donare illa de suo dicimus. & e. 6. rezie more cuncta possident: dominia vero sunt singulorum. Et Pharaon rex Aegypti, non nisi post titulum empionis, vel permutacionis, prædia suorum subditorum sibi vindicavit. Gen. cap. 45. & reprehenditur Achabus rex Israel, quod vineam Naboth sibi vi- dicaverit. *Reg. c. 21. Ezechiel c. 45. 8. ipsi portio huius terra esto in ius possessionis.*

possessionis apud Iudeam, ut non opprimant amplius principes mei populum meum, sed terram reddant domui Israeli per tribus ipsorum v.9. &c. 4.6. 16.17.18. non accipiat princeps de possessione populi, oppressione deturbando eos de jure possessionis ipsorum &c. Nec Moyses nullus a finum sae accipisse dicit. Num. c. 16. & Samuel, 1. Sam. c. 12. S. Ioseph. Iun. Brut. in vind. quest. 3. vid. Bod. lib. 1. c. 8. Geil. lib. 2. abs. 5. & seqq.

Ex culpa subditi, magistratus bona ciuidati externa, pro parte, vel in totum adiungere, vel confiscare & publicare, hoc est, in frumentum redigere potest, ob delictum ab eodem commisum, ut habet tit. de bon. damnavit. & tit. de jure fisci. 2. Samuel. c. 16.4.5. 1. Reg. c. 21. 15. 16. 1. Sam. c. 8. 15. 12. quibus locis, licet factum improbetur, jus tamen regis tale fuisse inde constat. Ios. c. 7. & 5. 24. Et ha sunt multæ & confiscationes, quibus ararium populi locuples efficiuntur, & delinquentes jure puniuntur. dixi supr. c. 1. c. 17.

Sæpe etiam quibusdam indignis bona auferuntur & fisco vindicantur. tit. de bis quib. indign.

Huc refero a. Διανομωτα, ad id exora bona vacantia, quæ dominum non habent, vel habere desierunt, bona caduca & inventa. tit. C. de bon. vacans. tit. C. de thesaur. Vlpian. tit. 19. Greg. lib. 9. c. 1. 22. 23. 24. 25. de Republ. et de quibus supr. c. 15.

Huius loci est existimatio bona furiosorum mutorum, surdorum, cæcorum, prodigorum, impuberum, minorum, & quorumvis, qui ob defectum quendam corporis, vel animi, bona sua administrare ipsi nequeunt. tum enim recte magistratus, vel lex horum bonorum curatorum et administratoreum constituit, ne latè tradantur iuris.

Necessitas & salus Rcp. nonnunquam permittit summo magistratu, de rebus subditorum suorum dispensare, casusque alienare, vel sibi eas usurpare, etiam domino illarum invitato. Ratio est quia utilitas publica preferenda est privata. l. unic. 5. fin. C. de caduc. coll. et mutua utilitas, publica causâ permittentur, que alioquin sunt verica. ita l. vulneratos. & multa. ad l. Aquil. et quando agitur de utilitate publica, agitur etiam de privata eius, cuius res capientur.

Et

Et quando plurium intereat, & res respicit universos, ut universos attendit majoris partis sententia potius, quam unius, vel paucorum. I. quod non pro ad municipijs. Et in consociatione publica, omnes consenserunt in ea que publicè utilia sunt. Quando vero & quibus ex causis hoc fiat, docente Iurist. imprimis Gell. lib. 1. obs. 55. & seqq. Zasius consil. 10. vol. 2. Pet. Greg. lib. 7. c. 20 num. 40. & seqq. & 54. 55. 56. & seqq. & lib. 9. c. 1. num. 7. & seqq. de Repub. Bodin. lib. 1. c. 8. Ant. Gabriel. in tit. de iure quaeque non collat. in comm. opin. Quo casu tamen, præsumtum quandoquo illi, cui res sua eripitur, & restituendum. 2. Sam. c. 24. 4. Gell. d. loc. & obs. seqq. sed tamen ad libidinem propriam, non hoc ipsum illi concessionem. 1. Sam. c. 3. 10. & seqq. 1. Reg. c. 11. & c. 12. & c. 21. Nemb. c. 5. Deut. c. 17. Greg. d. locis. Dard. lib. 3. c. 4. Vasquius lib. 1. c. 5. num. 15. 16. & seqq. VVelsenb. consil. 45. num. 46. 47.

Administratio magistratus consistens in adquirendo est, qua regno, seu Reip. quid adquirit, vel bello gesto, vel matrimonio, vel fædere, aut aliis legitimis modis.

Belli iure, quidque magistratus adquirit, id iure gentium, populo, seu regno, non sibi, adquirit. Nam communibus populis viribus, opibus, & pecunia adquirit, tanquam procurator, minister, vel servus suo domino mandanti, vel institor suo domino præponente. Steph. Iun. Brus. de vindic. contra tyrann. quest. 3. Vide sup. c. 12. in fine. ¶ 3. 5. Quas vero regiones, vel provincias bello, vel matrimonio Reip. adquisivit, recipit populi consensu in societatem & unum corpus regni, iis conditionibus quibus inter vicos & vincentes convenit. Vid. sup. c. 16. de confederatione & consociatione. Ideoque pro libitu & placito suo, nequam alii imperare possunt, prout putavit. Gregor. lib. 7. c. 19. nn. 9. 10. de Republ.

Matrimonio, vel occasione eius, si provinciâ, vel urbes, aut pâzios adquirit sumenus magistratus, hec etiam regno adquiri existimat quidam. Nam non presumunt uxorem dâcere, vel uxori illi uxore, quatenus Redolphus, aut Maximilianus, sed quatenus rex, imperator, & princeps illius regni. Et quæ post partum & adeptum regnum adquirit, publicis regni opibus & pecunia adquisivit & magistratum,

N. n. n

presumpto est, ut dicit Steph. Iun. Brut. Sic regnum Persicum olim & Babylonicum conjuncta, data in uxorem Cyro Cyara, is filia, ex hodiernis domus Austriae per matrimonia plurima regna sibi conjugantur. videlicet Thesau. polit. c. 6. 7. et 10.

Federe regno adquirit provincias pacientes iis conditionibus, quibus receptae illae fuerunt in ius regni & civitatis. vid. sup. c. 16.

Opera, labore & parangariis subditorum parcè utetur, & non nisi necessitate exigente. Rigidos laborum exactores. Deus execratur & punit. Mich. ca. 3. Habac. ca. 3. Exod. ca. 5. Jerem. ca. 22. ita ut, quando duplicantur lacertos, etiam Moses quendam mittat.

Aliis legitimis causis & titulis adquirendi, regnum augeatur, nimirum successione testamentaria, vel ab intestato. Sic Attali regis heres factus est populus Romanus, item donatione, emptione, ditione, bello. vid. Scipio. Ambras. lib. 2. de regni & regis institu.

C A P U T . X X X V I I I .

De tyrannide eiusq[ue] remediosis.

EX his quæ diximus, satis de natura recte & iuste administrationis constat, sequitur ut hæc oppositione tyrannidis illustremus, cuiusque remedia, quibus à tanto malo Respubl. liberetur & conservetur, addamus.

Tyrannis igitur est iusta & recta administrationi conservatio, qua fundamenta & vincula universalis consociationis obstat, perseveranter & intemperanter contra fidem datam & praestitum iuramentum, à magistratu summo tolluntur & evertuntur.

Superioribus capitibus precedentibus à cap. 9 et sequentib. fundamen-
ta et vincula universalis consociationis, diximus confidere in fidei ultra ci-
etroq[ue] à corpore consociatio ex rege data est. accepta ad legum fundamen-
tiam et aliarum, in quas tempore initiationis sue juravit summus magis-
tratus,

fratres, imprimit vero illarum, quae confociationem universalem conservare, observationem & defensionem. Hisce, quando magistratus contraria facit, societatem illam, quantum in se est rumpere, dissolvere et dislocare conatur uti colligitur a sensu contrario, Prover. c. 20., 8 et ca. 21. s. c. 29. 4. 14. et tandem, si non impeditetur, rumpet, vel in aliam formam mutabit, nimirum, ut incipiat talis esse, qualis tempore inaugurations non erat, vel speciem societatis maleficorum perpetrandorum intendat, in qua omnis pietas et iustitia exulantur,atus ecclesiasticus et secularis convellitur, sine quibus tamen confociatio universalis legitima, non minus esse posset, quam homo sine anima. Petr. Ribadeneira de principe christiano lib. 2. cap. 9. Tolosan. li. 26. c. 5. Ita David de tyrannide Saulis conqueritur Psal. 75. 4. solvitas columnas terra & habitatorum illius aperabo maximam ubi recte Iunius per solutas columnas terrae & habitatorum illius, intelligit tyrannidem Saulis in utriusque statu regni afflitione & turbatione & Psal. 72. ubi ex descriptione veri regis, tyranni natura contraria colligitur & Psal. 82. 5. naturam tyrannorum describit. Ignorantibus, ait, et non animadvententibus in tenebris indumenter illis ambulantibus, dimoventur omnia fundamenta terre. hoc est, quando reges, vel principes jus iure & administrationis non intollerant, impingunt in fundamenta confociationis et regni. Mica. cap. 3. vers. 1. 2. 3. 10. 11. 12. Ierom. cap. 22. ca. 23. Ezech. ca. 34. Atque hoc modo uicitur magistratus capite state, quam neq; à Deo, neq; à corpore Repub. accepit, et facit ea, quae nec facere posse dicitur. I. filius. 15. de condit. inst. et non minister Dei ut Rom. c. 13. legitimus magistratus, sed Diaboli instrumentum dicitur, ob quod facinus Deus ipse comminatur privationem officii. Ierom. c. 22. c. 23. 1. Samue. c. 12. sub finem. Eccles. c. 10. 16. 17. 18.

Tyranus sigillatus est, qui obstinate, violata fide & religione, iuris uerandi, vincula & fundamenta confociati corporis Rei. publ. convellere & dissolvere incipit.

Nec enim talis protinus dieundus est, quando in aliquo et iactantum officio & gubernacionis sua parte lassus est, id est apud suum esse cograndum est, unde vel opium ist. pfitur.

Nnnn 2

sio quandoque languent, nec tamen ideo, ut tyranni habendi sunt, vel tristandi, quando fundamenta & vincula consociationis universalis salva & illas permanent, illaque virtus, vel sceleribus principum non potest surmoventur, aut turbantur, vel etiam in ipsis in incipit tyrannide non obstinare & insanabiliter perseverant. arg. 2. Sam. c. 14. 2. alt. 1. Reg. c. 14. Calvin. lib. 4. inst. c. 20. sect. 24. & seqq. Loannet. part. 3. num. 1. 2. 3. crip. defens. Nam scelerata vita magistratus regiam dignitatem illa non abrogat. 1. Sam. c. 15. 3. 1. Multum itaque intercessit inter principem, vita flagitiosa, nimis homicida, adulterorum, mendacem, vel alio modo sceleratum, atque cum qui gubernandi ratione iusta negligenda, fundamenta Reip. convellit, quique naverem Reip. in qua ipse cum omnibus regni membris navigat, perforat sanguine submersam & eversam cupie. Talem magistratum, seu principem non magis hoc nomine dignabimur, quam pastoris appellatione illum, qui gregem non pascit sed degradabit, & nihil quod pastoris est facit, sed est diametro pugnatio & contraria nomini, & officio & professioni suis facit, quibus nihil minus quam pastorem agit. Ribadeira d. lib. 2. c. 9. Tolosan. lib. 9. c. ult.

Tyrannis haec, seu tyrannica Reipubl. administratio est duplex. Una, qua in legibus regni fundamentalibus evertendis & collendis occupatur. Altera, qua in negotiorum & rerum corporis consociati administratione, pietati & justicie contraria, consistit.

Prioris tyrannidis species est, 1. quando summus magistratus leges regni fundamentales violat, mutat, tollit, presertim illas, que religionem veram concernunt. Dene. c. 1. 20. 14. 1. 5. Petr. Greg. Tolosan. lib. 7. c. 20. num. 23. de Repub. Heig. lib. 1. quast. 5. Pruckman. de soluta potest. effect. 4. Talis fuit Athalia regina. 2. Reg. o. 11. 2. Cbron. c. 23. Talis Philipp. Hispaniarum rex, qui in Belgio contra leges Reip. fundamentales & patrias, administrationem vi & armis inservit. Talis Gallic rex Carol. 6. qui natus ex Margaretha filia Anglia regina, successores in Gallie regno voluit esse. & cluso Carolo 7. filio, contra legem Salicam fundamentalem regni Gallie.

II. Quando corpori consociato, fidem non servat & jurandi

iurandi religionem contemnit ordines & status regni tollit,
vel in officio faciendo, eos impedit. Exod. e. 9. Eze. e. 33. 12. et
24. cum tali enim nulla vita communio & societas esse posset, qui fidem
verum humanarum & omnis societatis vinculum, tollit.

Potterius tyrannis est generalis, vel specialis.

Generalis est, que in omnibus, consociationi universalis ad-
vertatur, ut quando summus magistratus hostiliter ecclesiam
& Rmpubl. vastat, pervertit, turbat que.

Similiter, quando summus magistratus absoluta potestate,
sive plenitudine potestatis, in administratione sua usurpat. Tes-
fanus. docis. 9. 1. Vafq. lib. 1. illusc. controver. ea. 26. num. 22. P. uell. in rub.
part. 1. c. 2. num. 25. 26. C. deresind. vend. Covarr. lib. 3. par. 2. folius.
c. 6. num. 8. Cora. in repes. l. frater à fratre. num. 7. 1. de condit. indib. Ca-
pic. docis. 1. 66. num. 1. 2. Soto. lib. 4. de iust. & iur. quæc. 4. artic. 1. Ars.
flor. lib. 3. polit. c. 12. August. de civit. Dei lib. 4. c. 4. remota inquit,
iustitia, quid sunt regna, nisi magna lacrimina. Vicitur enim princeps po-
testate & iurisdictione peccandi, que ipse datur non est, neque dari potuit,
ac si suo loco diximus. Talis tyrannus fuit Achab. Nebucadnezar, Nero
Caligula, Domitianus, Heliogabalus, et alii qui se pro diis colli voluerunt.
Patrum nostrorum memoria Christiornas rex Danie et Suedie talis fuit.
Alia exempla recensit Tol. san. lib. 2. c. 7. Quando itaque princeps, seu
rex, neque pietatis, neque justicie ultam habet rationem, sed pro libidine
ex plenitudine potestatis, quam habere se putat, imperat, tyrannus est. Si-
militer, qui dum fallit & re ipsa nocet, id ramen agit ut vir bonus esse
videatur, quique specie aliqua legum, ipsas leges evocet. Ideo dicunt, cum
tyrannide sophistica esse constitutam: vel imperia tyrannica esse so-
phistica. Vide. Gregor. Riche. adio. polit. 7. 4. et 16. 2. et 16. 3.

Specialis tyrannis est, que quibusdam administrationis par-
tibus & capitibus ad veritatem nostram administrationi nego-
tiorum, vel bonorum corporis consociati: vel privatorum iuri-
um.

Negotiorum ecclesiasticorum, vel seculiarium administra-
tionum iuste & recte contraria agit tyranni, qui membra regni
nuquam, vel plura exercitio religiosis orthodoxe privare vel

ad idololatriam subditos cogere vult, usi fecit Roboam, Achab et
alii reges Iraelitici, adda Deut. c. 1. 3 et lib. judicum, Deut. c. 28. 1. Reg.
c. 9. 4. et seqq. Eze. b. c. 7. Parecum in cap. 3 ad Roman. in dub. Ita Rex
Hispania in Belgio, Rex Galue propr. olim in Galia, & hoc tempore
Sigismundus rex Poloniae, & eiusp. Maria regina Scaniae, Tologra lib. 2. 20.
etc. illud exempla refert.

Item qui primates regni ecclesiasticos, vel seculares, dolo, fraude, calumniis, vel vi, opprimit, atque eos qui Reipubl. in columnatatem & iustitiam suam procurant, collit.

¶ Nec non, qui iustitiam in persis & peccatis tribuendis, ad ministerare regular & Remp. latrocinium & malorum hominum congregationem fieri patitur. Daniel c. 19. Micheal c. 3. Ierem. c. 2. 2. 3. 4. et seqq. Psal. 8. 2. 5. Prover. 20. 28. c. 25. 5. c. 29. 4. 14. uti Sacerdosatus Benignus. Iudic. 2. 9. et alii.

Qui vivens in luxu, iegatione, avaritia, ignavia & crudelitate, pacce officiū sibi demandari, omnino negligit, vel iniustis & inabilitis est, uti. Sanctius rex Portugallie, Sardanapalus, Chilidorus, Nero, Vitellius, Caligula, V. Venceslaus et alii, de quibus Petrus Gregorius libro 26. ca. 4. ca. 5 et libro 6. ca. 19. de Republ. et assulmatis exemplis sup. c. 19. et Tiolon. d.c. 1. et 10. addere.

Qui contra vim & injuriam, modica regni cum posse, non defendit, sed aliorum injusis, operacioni, vexationi, vel directioni permittit. Micah. d. 6. 3. Ex. 35. b. c. 34. 1. et seqq. Ierem. c. 22. 3. et seqg Psalm. 82. 5. David. Parcus ad Rom. s. 1. 3. in dub. Decag. lib. 7. c. 11. t. 49. num. 27. 28. 29. Alberic. Genitilis de jure bellic. lib. 1. c. 23. 1. et 23. 2. in l. placitorum. 21. C. de factis. ecclie.

卷之三

Qui

*Qui concordie & tranquillitatis publicae turbator & hostis
est, dum divisiones, schismata & tumultus inter subdicos for-
vet & alit, ita ut pars altera factionis, alteram meruat, ut neutra
in ipsam rebeller, vel insurgat. Animabimur. lib. 3. shear. 152
& 30. & qui factione existente inter subditos, uni parti plus,
quam alteri favet, cum polsit utriq; parti, suo imperio jubera
convenire. Tolosan. l. 23. c. 1.*

Item, qui bella nutrit, ut illis exercent vites subditorum; unde
unius partis ope alteram debeat ac superstitem tandem etiam
opprimat. Similiter, qui factiones & dissidia inter subditos serit, alio
sovet, ne subditi amicè & familiariter inter se vivere possint.
Nam in concordi populo, violentia & iususta imperia, satis commode esse
exercit nequeunt, quia iugum decretat, & iniquitatem iusta, nonque
onera subire secusat. Quamobrem tyranni fundantur, ut tyrannidis
ponant in discordia optimorum & subditorum. Item, qui ipsorum inimici
odio exercet, cum membris regni, que sublatae cupit. Itaque tyrannum ex-
hac parte comparare licet cum illo, qui in nemini procilio vexata existit, et
mutua cum relictoribus odio certat, namque proficit, ut eam collam
etiam quam in nauarum fide, quamq[ue] falsis habet, non obstat.

*Qui ulum commerciorum inter subditos ad hanc velim percep-
dit, de quo capite tyrannidis etiam super Sigismundus Polonia rex ab
ordinibus et statib[us] Svecie fuit accusatus.*

¶ Qui immoderatis & nimis exactarioribus, contributionibus & servitiis subditos suos exhaucit. *Iosue c. 22 v. 3, 4, 5, 6.*
Pabor et Roboam, et alii, Ezech. c. 8 v. 1.

Qui publicos regni convenus & consilia malis artib. proxim
hibet, vel impedit, suffragiave corum, qui mittuntur, condic
cit, limitat, restringit, coarctat, ne quod sentiunt, dicere audie
ant, velint, vel possint. Cum in libera Rep. esse. Exorone etiam lic
tere voce esse debant, non cetero in servilem civitatem.

Tyranni, quæ ex publicoru[m] bogoru[m] regni administratio[n]e maleb
oritur & elucet, eit, qua ad libidinē p[ro]vocatā, ad luxū & voluptat
tes illig-

illicitas, publicis bonis magistratus abutitur, *Gregor. lib. 22. c. 5.*
de Rep.

2. Quæ publica dicitur, ut sua privata ædificet, qua multis
adi nit, ut paucos locupletet.

3. Quæ regni in uita privatum co ierit, & qua bona
regni, in publicam perniciem regni, profundi, dissipat, alic-
uat, minuit, dilapidat, regnumque evicerat, miserat, minuit,
uti Venerans et Carolus. 4. Cesares, Nero, Caligula, Vitellius, Heliogabalus et alii.

Tyranus, quæ in privatorum hominum subditorum abusa
consistit est, quando hoc agit princeps, ut subditis adimat, iū
voluntatem, tum facultatem resistendi sibi tyrannicè & iniquè
agenti.

Voluntatem adimit, per pusilliæ mitatem & dissidentiam.

Facultatem, per ademptionem bochorum, armorum, pra-
fidorum & vicorum excellentium, & disseminationm dis-
cordiarum & fæctionum.

1. Quando nimis viros justos, graves & innocentes af-
fligit & odio prosequitur & opprimit. *Exod. 1. 16. 1. Sam. c. 22.*

2. Quando opes subditorum exhaustit, omnia in fiscum
covertens & sanguinem populi, usq; ad delinquum eliciens,
Opera, labore, sudore & bonis subditorum, pro sua libidine &
avaritia abutitur, *Psalm. 1. 4. 4. Psalm. 5. 3. 5. Mich. c. 3. Exod. c. 1.*
14. Prov. c. 3. 9. 4. sed judicio stabilit regionem, nec automobatis mu-
nitoribus servies, defraue eam. 1. Reg. c. 1. 2. Ezech. c. 3. 4. 2. Reg. c. 9. c.
8. 10. Israh. c. 22. 1. 4. 1. 5. 1. 6. 1. 7. yet præter ius eripit. 1. Reg. c.
1. 2. 2. 1. 1. Sam. c. 8. 9. 10. Tolos. lib. 22. c. 1. 2. de Rep. qui exempla refert.

3. Quændo in paupertate vult subditos vivere, ut interim
intenti labori, ad vitam sustentandam, in cum non insurgant,
aut de libertate se separanda, minus cogitent.

4. Quando hostis est suorum subditorum, impunitis verò
de Repub. bene meritorum & ex liberis servos facit. *uti Phareo.*
Exod. cap. 1. c. 2. & seqq. & Sam. 1. Samu. c. 8. Proverb. cap. 28. 15.
ut leo

at leo rugiens & ursus discursans est dominator improbus in populum
conueniens. *Esa. cap. 3. vers. 12.* Sistit se Iehova ad iudicandum populos.
Iehova ad iudicium advenit contra seniores populi sive & principes
eius, ac vos depavistis hanc vineam, rapina pauperis est in domi-
bus vestris. 16. quid vobis est, quid conteritis populum meum & fa-
ciet pauperum commolientis dictum Iehovae Domini exercitum. Mi-
ca cap. 3. aliquoquin principes & ductores: osores, inquit, sunt boni
& amantes malorum rapientes carnem eorum ab eis et carnem eorum ab os-
fibus ipsorum. & v. 9. abominansur jus, & quicquid est rectum per verr-
eunt. 1. manere iudicant. & 12. id est Tzyon ut ager arabieetur & Ierusa-
lem in acerbos abibit. *Ierem. c. 22. Ezech. c. 34.*

5. Quando discordias inter subditos alit, fover, seminat,
ut hisce impediti contentu unanimi contra injarias & vim
tyranni, nihil agere possint.

Vnde tyrannus in sacris litteris comparatur draconi, lupo rapaci, leoni,
arso. *Prov. c. 28. 15. Ezech. c. 22. 27. Daniel. c. 2. & ca. seqq. Psalm. 58.*
Esa. c. 27. Paulus de Nerone loquens, liberatus sum, ait, de ore leonis. &
Salomo in Proverb. c. 28. Leo rugiens & ursus discursans est. Draconi.
Psa. 58. Esa. c. 27. vulpi. Luc. c. 13. Talis tyrannus fuit Pharaon. *Exo.*
c. 1. & seqq. Abimelech. Iud. c. 9. Saul. 1. Sam. c. 13. c. 14. c. 22. 19. seqq.
rex Cazor, Iabin, *Iud. c. 4.* Roboam. 1. Reg. c. 12. Achab. Menasses, Ne-
ro, Caligula, Domicianus, Maximinius & plures alii, quorum catalogum
recenseret Pet. *Greg. li. 22. c. 7. li. 26. c. 5. c. 6. lib. 6. c. 18. c. 19. de Repub.*
Dane. lib. 3. c. 6. & lib. 6. c. 3. polit. Greg. Riche. axio. polit. 16. 6. & seqq.
Ansim. li. 3. theor. 15. Bod. li. 2. c. 4. de Rep. Lips. li. 6. c. 1. polit. Melch.
Iun. quast. polit. 23. lib. 1. Vrfin. disp. 1. 4. et ult. lib. 2. Zannon. part. 2.
de defens. criplici. *Calvin. lib. 4. instit. c. 20. sect. 31. autor libelli de jure*
magistr. in subdit. Steph. Iun. Brue. in vind. contr. tyrann. quast. 3.

Addunt alii ad hunc aliam speciem tyrannidis illius scilicet, qui cum
summus magistratus videri dici & haberi velit, est tamen rex non
magistratus, vel tyrannus, sed bos tuis regni, qui vi, scelere, vel malis arti-
bus sine ullo electionis, vel successionis circulo, aut belii justa causa regnū
invadit. Malis artibus nimurum defida, ignavia, luxu magistratus

000

veri abutens, illum deliciis & voluptatibus inescat à rebus publicis cognoscendis & tractandis, vel à gubernanda Republ. avertit, & ad regiam autoritatem & potestatem transferre, quidam nomen regi relinquentis.

Sine ullo iusto titulo successionis, vel electionis regnum invasit Ahabus eth. Iudic. ca. 9. Achabia, i. Regum. ca. 11. 2. Chron. ca. 23. Ismael Israe. ca. 41. & omnes illi reges, qui sub iudicibus Remp. Iraeliticam invadebant, de quibus in libro Iudicium. Vid. Iun. Brut. de vind. contra tyran. quest. 3. Pet. Gregorius lib. 6. ca. 18. lib. 7. ca. 17. & ca. 18. & lib. 26. ca. 7. de Republ. ubi plurima exempla ponit & inter alia est illustris Sejanus, qui Tiberium à cura Resp. abduxit ad tempus. Sed uti dixi, revera hac species tyrannidis non est, sed bellum, vel iniusta violentia vis & iniuria ab also illata, quam qui via pacie amans, vi repellere posset, & debet.

Cogitatio tyrannidis naturā, videndum nunc est de remedio, quo tempestivè illa tollatur, quod consistit in resistantia & exauctoratione tyranni, solis optimatibus concessa; ut dicitur sup. cap. 18. de Ephoris.

Resistantia igitur hæc est, qua ephori verbis, factisve tyran-
nidem summi magistratus impediunt, cumque quanto inla-
nabilis est & aliter iura consociati corporis salva, sarta, testa
conservari & Resp. à malis liberari nequeunt, exauctorant, vel
è medio tollunt.

Iaris verò resistendi summo magistratu, cumque ab officio suo reme-
ndi, quod habent optimates nomine populi, sunt potissimum rationes
decem sequentes.

Prima ratio sumitur ex natura pacti inter magistratum & populum, seu consciatione in universalem init, ex quo magistratus purè est obliga-
tus ad iuslē & pīe imperandum, secundum sibi præscriptas leges, utram-
que nimirum Decalogi tabulam & leges regni. Populus verò conditiona-
liter est obligatus ad obtemperandum magistratu, si nimirum iuslē, pīe
imperaturus sit. 2. Chron. ca. 6. 16. Psalm. 132. 1. 12. Psalm. 89. 30.
31. 2. Samuel. 6. 7. 12. 2. Chron. 6. 16. ubi Deus sub tali condicione
regnum

zognum promiscit: Et Ieroboamo sub eadem defert. 1. Reg.ca.11.37.
 38. Rom.ca. 13. ibi est minister tibi in bonum. Hac conditione
 deficiency populus amplius non est obligatus ad obedientiam. Obliga-
 tionis autem buis vinculum solvit ab illo, qui prior à pactis recedit,
 qui idè omne ius pacto adquisitum amittit, ut alter liber fiat: Eva-
 nescit n. obligatio & pro nulla habetur, quando essentiales eius con-
 ditiones, proprieas obligatio est contraria, violantur, vel non
 praestantur. arg. 1. Corinb.c.7.15. ibi non est servitus subiectus frater
 &c. Sicut enim coniugium, non omne peccatum collit, sed quod illius na-
 ture directo est contrarium, ita queque non omne crimen obligacionem
 inter magistratum & corpus consociatum tollit, sed quod fundamentum
 consociationis evitit. Imprimis vero, quando non praestatur id, quod
 dedit causa contractui, seu finalis illius causa fuit, sine qua aliâ pars al-
 tera non fuisset contractura. Tum enim ob hunc defectum contractus
 rescinditur. vide Roland. à Valle consil. 69. num. 38.39. volum. 4.
 Mafard. de probation. conclus. 1387. etiam cum, quando juramento
 contractus fuisset confirmatus. Roland. & Mafard.d.loc.Dd. in l. qui
 finem de transact. Non enim commodum debet sentire ex contractu,
 quem vel omitendo, vel committendo quis impugnat, ut neque in eo
 se impugnans fundare posse. Anton. Gabriel comm. conclus. libo
 6. titul. de regulis juris conclus. 1. num. 32. & seqq. Quando vero
 dicatur quis contra contractum facere. vide in l. 121. qui non facit.
 ibid Dd. de regulis jur.

Alcera ratio est, quod supra terminos tributa sibi jurisdictio
 nis, vel extra potestatem sibi datam imperantis & fines demandatii
 sibi officii excedenti, impunè non pareatur. l. ultim. de jurisdictio. vid.
 Osea cap. 5. vers. 10. Nec enim princeps accepit illam potestatem,
 vel illi à populo, aut quovis alio dari posuit, ne agat, vel princi-
 piat contra Decalogum, vel leges fundamentales regis. & c. 4. 19. Exo.
 capo 1. 17. 17. 20. 1. Sam.ca. 12. 16. 2. Sam.ca. 24. 4. Iosu.ca. 1. 8. vide
 Tessaur. decisi. 91. Corinr. li. 2, var. resolut. c. 6. n. 8. Pinell. pars. 1. in rubro
 C. de rescind. vend. num 25, 26. cap. 2. l. 4. C. de legib. In quibus illi qui
 libert obedienciam decrectare posse.

0002

Tertia ratio est, quod Dei causa & obligatio, tamen postior & antiquior, in populi & magistratus pacto posteriori, si non expresse, certe, tacite semper a subditis censetur excepta. Deo igitur, tanquam utriusque magistratus & populi superiori & domino, ut obediencia praestetur, magistratus tyrano, Dei solius & ius affectanti, in anima & conscientia hominis. Matt. c. 10. & cuiusoli animi recessus arcani sunt cogniti. Ad. c. 10. vel Deo bellum inferenti, est resistendum, ad exercitium nimis uictoris, calamus diuinus & justitia retinendu, & charitatem erga proximum exercendum & regnum Dei inter nos & in regno nostro conservandum, & denique ad civilem societatem inter homines constituendam, ad posteros propagandam. Resistens igitur hoc modo magistratui, sedicio sus dici non potest, qui ideo resistit, ut Deo tribuat, qua Deo debentur, atque prius Deo promisit, & resistit ideo ut non tribuat magistratui, qua ipse minimè debentur, neque promisit, aut dedit. cum talis resistens Remp. cœatur contra legum violatorem, perfidum & perjurum, qui nihil minus est, quam magistratus, qui lege animata esse debet. Vnde Aret. cat. de mag. scul. & Step. Iun. Brut. quest. 1. & 2. de vind. conser. tyrann. David Pareus ad Rom. c. 13. in dub.

Quarta ratio est, quod ut constituendi & eligendi potestarem & ius ephori, nomine populi habent: sic & ex auditorandi ius merito habent. L. nemo qui. 37 de regul. jur. l. 6. solent de offic. pro consul. l. 3. de re judic. Novel. 1. 5. de defensor. et vi. c. 1. §. 1. autor libelli de jure magist. in subd. quest. 6. ut enim concilium generale est supra Papam, collegium capituli, super episcopum, & sicutus supra consulem, sic & imperium, seu regnum quod optimates representant, supra principem. Vnde apparet principis potestarem, hac in re parem non esse potestari populi, quam in ephoros suos transculit, sed longe inferiorem. Vnde Fernand. Vsq. illusc. contro. lib. 1. c. 24. num. 2. & 5. via sup. c. 1. 8.

Quinta ratio est, quod inter populum & magistratum non sit maior obligatio, quam inter parentes & liberos, liberos, servos, clericos, & parsonum, vel dominum, Colos. c. 4. 1. Ephe. c. 6. 9. Iob. 31. 31. & quam inter virum uxorum, quam inter dominum & vasallum: quos tamen omnes proditorie, nefarie, & impie agentes, monere, prohibere, & impedire iure concessum est. argum. l. minime. 35. de religios. & sumpt. fainer. argum.

3. Corin. c. 7.15. Luc. c. 14. 26. Matt. c. 10. 37. c. 5. 29. 30. Ephes. c. 6.
8. 9. Aut libelli de jur. magist. in subd. quæst. 6. de quo reciprocō pacto
incur magistratum & subditus sup. c. 18. c. 19. c. 28.

Sexta ratio est, quod tyrannus, contra pactum cum populo iniunium,
fatiens, & ipsa fundamenta Reipub. convollens, ipso iure amittat om-
nem potestatem & fieri privatius; ut rectè Vasquisus afferit, qui ut priva-
tus & plebeius est moriturus. Psalm. 82. 7. Iosaiā c. 14. 10. contra quem,
ubi vim intulerit, se defendere licet, & quem vitam, vel bona & ius pos-
puli tyrannice invadentem, repellere, & periculum amoliri, & avertire
licet exilis etiam privato. Vrsin. lib. 2. dispos. 42. & seqq. Zoannet. d'
part. 3. num. 33. de defens. tripartit. Vasquisus lib. 1. illust. controvers.
cap. 8. num. 18. & seqq & cap. 18 num. 10. 11. & c. 1. & 2. Domin.
à Soro de justis. & jur. lib. 5. quest. 1. artic. 3. Perr. Mart. Iudic. ca. 1.
vers. 36. Dane. lib. 6. polit. & David Pareus in explic. c. 13. ad Rom. in-
dub: ubi dicit furioso comparari tyrannum, qui furiosus rectè moretur
auctoritate publica. arg. Dan. c. 4. 3. 1. Sed & defensio iure naturali, contra
viam inferentes, est concessa, præsertim quando est injuria irreparabilis. vid.
Zoan. part. 3. num. 19. & seqq. vel vñ notoria. Et idem num. 43. et seqq.

7. ratio est, quod statutus seu ordines regni & magistratus eius summus,
sive duo correi promitti debendi, ut Decalogi leges in regno obserue-
tur, quorum quilibet in solidum tenetur, quando culpa alicerius non satis fit
promissiōni. Sic & collega, quibus officiū publicū idē est demandatum, susci-
tū: periculū cōmune quando ab administratore Resp. indemnis servari non
potest. l. 11 Imperat. et l. seqq. ad munic. l. ult. §. 8. de admi. ad civis. pere.
c. 3. ad municip. l. 2. C. Quo quisque ordine conven. Interēt ergo socii,
ut reficiat, ne peccatis alienis ob negligentiam suam communicet. Steph.
Iun. Brut. de vind. cons. tyran. quæst. 2. argum. 1. Sam. c. 12. 14. 2. Chro.
c. 1. 5. v. 13. 2. Reg. c. 23. v. 2. cap. 14. 1. Chron. c. 21. 4. 7. 2. Sam. c. 24.
2. Sam. c. 21. Peccant igitur ephori in omittendo, vel cōfessando & toleran-
do, connivendo, non repugnando tyranno. Si; uidem non impeditunt quo:
impedire debebant ex vi obligationis, qua Deo tenentur, ne quid culpa,
vel negligētia sensim introducatur, quod parū Dei culum corrumperet
posset, & quia regno cōtineunt, nequid contra illius leges & iura fiat.

Ottava ratio sumius à natura cōtractus mādari, quo summo magistrati administratio est delata à populo, ad hoc ut Rep. profit, nō ut nocat. Rom. c. 13. ibi est minister cibis in honū. V. sq. lib. 1. c. 4. 4. nu. 6. & c. 1. c. 2. illustr. contr. Geil. lib. 2. obs. 57. ubi dicit magistratum dominū negotiū subditorum genere. Quando igitur mandatarius finis mandati excedit, nō illi obligatus est mandator. §. 1. 5. qui. Infl. de mand. Luc. c. 16. 1. 2. 3. & seqq. Et quando cōditio placuit & fortuna mādatarii mutatur in deteriorius. I. si quis cum de procur. l. cum quis. de solut. ubi Bart. Nic. Moz. iii. quom. foli. māda. num. 9. 10. & seqq. aut mādatum à manāte revocatur, vel ipse mandans agere & tradare negotiū incipit. ut tradunt Iuris. vid. Vasq. lib. 1. c. 4. 3. num. 5. 9. c. 4. 1. num. 1. 2. illustr. contr. v.

Deinde huic conventioni suā naturā inest tacita conditio, si fides & promissa à summo magistratu praestentur, ordines & regnum oundem pro magistratu habiturum, eique obediētiā & obsequia praestitūr, addē Psalm. 132. 11. 12. & Psalm. 89. 30. 31. 2. Sam. c. 7. 12. 2. Cbro. c. 6. ubi Deus sub hac conditione promittit regnum uti & Ieroboam. 1. Reg. c. 12. 37. 38. Deficiente hac conditione, deficit obligatio, & fidem non servanti, fidem quoque non servari aequum est. Nam qui non facit, quod debet, nec recipit quod oportet, nec petere potest, quod ei ideo ab alio debetur: quam naturam esse conventionum in quibus utraque pars contrabens obligatur, testatur Traq. de legib. connub. glvss. 1. part. 13. nu. 4. 2. & latè Maserd. concl. 13870 per alleg. ibid. Roland. à Vall. consil. 69. vol. 4. & consil. 53. vol. 1. Quando ergo una pars promissa non praefiat, facit eo ipso, ut & aleera liberetur Dynus, Alexander & Iason, in l. cum proponas. C. de patiis.

Nona ratio est, quod sublata hac defensione contra seviciam tyrannorum, confirmaretur licentia tyrannorum infinita, qua palam destrueretur societas civilis, et melior pars generis humani, p̄sertim verò ecclesia. Ideo Deus erit vnde coerceri & puniri ordinaria potestate in Repub. delicta commissa. Ea autem potestas est ephororum, vel populi, quando illi non sunt. Ita Vrfin. cap. 44. lib. 2. d. sposi. & c. ult. & Petr. Martyr, Iudic. c. 1. his verbis. At si dixeris, quo iure, vel imperatori, vel regibus, vel Repub. minores principes, ephori, cum religionem sancroram, & veram fidam esse.

tunus, sese opponunt? Respondeo iure imperatorio, seu regio, seu Repub.
Nam ab imperatoribus, regibus & Rebus publicis tanquam adjutores,
ad res latimistrandas adsciti sunt, quod iustitia magis, magisq; vigeret.
Vt icaque recte iustè ac pī Regnū pro parte, sibi regerent, instituti fue-
runt. Quamobrem ex officio faciunt, quando religionis causa potestatā
superiori sese opponunt. Ne quis la potest iure conqueri, si eo casu deseri-
etur Imperator in Cœstatur se contra jus nolle, ut sua ulla decreta in ju-
diciis locū habeant, sed irrita debere fieri si forte a se cognoscantur à justi-
tia discedere. Vnde non immoritò Trajanus laudatur, qui cum præfecto
prætorio gladium cum balboeo traderet, ait, Si iustè imperaverō, pro me,
sī verò iustè, contra me illo uictor. & pale post. Existimant non nulli,
cū superiores potestates ab inferioribus conantur impia extorquere, con-
sultum esse, ut qui versantur in minori functione, se abdicet & magistra-
tu suo abeans. Mihi verò id non videtur. Eset enim hoc à vocacione
sua decisere: quod fieri minimè debet; præsertim cum cernitur, impiis,
qui regnum Dei vel oppugnent, vel opprimant, locum cessione buius-
modi patesceri ac dari. Imò manendum ius censeo quoad à superioribus
potestatis vi non cōsiderantur, quod Dei gloriam fortēcer, ubi sunt, ma-
nendo defendant, & afferant. Quando verò ordines hi, qui publica
libertatis custodes & præfides sunt constituti, hoc non faciant, eos pre-
fidos esse in officio, & partē sua proditores, si patiantur eam liberta-
tem aliqua in parte minui, vel violari, nedum omnino sibi eripi & colli-
effici. Iohann. Calvin in Institut. lib. 4. cap. ult. 20. Tolosan. lib.
26. cap. ult. num. ult. de Repub. & elegantier Thucyd. lib. 2. non mode-
rit, tyranni sunt, qui alios in servitutem redigunt, verum longe
potius illi, qui cum eam violentiam reprimere possint, non curant, impris-
onis verò qui defensores Græcia & communis patrie vocitari volunt, pas-
tria verò oppressa non opitulancur.

Decima ratio sumitur ab exemplis sacris & profanis, sacra, externe
passim in scriptura sacra præsertim libro judicum. Nam si quid in policia
Iudaica contra leges regni factū esset, omnes ordines de eo cognituri &
definiti conveniebant. vide exempla Ius. c. 22. Esdr. c. 9. Neb. c. 5.

¶ 9. 1. Sam. c. 12. 3. ibi, ecce auscultavi vocis vestrae, &c. ¶ constitui
vobis regem & 2. Reg. c. 8. 22. ubi Libnenses a rege Ioram defecerunt,
et Iosua dicit c. 24. 15. Iosu. Vos quidem universi elegite verum malitiae,
obedire Deo vero, an diis Amorphaorum. At ego saltem et familia mea
serviemus domino. Habitabat vero Iosua familiā in arce Tannat, que
erat membrum Reip. Iudaicæ. Ios. c. 19. 50. Adde exemplum aliud quod
extat 1. Reg. c. 12. 15. 16. 17. ubi a Rechabeam ob tyrannidem defece-
runt. 10. tribus. 2. Chron. c. 26. 16. Ingressus enim est Huzzya in templū
Iehovæ, ut adoleret super altare suffitius. 17. Ingressus vero posse cum
Hazaria sacerdos, et cum eos sacerdotes Iehovæ obrogata robusti. 18. Ob-
sticerunt Huzzya regi, dicentes ei, non es tuum, o Huzzya, adolere Ieho-
væ, sed sacerdotum filiorum Abaronis, qui consecrati sunt ad adoles-
centiam. exi e sanctuario. nam prævaricatus es, ne nos futurum est tibi glo-
ria a Iehovæ Deo. 19. Tum indignatus est Huzzya, habens in manu sua
suffitium ad adolendum: cumq; indignaretur contra sacerdotes, lepro-
exorsa est, in fronte ejus coram ipsis sacerdotibus in domo Iehovæ ab
altari suffitus. 20. 21. 1. Reg. c. 18. 19. & seqq. ubi populus in concilio
congregatus, in voto regi cultum idolatriacum receptum a rege, abroga-
vit nec prophetas Baal interfecit. et 2. Reg. c. 11. ubi Iehojadab cum
sacerdotibus et Levitis se opposite Hethalie, et amque interfecit, et Io-
aschum filium regis illi subiicit, et Baalis idolatriam destruxit. et
2. Reg. c. 18. 7. Et aderat Iehovæ ei, quocunq; prodibat, secundabatur:
rebella viceque in regem Assyriæ, ut non serviret ei. nimirum execu-
tum quod pater ipsis Achaz recuperat. c. 16. 7. dict. lib. Et Sauli
restitit populus cum vellet iniquè agere. 1. Sam. c. 14. 45. Jeremiam pro-
phetam Abiham defendens contra regem valentem eum interficere, Jerem.
c. 26. 24. Aliud exemplum submoti magistratus mali extat. 2. Reg. c.
14. 19. Tandem cum fecissent contra eum conspirationem Ierusalaimis,
fugie Lachisbum. quamobrem miserunt posse cum Lachisbum, ubi morte
affecerunt eum. que historia etiam extat. 2. Chron. cap. 25. 27. 28. Deut.
c. 13. 13. si audiveris de aliqua civitatum euarum, quas Iehovæ Deus
tuus dat tibi, et habitandum illic, dicentes: 13. Egressi homines nequisi-
tissimi è medio tui, depulerunt habitatores civitatis tuae, dicendo, eamus et
solamus

colamus deos alienos, quos non noveratis. 14. ubi inquisiveris & perver-
figaveris ac percamtae fueris bene, si ecce vera certaq; erit res illa, si
commissa fuerit abominatione hæc in medio tui. 15. omnino percamto ci-
vatis illius habitatores acie gladii: internecioni de re vero eam, & omnes
qui erunt in ea, immantq; ejus acie gladii. 16. 17. 18. addo Iudic. c. 4.
2. 3. & seqq. c. 2. 18. et c. 3. 15. 20. 21. et seqq. c. 6. 3. 5. et seqq. ubi indi-
ces se oportuerunt tyrannos. Iudic. c. 20. ubi Benjaminitis Israelita se se-
opporuerunt, et ob denuntiam iustitiam bellum contra illos suscepserunt;
iuxta præceptum Moysi, Douc. c. 13. 12. 13. 14. Aliud exemplum exat-
2. Sam. c. 8. ubi Absalom ob injustè occupatum imperium fuit interfe-
ctus. ita Nebuchadnezer furiosus publica populi auaritate fuit remorbus:
Daniel. 4. Ita Iudei contra tyrannos, sepe Deo approbante, insurrexisse
leguntur et Macchabæi in libris Maccha. li. 1. c. 3. 4. 5. ubi Antiocho reg-
num opprimente Mathathias populum recte ad arma vocavit. Sic quoque
si Rubenita idololatria se inquinasse, reliqua tribus ab illis defelluta
fuerint. Iosua. c. 22. Exempla alia exant, Iudic. c. 3. 18. 19. 20. &
seqq. c. 9. 21. 1. Sæ. c. 16. 1. 20. 3. c. 24. 1. 8. 19. 20. c. 26. 2. Reg. c. 9. c. 10.

Exempla & profanis autoribus sumptuare exstant in annalibus regnorum
Munsterus in Cosmographia formam abrogandi imperii & exauditora-
tionis ponit, & Sigonius lib. 9. de regno Italia. Ita Pisistratæ Athenis
dejicit. quod pro libidine, non ex legibus, cum populo ab initio conventis,
regnarent, ut docet Herodotus lib. 1. Sic Demoratus: sic Cleomenes
Spartæ. Ita plures Cesares à Senatu Romano hoc: sunt iudicati.
Plutarch. in Lycurgo refert de Theopompo Spartæ rege, quod regiam
potestatem quidem optimam esse intelligeret, si roges ea moderate uti-
renatur: & quia plures essent, qui eam in superbiam & libidinom verce-
rent, ideo solus regum potestia, ophororum autoritatem, tanquam
frenum, injectis, sibi que & sequentibus regibus, illos voluti consores &
caçigatores morum imposuit. Cum vero ei uxor exprobraret, quod reg-
num filii minus quam accopisset, esset relicturus: lmo, inquit, eo maius,
quo diuinximus. Ita Tarquinius regno ejusdem est à subditis, ut refert
Livius & Halicarnassus. Ita Venerabilis ab Electoribus & Sacibus im-
perii a regni administratio dejectus. Mynsing. cons. 19. num. 6. lob.

PPP:

Daut. in lo. n. 1. C. de test. Ita Vitellio, Heliogabalo, Neroni, Maximino
 & Didio Juliano fuit imperium ademtu. vid. Suet. Tranq. Val. Max. li.
 6. c. 3. Greg. lib. 26. c. 4. & co. 7. ult. n. ult. de Rep. Sic Sardanapalus; Sic
 Michael Imper. Oriëcis; Sic Nebucadnezar regno pulsus fuit. Sic in reg-
 no Gallie reges nonnunquam dejecti propter luxum, scorrationem, crude-
 dictatem, avariciam, ignorantiam, tyrannidem. Ita imperium abrogatum Chil-
 derico primo, anno 469. quod in stupris & scorrationibus, ac acē consume-
 ret regni administrationē negligeres: & Eudo, paulò post, quod sua potē-
 tia abuieretur ad securitātē, dejectus. Sic Childericus 2. ann. 679. & Thedo-
 ricus ann. 696. & Chilpericus rex 18. ann. 750. & Carolus Crassus ob igna-
 naviā ann. 890. & Olo rex 26. anno 894. & Carolus Simplex, rex 27. an.
 926. & nostro seculo Denic. 3. rex Gallie ecclesiæ persecutor ann. 1583
 à flatib. regni ex auctoratus & imperio privatus fuit. & olim Sigeboreus,
 Dagoberus & Lodo v.c. x. reges Gallie. Ita & quida Anglii, Hispani, Danici, Suedici reges ob tyrannidem & abusum sui imperii d. iecti & exau-
 torati leguntur in historiis. vid. Horom. de antiquo iure regni Gallici
 c. 7. Ita Helvetii ob tyrannidem suorum principum, à domo Austriae
 defecerunt. Ita Aachenenses & Lacedemonii suos superiores magistratus
 ob tyrannidem s. p. e. cauclorarunt, ut anonym. de iure magist. in subdico
 quest. 6. probat. Ita parentum nostrorum memoria Christiernus rex Da-
 nie, ob tyrannidem regia dignitate fuit excutus, & carceri inclusus usque
 ad mortem. Ita Maria regina Scotia ob tyrannidem & tandem mariti
 privata fuit ab ordinibus Scotia regis & tandem in Anglia interfecita.
 Ita hoc tempore Sigismundus rex Polonia, ab ordinibus & statibus regi-
 ni Suedici, in quo rex natus erat, remota fuit ob mutatam religionem,
 non servata pace, denegatam privilegiorum confirmationem, bellum pa-
 zaria illatum, sublatu usum liberum commerciorum, alienationem castro-
 rum & provincie, que ex auctoratio facta fuit anno 160. Idem rex po-
 fleo anno 1607. ab ordinibus regni Polonice, tyrannus declaratus fuit.
 Ita rex Hispanie Philippus secundus ab ordinibus Belgicis anno 1581.
 propser tyrannidem hostis Belgii declaratus, & iure suo in Belgicas pro-
 vincias privatus fuit. De utriusque regis solenni exaucloritate & remo-
 cione extant scriptas dist. Sic in Anglia plures à parlamento ordinibus
 regni

regni exauditorati, vel interfeci sunt. Ita Veneti principes plures ob tyrannidem ab imperio removeruntur. Ita Constantinus Imp. parentib. procerib. civitatis Romane Maxentium removit ob idolatriam & ecclesia persecucionem. Longum esse omnia exēla vetera & recēta huc recensere in regnis diuersis. vido. Horom. Antimac. Steph. Ius. Brut de vindic. corr. syrian quatt. 3. Dana. lib. 6. c. 3. & lib. 3. c. 6. polis. anonym. de jure magistr. in subd. q. uest. 6. Zozan. part. 3. n. 28. & seq. de defens. tripartit. qui pl. ra exempla ex historiis referuntur. Pet. Greg. lib. 26. c. 4. c. 5. & lib. 22. c. 7. de Rep. exēpla recētes corū qui tanquam inhabiles indigni. & inuisiles à regno suarū submois. Nam paria sunt non esse & inutiliter esse. L. quoties. qui faciāt cog. Idē Pet. Greg. Tolos. lib. 26. c. 6 exēpla corū qui administratione & imperio fuerū exuti reserū: corū qui ob tyrannidē imperio dejeti sunt recētes li. 22. c. 7. & li. 8. c. 1. & lib. 6. c. 19. Dana. i. 3. c. 6. polis. & lib. 5. c. 3. Ita ergo ius resiliēti tyrannidi magistratus humani ephoribus & optimatibus universalis cōsociationis cōpetens. & rationib. & autoritatib. itq; exēplis abūde probavimus. Ut verò ephori hoc iure re. & è utantur necesse est, requieta lequeatio observet. 1. Quinā optimates seu ephori ex. ranno resistere possint & re. cātut: 2. Quando: 3. Quomodo: 4. Quoutq; & quandi: 1. Residere igitur primō tyrrannidi possuat & genentur optimates regni universi & singuli pro. vitili. Hic. cum ex jussu & cōensu populi ius creandi magistratū habeat. etiā potesta em eundē judicandi & exauditorandi acceperunt. Vsl. li. 2. dispo. ult. & disp. 4. 4. anonymous de jure mag. in subd. Pet. Greg. lib. 26. c. 5. & c. ult. nu. ult. de Rep. Tol. Marian. de rega & regis insti. li. 1. c. 6. & 7. Guyl. Bercl. in li. de reg. Gregali p̄fess. Zozan. par. 3. nu. 28. de tripart. defens. arg. l. 2. C. de profel. & mod. sed & de excus. eur. 1. ut gradatim 1. S. reprobari. de mun. et bonrib. Dana. lib. 6. polis Casm li. pol. c. 1. o. et diximus. & fuit sup. c. 8. de ephoribus. Et certè deterrima cōdīctu: principis esset. si nemine haberet quē. verereur. uti exēplis: lūrib. probat Scip. Amor. li. 1. 4. disc. 1. Ratio. quare univerſi & singuli possint. est. quod. inter se sint correi. quorū singuli alterius correi fraude. piurio. dolo. cessatione. culpā. & n. lib. rāur. sua obligacione. ceteris p̄fide. cessārib. colludētib. cōniūctib.

Rerum publicarum perdentibus, vel periclitantem deferentibus. Iudic. c. 22. 12. e. 20. Sic Iudic. c. 5. 16. obviatur ignavia ephoris etiam in eboribus. Dicitur et rursum impunitus factum ad ministrantis et governis eboris, et dolus culpae in ruello non divisa, sicut et rursum suum concuborem suspectum facere conatur, et correns de correi culpa tenetur. Sic et qui naevarcham in nave videt eborium, aut dormitatem, aut non rectum cui famam tenentem, non excusat, quando potuit navem salvam facere, et non fecit.

Resistenti vero ephoro, vel optimati debent te adiungere subditi resistentis & cives patriæ amantes, qui Rerum publicarum iura salua esse volunt. 1. Sam. c. 2. v. 2. c. 25. v. 13. et seqq. 1. Chron. c. 12. 1. 2. 3. 18. 19. 20. 21.

Decretantes, opere, pecunia, vel consilio resistentem juvare, habentur pro hostiis & desertoribus. 1. Sam. c. 25. 13. et seqq. et c. 23. 1. 9. 20. Iudic. c. 20. Dana. lib. 6. polit. Christian. de magistris. inferioribus qui oppressam patriam neglexerunt & prodiderunt, Calvin. lib. 4. In C. c. ult. Ergo contra tyrannum, sanguinem ad incendium publicum, omnes & singuli concurrent, obirent, circumcidant, haud baurire, tacta scandere & flaminam arcere debent, ne tota res publica conflagretur. Cum scilicet, quando est in actu & tyrannidem exercet. Iun. Brut. quies C. 3. arg. l. 3. l. omnia. Gau. de re militari.

Speciales ephori, eam regni partem, cuius tutela & cura ipsis est commissa, defendentes, ulterius non obligantur. Prorsus autem subditos & regionem cui prælunt, deterere non debent, nisi rebus omnibus prius legitimè tentatis, hisque depositatis & desperatis. 1. Sam. c. 27. 1. 2. 3. 4. et c. 12. 1. 2. 3. 17. 12. c. 22. 1. 2. 3. 4. 5. Dana. lib. 6. polit. Christian. iur. de magistris. inferior. Huic autem speciali ephoro, quin se alii subditi quoque coniungente eiusque defensioni subiicere possint, dubium non est. Iudic. c. 6. 3. 5. et seqq. 1. Sam. c. 22. 2. 20. 23. Dana. lib. 6. Christian. polit. d. loco. Exemplum prabent historiae Helvericae. Primo non pauci quidam ordines, oppida, civitates & pagi se opposuerunt tyrannidi Austriae oram principum. Postea bisce se plures alii adiunxerunt. Sic nostra memoria, quidam ordines & states Belgij se tyrannidi regis sui opposuerunt, quibus septuaginta

rimi; immo omnes fuit reliqui ordines postea coniunxerunt sub conditionibus certis, quas gubernatrix Margaretha nomine regis confirmavit, rex vero postea nunquam, et raro voluit, ut res esset Emanuel Deteranus in his litoribus suis.

quod non licet ipsi peccare, fidem fallere, delinquere & turpiter agere. dicit. l. filius. 15. de condit. inscrit. l. nepos. proculo. 125. de verbis signif. Thesaur. decision. 91. Nam ideo legum servi sumus, ut liberi esse possumus, ut Cicero dicit. Nec igitur minus potens, vel summa non potest. Atem habere dicitur, quod non possit turpiter agere & pati atque juramenta frangere, & jus naturale violare. Hac enim pugnari cum natura imperii, que est, ut legibus, pistati & justi se submittat. l. 4. digna vox. C. de legibus. & legem dominam agnoscat l. 2. de legib. v. 1. su. c. 18. nequaquam vero eam augent, atque impotentia potius quam potentia argumenta dicuntur, quibus ostendit princeps, se suis affectibus nondum dominari posse, sed tanquam mancipium ius servire, ut dicit Cicero in parad. sic saepe aliquid liberum est & manet, licet liberum sit sub certa lege. Sic matrimonium sub certa lege liberum est, sic donatio, sic alienatio, sic libertas contrahendi, alienandi, in jure libera dicuntur, que singula tamen ecertis legibus libera sunt & in certis casibus & personis prohibentur. vid. Gaddæ. & in l. nepos. 125. num. 4. de verb. sign. Hering. de fidejuss. c. 7. num. 224. & seqq. Bodin, libr. 6. ca. 1. de Rep. Ut igitur Deus noui ideo minus omnipotens dici potest quia mentiri & peccare non potest, ut dicit Apostolus sic & rex non ideo minus potens dicitur, quod cælum digito attingere & oceanum exhaustire atque montes transferre non posse, neque alia, que ipsius naturæ sunt contraria, agere queat. Concludo igitur cum Did. Covarr. lib. 2. var. resol. ca. 6. nu. 7. & Vas. lib. 1. i. lu. 1. contr. c. 26. num. 23. nullam absolutam potestatem reperi & si quis ea utatur, tyranni magis quam principalem potestatem dici. Crat. de antiqu. temp. part. 1. Atque hæc sunt, quæ duxi respondenda esse impugnantibus ephorum potestatem. Superest ut paucis de indicis tyranni subjungam. Nam hæc omnia rerum plæ, ex quibus tyrannum, vel tyrannitem in genere cognosci posse diximus, puras Arnæus ca. 7. & 9. polit. ad essentiam tyranni non pertinere, quippe quæ tantum in cura privati commodi & subversione publici consistat. Sed male. Nam si etiam est ex singulis, que diximus, tyranni requisitis, subverti & dissolvi publicam universalem confociationem, adeò ut

licam universalē consociationem, ad. ò, ut singula bæc tendant ad disso-
ciationem et dissolutionem societatis illius, que Remp seu politiam con-
stituit, plane argumenta & indicia tyrannidis eſe, negari non posse. Officium veri & legitimi magistratus est, curare salutem & bonum regi-
mi publicum, acque Remp. administrare secundum leges honestas & justas,
omnia facere, que pertinent ad quā rā p̄ceir, rōvōciar, & Bon̄tēciar soci-
etatis civilis, ad promovenda ipsius commoda et avertenda illius in-
commoda legi & iustitia se subjecere ejusque dominium & imperium,
tam in se, quam subditos suos, admittere. Tyrannus igitur erit,
qui facit contrarium, utpote, qui id conatur, ut populo nocendi et resi-
ſtendi sibi ita agenti, voluntatem & potestatē adimat, ut impunē
sibi graſari liceat & pro libitu quidvis agere contra leges regni fun-
damentales, atque in perniciem Republica juribus maiestatis abu-
tur, atque absolucionem potestatē, seu plenitudinem potestatis in admini-
ſtratione sua usurpat & exercet, & legi sex iusticia imperare conatur.
Tali poltie administratio indicat facinorosorum hominum potius
congregationem, quam corpus legitime politie. Vnde si bæc facta
tyrannos continuauerit, necesse eſt, ut tandem ruina imperii
& interitus societatis illius universalis sequatur. Sic igitur
illius societatem universalem & causas regni atque leges politie, quibus
illa eſt contraria & constituta subvenit. Nam bæc
facta tyranni, contraria sunt causa finali, ob quam politia & soci-
alis vita bæc est constituta, atque formam societatis legitima contra-
cta tollunt. Nulla siquidem societas in malificorum perpetratorum
valeat. Sed particularim videamus quomodo facta, que hic adſcrip-
fimus tyrranno, potestatē & voluntatem resistendi & caribus regni ad-
dimans, atque eo ipso dissolvant societatem banc politicam. Quan-
do igitur membra regni alienat et in alium transire, atque in pro-
pria viscera scvit, vires & potentiam regni minuit, contra iura-
mentum à ſe praefictum bæc societatem politicam ledit. Simili-
ter, quando publicum Dei culum fincerum, ob cuius defensionem
contra facta eſt bæc vita socialis, mutat in idolatriam, quando ju-
ribus maiestatis, quorum administratio ipſi in commodum & salutem

sequit-

regnicolarum data est, abutitur in perniciem & eversionem regni: quæcumque ius suum populo auferet: quando libera libertate, factiones, dissidia & ocella civilia, quibus disolutur omnis societas & concordia, inter subditos foret & alit. Hoc enim modo unitatem & concordiam populi, quem
vinculum societatis est, tollit, dividit & dissolvit. Fit hoc similiter quando rex illos, qui leges regni cultumque Dei & scholas in regno cuentur, tollit & per horum obitum, vel exilium vera pietatis exercitium adiunxit & pietatem regno expellit. Quando ornata obstacula quibus impeditur, ne Rempub. evertat & graffandi licentiam sibi usurpet, removet. Per ejusmodi facta directo quidem politia non dissolvitur, sed quin ex hisce tandem ruina imperii & politia sit securita, dubium non est. Sic qui navem, cui Resp. comparari solet, in qua navigat, perforat, vel velum malum, clavum, aut aliud necessarium instrumentum, sine quo navis usus esse non potest, tollit, vel in mare proicit. Atq[ue]m, quidem navem non evertit, sed quod tandem tamen submersio aquis pavlatim irrumptentibus, vel tempestate ingruente, certo securita, sit, omnes intelligunt & vident. Sic & gubernator navis ebrius, vel non sanus mente, aut imperitus, quin tandem tempestate subversa, omnes s[eu]os ve-
h[er]ores & seipsum perdat, dubium non est. Hosce gubernatores, vel navarchos, si quis ex vectribus impedit, quis illi hoc virio verteret? Fa-
cit enim pro sua et sociorum, qui eadem navi rebuntur, salute. Quod si igitur tyranni eiusmodi facta sint, que secum perniciem & inceritum, seu dissolu-
tionem societatis communis trahunt, quis talia non tyrannica dicer, si-
ne directo, si ne indirecto, per consequentiam ad eversionem Reipubl. cen-
dant. Planè in jure dicitur aque homicida, qui causam mortis prabuit,
ac qui celo occidit. Consultius quoque & tunc exsistatur prevenire et
evitare pericula, quam illa in ipso auctu velle propulsare, prevenire me-
lius sancte, quam præveniri, & postquam res de sit esse integræ & sa-
nabilis, remedium adhibere. Huc in casu, qui propulsare potest injuriam et
vim, nec facit, a quæ reus, ac si inculpatur, existimat. uti latius supra
in c. 18. de offic. ephor. dicitur.

Ssss2

CAPUT XXXIX.

De Speciebus summi magistratus.

ATque haec tenus de constitutione summi magistratus, ex iudicē administratione & officio. Sequitur nunc de speciebus ejusdem.

Magistratus ergo summus, aliis est monarchicus, aliis polyarchicus. *vide Bodin. lib. 2. ca. 10 de Repub. Cornelius Tacitus ait lib. 4. annal. Cunctas nationes & urbes, populus, aut primores aut singuli regunt. Delecta ex his & confusa Reipub. forma, laudari facilis, quam evenire, si evenit, haud diuturna esse potest.* Cicer. lib. 3. de Repub. prout citatur ab Augustino lib. 2. de civitate. Dei. ca. 21. *Res est populi, cum bene ac justè geritur ab uno rege, sive à paucis optimatibus, sive ab universo populo. Horum generum similitudo à familiis peti potest.* Nam patris cum filiis societas, præ se regnum ferre videtur. *Viri atq[ue] uxoris communio, optimatum potest.* Et responderet. In fratrum vero conjunctio, species Democratis, seu popularis status cornitur. Patric. lib. 1. et 3. de regno. *Etsi vero m[od]icior[um] in his gubernationum atque administrationum generibus reperiatur, tamen nova forme inde non oriuntur, nomen ab eo quod prædomina natura dependet.* Gregor. lib. 5. ca. 1. *Nec, qua intentione vel remissione trium harum nascuntur virtus & corruptelatam genera rerumq[ue], quām aperte&sic, digressiones & aberrationes appellandæ videntur.*

Observandum hic esse mones Bodinus post. reipub. p[ro]p[ter]e esse monarchiam, vel polyarchicam, cum tamen ratio gubernandi & administrandi, longe sit alia & diversa à tali statu Reipub. Sic status Reipub. Romana, ex aliis regibus erat popularis, quoniam jure majestatis omnia penes populum erant, sed ratio gubernandi fuit aristocratica à populari alienissima. Nam senatus decretis omnia fiebant, & senatus consulta omnes obligabant, & senatus, jura majestatis usurpabat. Quale imperium senatorum, demandatum erat. Gerebant enim vices populi & precaria uecebantur jurisdictione, non propria, sed aliena populi. Postea plebis scita successerunt, que popularem statum exprefsius.

fins declaral
ex sola adi
ex hac cog
ra majesta
bus admin
supra,

Mon
socio e
cos, &
dens.

Va
solet.
gor. lib
& det
6. c.
princ
ne. l
princ
suff
leg
do
6
3
a
e

fuis declarabante. Sed male meo iudicio ita Bodinus distinguit. Nam ex sola administratione potestate species magistratum suum sunt, atque ex hac cognoscuntur, num illi sint polyarchici, vel monarchici. Iuxta maiestatis semper, in omnibus speciebus magistratum & in omnibus administrationibus, sunt populi, sicuti diximus ca. 19. & ca. 24. supra.

Monarchicus, magistratus summus est, qui solus, sine socio est summus magistratus, in subditos omnes universos, & singulos imperium, cum administratione regni tenens.

Variis nominibus & appellationibus sic à variis vocari & insigniri solet. Nam à quibusdam vocatur rex à regendo. vid. Petr. Gregor. lib. 6. c. 8. de Rep. & libros regum, quod nomen populo Romano odioſū & detestabile factum, ob abusum imperii regi. l. 2. de orig. jur. Greg. lib. 6. c. 15. de Repub. Quibusdam talis monarcha dicitur imperator, in principe & procerum. Digest. & Institut. Greg. lib. 6. c. 9. Alex. ab Alexandrienne. l. dierum. lib. 1. c. 2. ab imperando, seu imperio. Quibusdam vocatur princeps, quasi primus & præcipuus ordine, auctoritate, dignitate, & suffragio, præcipuas partes obtinens, tit. de constit. princ p. l. princeps. de legib. Gregor. lib. 6. c. 4. & c. 5. Deut. c. 17. arqum. 1. Sam. c. 9. Quandoque enim iudex dicitur, à judicandi officio. Petr. Gregor. dict. lib. 6. ca. 6. & lib. Iudic. & 1. Sam. c. 7. 6. & Ior. c. 13. 20. 21. 1: Reg. c. 3. 9. Psalm. 71. Quandoque dominus Gregor. lib 6. c. 12. de Republ. per allega. ibidem. vido Sueton. in Octav. c. 53, & in Tiberio. ca. 27. & qua dixi in Dicologic. de domin. Aliquando dux vocatur ab exercitu ducento. 1. Samuel. c. 8. Deuter. cap. 1. 30. Gregor. lib. 6. ca. 7. de Republ. Fuerunt quoque, qui suos magistratus ex peculiari & proprio alicuius rei, vel principis insignis nomine, vocabant, quod imposberos, propter singularem aliquam praestantiam, aut memoriam continuabantur. Sic Agypiorum suos reges quandoque Pro'omeos, quandoque Pharaones vocabant: & Parthi suos Arsacidas: Latini suos Murranos. Et Albani suos Sylvios. Et Romani, suos Cesares. Philistaeorum reges omnes in bibliis vocantur Abimilech. Greg. d. libo.

S III 3.

6.c.14.c.15. & seqq. Prophetæ unamquemque ex approbatis regibus, David vocabant; et eices insignem regem Constantinum. Vid. latius Gregor lib. 6.c.10. Turca um reges Oeomani ab Oeomano primo vocantur. Porro de superbis vanisque nominibus & titulis quorundam regum videlicet latius. Pet Greg d.l. 6.c.11.c.12.c.13.c.15. de Republ.

Natura monachix est, ut nutu & potestate unius, Respubl. administretur, quæ propriæ est potestas suprema, non fendedos ab alieno arbitrio, qua unus in universos & singulos imperandi ius habet, à quo cæteri, qui sub eo Respubl. per partes sibi creditas, moderantur, pendent & tanquam illius officiarii sunt, per quos monacha sua mandata exequitur.

Sunt qui contendunt, monarcham sine consiliariis, ephoris & optimatibus regni posse de rebus gravioribus statuere, ut de bello pace, alii que negotiis ordinis. Alii negant, atque in talibus optimates consilendos esse existimant, atque sine eodem consensu, de talibus negotiis nihil & acutendum, decerneendum & promulgandum esse, quorum sententia mihi placet ex illis, quæ dixi sup. ca. de consil. 27. & ca 18. de ephoris. & cap. 32. in fine adæ Gregor. lib.24. cap.7. de Republic. Bodin. lib. 2. cap. 1. dicit in regno Gallia, regem pro arbitrio sententias singulorum per Cancellarium exquirere, eumque ponderare, non numerare sententias, & quam probat, eam tanquam propriam, sub suo nomine pronunciare. Qua in re habet contraditores Ercemannum, Antimachia vellum, & Iunium Brucum. Vide quæ diximus cap. 32. de comitiorum seu conciliarum universalium autoritate.

Sed dices, quomodo dicetur monarchia, quando monarchæ potestas non sit absolute, & libera, que nimis intra circas praescriptas metas se continere teneatur, & contra leges & concilii universalis regni & Ephorum voluntatem, nihil possit facere. Plane libertas dicunt naturalis facultas eius, quod cuique facere liber, nisi quid vi, aut iniure prohibeatur, ut dicit Iuriscon. & imperator ipsem in tie. 6. de legib. in l. digna vox majestate regnantis, legibus allegatum se princi-

principem profiteri, adeo de autoritate iuris nostra pender autoritas & revera maius imperio est submittere legibus principatum. Non posse igitur & prohiberi imperatorem iniqua & prohibita facere, non potestati neque libertati ipsius detrahit, sed veram ipsius libertatem & potentiam describit; in quiibus terminis & factis illa consistat, Nam natura imperii non est, quidvis posse imperare, nec potestatis natura est, quid vis posse facere, sed, que natura & ratione recte convenient. Sic Deus non potest mentiri, ut dicic Apostolus, neque facere, ut duo contraria eodem loco & simul sint, ut lux & tenebra. Nec tamen ideo minus omnipotens dicitur. Nec rex ideo impotens dicitur, quod non possit in cælum ascendere, vel digito cælum attingere, montes transportare & oceanum exbaurire. Sic igitur monarca potestas summa erit, qua iure legibus & recta ratione circumserbitur, non qua indomita, effroncis contra naturam & rationem fertur. *Vaquinis lib. 1. cap. 15. & c. 45. illust. controly. & cap. 26. num. 22. d. li. 1. Covaruv. li. 3. var. resolut. c. 6. num. 3. Pinell. in pars. 1. c. 2. rub. C. de refe. vendit num. 25. 26. per alleg. ibid. Bart. in l. Aemil. de minor. ait, magnus est Cæsar, sed maior ratio & veritas. Crayet. de antiqu. temp. part. 1. Rationi verò & natura convenit, ut pædia & leges regni, in quæ iuravit, rex serventur, ut conciliorum & optimatum consensum adbeat in arduis. de quare latius supradixi suo loco. Regnum igitur Germanie vel Gallie, monarchia est, licet Imp. & regis potestas sit limitata & coarctata parlamento & concilio regni. Non hoc negavi in eo 14. ut Arniscus putat. cap. 8. polit.*

Nam licet hic monarchia, seu regno Germanico & Gallico, quid infit Aristocraticum, hoc tamen non efficit, ut ideo definat esse monarchia. Sunt enim species Rerum publ. estimanda à parte posteriori & predominante, ut hominis, quas vocant, complexiones, seu rases; Nam nec cholericis, nec sanguineis, nec melancholicis, nec plegmatisis, quatuor illis humoribus sine vita periculo carere possunt, sed sit unum, ut ex alterato minus, vel plus homo partipere. Unde ex predominante & potiore humore, homo nominatur sanguineus, cholericus, melan-

princeps.

ebolicus, vel phlegmaticus. Simili ratione, ut in corpore humano, cui Respubl. comparari solet, sit etiam in speciebus Reipubl. admissa Cranda. Quæ enim Reipublica admissa Cratio esse potest, aut stare, qua caret suis intermediis magistratibus, vel statibus, vel cõfiliis, regni, vel certo quodam capite. At status, quos dixi, representant quandam aristocratiæ: Concilia vero Democratiam, & caput illud, si se sit illud persona una, si ve plures, loco unius, representat monarchiam: ut sit in humano corpore, in quo caput, instar regis, imperans est, cor cum quinque externis sensibus, instar optimatum, reliqua vero membra corporis omnia, in Car. pl. bis & populi universi. Magistratus vero bi intermedii, pendenti sèpè immediate à populo prædominance, qui illis prescribit, illus constituit & abrogat. Et cum rectè à prædominance dicatur Democratia: sèpè etiam immediate, ab uno prædominante pendens, unde dicitur monarchia: sèpè à duobus, tribus, vel quatuor prædominantibus, immediate pendens hi magistratus intermedii & status, quos dixi; & dicitur eam ob causam rectè Aristocracia. Sic etiam, si concilium regni ab uno, vel à pluribus pendet, judicandum est. Pro capite vero Respubl. si unus est consuetus, dicitur monarchia, at si pro capite plures sunt consueti, aristocracia, si universus populus, Democratia vocatur; Aristocraci illi duo, tres, vel quatuor, in imperando unum representant: Sicuti in Democratia, populus suum representare debet consensu, concordia, unione & fatis suis. Discordes enim separati, dissentientes, concurriaque agentes, qui imperare possunt? Sic ergo in aristocracia omnium imperantium concordia efficit, ut plures instar monarchia loco unius habeantur; à quibus imperantibus pendet status Respubl. Si amplius queris, quid sit democraticum in monarchia & aristocracia. Respondeo in utraq[ue] esse comitia regni, in quibus populus habet sufragium referendis, & democratiam representat; si contra queris, quid sit aristocraticum in democratia & monarchia. Respondeo Casus regni & inter medios magistratus est, qui representant quid aristocraticum, Monarchicum quid representant, & quid democraticum. Non enim in aristocracia sensas

sentat in Aristocracia & Democracia, concordia & consensus imperantum, quibus plarum voces ut unius vox & voluntas esse reputantur. que voluntas nisi in Democracia & Aristocracia sit, durare ille non possunt, sed statim pereunt & in alias species admissi Cratioris abeunt. Que cum ita sint, rectè dicimus temperatam & mixtam esse quamvis Republica speciem, uii hominis complexio ex quaruor, quos dicit humoribus, est temperata. Sic enim id quod est monarchicum in Republica continet in officio & conservat id, quod est aristocraticum & Democraticum, & id quod est aristocraticum & democraticum in officio continet & coibet, quod est monarchicum. Que temperatura est optima & diurnitati conveniens. Ita enim remedia opponuntur variis vitiis & casibus quibus singulae Rerumpublicarum species per se sunt obnoxiae: non secus ac in humano corpore cholera fervor à phlegmate mitigatur & sanguinis concitatio à melancholia cubibetur, ita ut una complexio alterius sit conservatio & via in excessu, vel defecitu corrigit. Talis putatur fuisse Republica Lacedemoniorum. vide Cratium de Republica Lacedemoniorum cap. 4. & eadem commendat Caspar Concarenus lib. 1. de Republica Venetorum. Zech, de principiis. lib. 1. ca. 4. Kirchnerus de republica, disputat. 3. thes. 7. banc temperatam & mixtam rationem optimam existimat. Sed uti non obstat quo minus à predominante specie, hunc cholericum, illum melancholicum, alium sanguineum, vel phlegmaticum dixeris, sic nec impedit quo minus monarchiam dixeris, in qua unius imperium prædominatur atque peculiaribus prærogatis & iuribus adversus reliquias species aristocraticam & democratiam scilicet munitur, ita ut in officio eas continere possit, ne supprimant monarchiam. Et quemadmodum fieri per naturam non potest, ut omnes humores in corpore humano, pari potestate & quantitate dominentur; Sunt enim contraria humores & quantitates, que se invicem collunt, nisi remissis & temperatis gradibus & qualitatibus inter se temperentur: Tum enim in uno corpore simul esse possunt: Sic quoque haec administranda reipublica species simul conjungi non possunt, nisi remissis gra-

Tcc

dibus temperentur. Non enim solus populus, iura maiestatis sibi usurpare potest, & simul quoque unus, vel optimates duo plures, eodem tempore. Nec à solo populo immediate iura illa pendere possunt & simul à rege, vel optimatibus. Neq; etiam populus uno, vel tribus maiestatis juribus uti potest, & reliquis Rex, vel Senatus. Nam natura horum iurium maiestatis est, ut qui unum habet cogatur etiam necessario reliqua habere, neque uno uti possit, nisi & reliquorum usus illi concedatur. Sunt enim connecta & individua. Necesse igitur est ut uni competant exercitio, non pluribus simul, nisi illi plures, instar unius, mutua concordia & consensus in iuribus hisce administrandis se gerant. Regnum enim unum, duos non capit, ut nec mundus duos soles. Neque duae potestates, seu imperia summa, simul esse possunt. Summum enim est, quod non habet superiorum imperium, neque par, id est in monarchia quam Democratia, vel Aristocracia locum habet. Fieri potest, ut potestas quidem sit in populo, autoritas vero in Senatu, hoc est, ut senatus decernat, populus jubeat decreta iisq; quasi spiritum vitalem infundat: Fieri quoque potest, ut potestas sit in rege, autoritas in senatu, ut in singulari Republica speciesbus sit, quando ex statuum & ordinum consensu quid decernitur; sed haec non est mixtio, vel divisio, aut communicatio iurium maiestatis, sed vel Democratia, vel Monarchia. Status Democraticus est, ubi summa potestas est penes populum, qui ex consilio quorundam imperat & iura maiestatis usurpat. Monarchicus contra status dicitur, ubi penes unum est summa potestas, qui ex consilio quorundam agenda agere potest. Quare enim alteri non posset concedi precario ins quoddam maiestatis ut nibilominus concedens iuris concessi exercitium & possessionem recinet, atque aliis ipsis vices in exercendo illo obtineat, tanquam vicarius quidam & substitutus, à quo quovis tempore ins concessum repeti possit. Ita Casares & Imperatores quidam Senatus & populo Romano multa ex iure maiestatis ad tempus concesserunt, vel indulserunt, ne populus senatusve sentirent, iura à se transferri, & hoc velamento & imagine regerent Imperatores jus suum: vel etiam ne subita mutatio periculum adferret,

ferret. Quamvis quidam etiam ex ignavia & socordia, vel ini-
peritia administrandi & imperandi, Senati, vel populo iura
quodam maiestatis administranda indulcerunt, quæ tamen illis,
quocunque tempore, licuit reponere. Sed hæc omnia non
faciunt, ut ideo iura maiestatis sive dividua, & communicabi-
lia, cum in hisce casibus senatus vel populus Romanus jure Impera-
toris usus fuerit, eundemque representaverit, qui quandocunque
precarior concessam iurisdictionem, repetere potuit. Ideo vero
Senatus, non magis quam prætor, vel procurator, Vicarius dele-
gatusve Cesaris sub quibusdam Imperatoris maiestatis ius habuit,
ut latius docent Iurisconsulti. Nam non propria, sed alio-
na potestate tales fungi dicuntur. l. 16. solet de jurisdictione. l.
3. efs. l. 1. §. 1. de offic. ejus cui est mand. jurisd. De mixta
Reipublicæ constitutione & statu paulò aliter Bartol. Keckerman-
anus lib. 2. cap. 4. politic. Systemat. qui meam sententiam de
mixto statu, quem vocat, non recte intellexit. Constat os-
nim ex precedentibus & tota doctrina politica, me nullam spe-
ciem magistratus ab illa mixtione immunem statuere. Simplicem
& purum statum in politica hac consociatione non agnoso, neque
ob natura humana imbecillitatem esse posse diuertitus, aut bonus
& sociali vita accommodatus. Itaque ut aqua sine terra alijs
qua mistura insipida & nutritionis expers fuerit, atque aer sine
aliquo humore aquo vita humana minus inserviret, sic nec sim-
plex talis & fictus status politie Platonicus & Utopicus vita so-
ciali prodire posset. Nec etiam mea sententia unquam fuit,
ab illo, quod est optimum, quodque mensura est reliquorum, ab
eo debere fieri tractationis initium. A notioribus generalio-
ribus, à quibus lucem sequentia accipiunt, per specialia minus nota,
conatus sum procedere ad specialissima, quæ à precedentibus pendente
& sine illis intelligi non possunt. Hoc enim lex methodi
requirit.

Tunc

In monarchia consultum est, ut sine perpetui magistratus intermedii. *Gregor. lib. 4. ca. 5. num. 36. de Repub. perl. 1. 30. Jurif. peric. de excusat. rut.* & lex Iulia de ambitu accurate obtinetur. l. 1. ad l. Iul. de amb. Nullus enim magistratus novus, quin aliquid novi apparet & cui non displaceat aliquid ex moribus sui antecessoris. Temporalis etiam non ita strenuus in Officio suo, ne privatus effectus & potestare destitutus, periclitetur; & metu subdicos concinere vix potest: perperius vero majorem experientiam haberet & discebat & semel satiatus, non inhibet bonis subditorum; sed tamen magiores jurisdictiones & potestates provincialrum & praefectorum non patietur monarcha perpetuas. *Vide cap. 24. de nat. regni, & Melchior. Iunium libro 1. politic. quastione ultima. Bodinus libro 4. capite 4. de Republica.*

Arces & propugnacula, status monarchici non tantum ornamenta, verum etiam firmamenta sunt. Quamobrem & à Davide & Salomone regibus optimis sunt diligenter edificatae que recentia praefidii. 2. Samuelis capite 5. verfu 9. 1. Regum capite 4: & similiter ab aliis regibus Iuda & Israelitarum, vide Bodinum de Republica.

Leges in hoc Reipublica statu tales esse convenient, quibus potestas monarchæ adversus eos, qui potestatem quandam aristocraticam, vel democraticam in eam usurpant, munatur, & quibus eisdem in officio contineat. Deinde utiles illæ leges, quibus populus in obsequium Principis, & princeps ad justiciam informetur, & quibus dignitas principalis non enervetur. Itaque princeps hic habenas tenens, currum Reipub. regat & cæterá, quo cunque ducat, sequantur. *Vide Petrum Gregorium lib. 4. ca. 5. num. 36. de Republica.* Nam hunc scaturunt coniurationes & infidia maximè infestant. Aristotele lib. 3. politie c. 10.

Ejusmodi status monarchicus in Republica Romana fuit, cum solus Romulus & postea sequentes Imperatores lege regia imperium tenerent. *Vide Halicarnassum & Livium.* Talis fuit status Reipublicæ Iudaice

sub

sub Moysi et Iosua. Dent. cap. 33. 5. Gen. c. 36. 31. Iudic. ca. 17. 6. ca. 18. 1. Exod. ca. 18. 13. & sequentibus. Ios. ca. 1. 17. 18. & sub Saule, Davide, Salomone & sequentibus regibus iudaicis. 1. Samuelis ca. 8. c. 16. 2. Samuelis ca. 7. 19. Dent. c. 17. Psalm. 2. et libro 1. & 2. Reg. & calis status aliorum populorum fuit. Vide Gregorium lib. 5. ca. 3. & 4. de Repub.

Et que calis Monarchia aliis magistratum speciebus melior & utilior à plerisque esse existimatur, ut latè prabat Petrus Gregor. libro 5. cap. 3. ca. 4. & Bodin. lib. 6. de republica. cap. 4. Melchior Jun. lib. 1. politie. quæc. 4. Simanca. de republ lib. 3. cap. 2. 3. Thomas Morus in Utopia lib. 1. cap. 2. Lips. lib. 2. polit. ca. 2. & Ari-
ffore. lib. 8. politie. cap. 10. Rationes præcipue adferuntur, I. quia natura conveniens, in qua semper una creatura, reliquias sui generis dominatur & imperat, sicut & anima una corpori, & Deus unus mundo. II. facilius est hic gubernatio tam quoad consiliorum inventionem, quam quoad exsecutionem eorumdem & arcanorum silentium. Tolosanus libro 13. capite 12. de Republica. III. quia status hic non facile mutacionibus & confusioni est obnodiatus natura sua. Vnde historie testantur, nullas Republicas diutius durasse quam monarchias. IV. quia antiquior, statim cum genere humano incepit, ut colligitur ex Gen. ca. 11. & 12. 5. Quia hac forma Deus in populi sui gubernatione usus legitur. Numer. ca. 11. Exod. cap. 18. ca. 24. Num. ca. 16 Ios. ca. 1. Dent. ca. 17. in fine. VI. Facilius & melius, unus, quam plures in navicula cum torquere possunt. VII. Sapientiorum populorum exemplum habet. Gregor. dict. c. 3. num. 19. 5. VIII. Quia incommoda multa in reliquis republicis scatibus & formis. de quibus Petrus Gregorius dicto capite 3. & 4. Bodinus dicto loco. Nemo enim teste Christo, duobus, multò minus pluribus dominis servire, nec plurium judicio ac voluntasi facile quis faciascere potest.

Hunc ramen monarchicum scatrum conjurations & infidiae maxime infestante, quo ut plurimum & sapissime contra monarchiam subdiciunt parantur & sunt. Aristot. lib. 5. ca. 10. polit. Melch. Jun. lib. 1. polit. quæc. 4. Philipp. Bergoldus in lib. de optimo Reipubli-

Ita Patricius lib. 1. de regno. tit. 3. Bodin. lib. 2. ca. 2. Vincen. Castell. de offic. regis ca. 1. lib. 1. Matsb. Scolast. de verò & Chriſt. principe lib. 1. s. 5.

Polyarchicus magistratus summus est, qui subditis, cum aliis sociis pari, vel eodem imperio summo instructis, imperat, & jura maiestatis administrat.

Natura huius magistratus requirit, ut quilibet socius huius imperii summi, in omnes subditos singulatim, vel singulos subiectos, id exercere possit, et in omnes collectim, vel in universos subditos, solus unus, sine socio, non possit. Bodin. lib. 2. c. 6. de Republ. Nam plures administratores, hic non habent diversas potestates & imperia, neque etiam ex his singuli penes se habent summatam potestatem, sed omnes conjunctim simul unam supremam potestatem habent quæ pluribus, ut universis, non ut singulis est data. Est enim una tantum in Republ. potestas summa, ea que natura sua individua, sicut in corpore uno physico, una anima imperans. Hæc unica summa potestas pluribus communicari non potest. Rosenthal lib. 1. de feud. cap. 5. conclus. 10. num. 3. 4. Heigius lib. 1. quest. 4. num. 25. & seqq. non secus quam unitas. Itaque recte dicitur, hunc magistratum debere representare unum in imperando et iuribus maiestatis administrandis, in quibus unam voluntatem & potestatem habere debent singuli & universi summi magistratus. Nam dissentientes inter se imperare non possunt, neque iisdem subditi iudicium obtemperare, iuxta dictum Christi, nemo potest duobus dominis servire. Matth. e. 1. 2. Luc. e. 1. 1. regnum in se divisum desolabitur. Unde si duo, vel tres, aut plures imperantes concordia preciperent & demandarent, subditi nulli eorum obedire tenerentur. Pacion. lib. 2. ca. 36. nu. 54. & seqq. donec ad concordiam redigantur. d. ca. 1. 36. nu. 57. Nam uti diximus, natura iurium maiestatis est, ut sint individua & incommunicabilia, que separari & diversi communicari non possunt. Qui enim utitur uno horum, necesse habet & reliquis uti. Sic qui ius cuendæ moneta habent, ad expeditionem hujus etiam opus habet jure legis condenda & puniendi, & sic quoq; in ceteris. Vide Pacion. lib. 2. c. 36. de probat. & diximus supra. c. 9. de Iure maiestatis ecclies.

lus

Ius convocandi collegas, ad consultandum & unanimi consensu imperandum, in unum hic transferri consultum est.

Subditi in polyarchia id præstare debent omnibus & singulis polyarchis, quod uni in statu monarchico præstant.

Consultum & utile est in statu Reipubl. polyarchico, quia exercitium & usus communis iurisdictionis, non est penes quemlibet insolidum, nec à quolibet insolidum exerceri commode potest, ut communi & concordi suffragio usus iurisdictionis communis, per ministrum communiter & individuè exerceatur. ut multis Juris. video placuisse. vid. Covarruv. præf. quæc. ubi. qui hoc aquissimum esse censem, quando usus jurisdictionis, non commode d'vidi poterit, sed quando divisione fieri poterit, judeca portionem & partem quam quisque majorem, vel minorem in territorio eodem habet, putat divisionem etiam esse aquissimam. vid. Bonerium decisi. 5. qui existimat, alterius mensibus, vel annis, prout maiorem vel minorem partem jurisdictionis habet quisque jurisdictionem concedam insolidum.

Sed etiam putarem, posse plures coniunctim, singulis, vel maiori parte consentiente & ex communi approbatione & decreto, uti iurisdictione communis. Quando divisione jurisdictionis sit pro ratione territorii cui libet adsignata, putarem, constitui eo ipso duas separatas & diversas species imperii, neque posse amplius dici polyarchiam, sed duo separata esse regna & Resp. uti sub Rebabeam, 1. Reg. c. 12. & post divisionem imperii in orientale & occidente. Tolosan. lib. 25. Pacian. d. c. 36. putat divisione oppidorum, urbium ve unius comitatus, non ipsum comitatum, sed iurisdictionem, seu administrationem jurisdictionis censerit divisionem.

Plane in magnis periculis, magnisque calamitatibus, Reipubl. polyarchica nulla ratione melius servari potest, quam si ex communi imperantium consensu, imperii administratio, uni, vel alteri commendetur. Patricius lib. 1. titul. 13. Id faciebant Romani, quando Dictatorem eligebant tempore necessitatis
ad:

ad tumultus, seditiones, discordias & alia incommoda evitanda.
Clapmarius lib. 3. ca. 19. de arcan. rerum publicarum. Richter. axi-
omat. 59. Ut enim unus commodius & melius babemas tenere &
currum regere potest; Sic etiam unus, melius reipub. administrare. Atq.
hac ratione fieri potest, ut administratio reipub. si monarchica, reipub.
vero status polyarchicus.

Præterea in polyarchia leges tales esse utile est, quibus
potestas polyarchica manutur contra eos, qui monarchicam
quandam potestatem in ea usurpant.

In hac polyarchia, consilium plurium imperantium no-
tandum, ita ut quod maiori parti imperantium placuerit, sit
sequendum & exequendum, necessario, ne alioquin status po-
lyarchie corruptatur, Pacian. lib. 2. cap. 36. num. 51. de probar.

Ideoque in hac polyarchia, non est liberum arbitrium ad-
ministratorum, in consiliis retractandis vel mutandis, sed neces-
sitas parendi. Petr. Greg. lib. 24. c. ult. & lib. 22. c. 1. c. 2. de Rep.

Consilia, ut secreta manent in Polyarchia per deputatos
certos, ineunda sunt, iisque deliberatio permitenda.

Polyarchicus hic magistratus est Aristocraticus, vel
Democraticus.

Aristocraticus est, quando coniunctim & individuè paucis
optimatib. nobilibus, sive divitibus, vel aliis quibusvis, in re-
liquos singulos & universos, summum datur imperium & ex-
ercitium jurium majestatis. Petr. Greg. l. 5. c. 1. de Repub. Aristot.
lib. 5. c. 1. politie. Melch. Iun. lib. 1. polit. quest. 4. Bodin. lib. 6. c. 4.
& lib. 2. c. 6. de Repub. qui commoda hujus imperii enarrant latius.

Aristocratie opponitur oligarchia, qua pauci ad opum amplifi-
cationem, dominatum ad se rapiunt & eo/suos consortes spoliant. vide
Melch. Iun. lib. 1. quest. 2. ubi exempla adferi.

Natura Aristocracie postulat, ut pluribus sociis ex aequo ius
imperandi, & par potestas inde sinenter, coiunctim & indivi-
sim, cooperat in eisdem subditos, singulos & universos, & specia-
libus legibus muniatur contrà monarchiam & democratiam.

Sic

Sic in politia Venetorum, que censorum esse Aristocratica, iura maje-
statis sunt penes consilium magnum, ad quod non nisi patricii admittun-
tur & obliguntur. Princeps seu Dux Venetorum, honorē, dignitatem &
prerogatiū, in quandam habet, sed potestatem superiorē non habet. Hec
enim est penes collegium summum. Est igitur Dux Venetorum, prin-
ceps senatus & collegii, monarcha vero nequaquam.

Deteretur hic magistratus electione, lusfragiis optimatum,
vel tribitorum, quorum lusfragia centuriatim, vel curiatim,
vel tributum colliguntur: modo ex censu & stimatione di-
vitibus deferuntur, modo ex virtute opinione, virtute præstanti-
bus, modo ex etate, aut nobilitatis estimatione, virtute senio,
etate, experientia, vel nobilitate conspicuntur, electis.

Sors quoque hic magistratus deferri potest populo consenserit. Qued
si virtute præstantissimus eligendus: jus habet, ut sui similem eligeret, &
hic electus certum, & certus querunt, & sic deinceps; donec numerus
gubernantium est impletus, optima hac eligendi ratio videretur Bodino.

Populo indistincte electionem dare, periculum videtur,
ut pote, qui privatis suis affectibus ducitur atque de bonis &
prudentibus, aptis & idoneis personis, iudicata non potest.
Bodin. lib. 2. c. 6. consulium, ut optimatibus seu ephoribus hoc
permittatur. His enim, quia regni natura & conditio est no-
tior, ex officio injunctum hoc videtur. vid. sup. c. 18. de Ephoribus.

Hodie in quibusdam locis, jus eligendi illis competit, qui-
bus mos patrius, vel arbitrium & consensus subditum id
dedit. Greg. lib. 4. c. 5. de Rep. planè hic virtus imperantium ma-
xime spectanda, quæ nisi constantes servetur, statim labascit
Reip. forma. Nam potestas malitia conjuncta, nervos & robur
affectibus addit, & Respub. in tyrannidem, vel in oligarchiam,
aut monarchiam mutata. Arist. lib. 4. polit. c. 7. arg. 1. Sam. c. 8.
ubi ob avariciam & improbitatem filiorum Samuelis, Aristocracia in
Regnum fuisse conversa.

Praeterea, quando in Aristocracia ipsi optimates electi, te-
nent imperium, qui fieri potest. Greg. lib. 4. c. 5. n. 15. 16. & s. qq.

Vnuu

tum officium Ephorum & inspectorum, est penes populum universum, qui habito conventu, in suos principes & gubernatores Reipubl. peragit ea, quæ Ephoris in Monarchia & Democracy sūt facienda; iuvavis & hic Ephori alii possint constitui,

Quando unum regnum dividitur in duo separata, quæ iura maiestatis communia, eorumque administrationem communem non habent, illa divisio non constituit Polyarchiam, sed plura regna divisa & diversa. Exempla regnum hoc modo divisorum refert, Pet. Greg. lib. 25. de Rep. In Alexandri regno post mortem eius divisorum: in regno Iudaico divisorum sub Rebabeam: in Romano imperio occidentali & orientali.

Quando vero collega adsummitur in administratione imperii, sit Aristocracia. Tales collegæ in imperio fuisse leguntur Antoninus pius, & frater eius Lucius verus, Opilius Macrinus, eiusque filius Diodorus, Marcus Iulius, Philippus, cum filio Caio Iulio Saecurnino, Valerianus cum filio Galeno, Dioclesianus Dalmata cum Maximiniano, Constantius & Galerius, Constantinus magnus cum Licinio: Theodosius cum Honorio; Constantinus cum Juliano. Valentianus cum Valente & aliis nonnullis, vid. plura exempla apud. Greg. lib. 25. & Bodin. lib. 2.c. 2. de Republ.

Ig. hoc Reipubl. statu illæ leges utiles, quæ avertunt illos, qui Remp. gerunt, ab imbecilliorum contumeliis, calumniis & insimulationibus contraciebentes.

Eiusmodi status Reipubl. Aristocraticus videretur fuisse in politia Israëlis sub senioribus & tribuum & familiarum singularum principibus. quando nullus erat rex tempore iudicium. Iosu. ca. 22. 14. Iudea. ca. 1. ca. 2. Levi. ca. 9. Ejd. ca. 9. Nebemo. ca. 5. c. 1. 3. Gen. c. 3. 6. 3. & Exod. c. 3. 1. 6. 18. c. 5. 14. 15. 1. 6. 17. 19. 20. ca. 6. 1. 3. & seqq. Nam iudices ipsi, regiam potestatem & dominacum non habebant, sed instar dei Electoris apud Romanos, eligabantur, vel dabantur à eo periculofis temporib, Iudicat. 8. 22. 23. 1. Sam. c. 7. 1. 5. 1. 6. Ordinaria & perpetua iuriis administratio erat penes seniores 70. & penes Chiliarchos, centuriiones, quinquagenariorum & decuriones, & penes principes tribuum & familia-

familiarum & civitatum, Exo. c. 18. 21. & seqq. Deut. c. i. 13. & seqq.
adde supr. c. 8. de provincia. An & apud Romanos hic Rep. statu, & ho-
die apud quos inveniatur, vid. apud Bod. lib. 2. c. 6. de Rep. ubi tam
male regat Germanorū Remp. esse Monarchicā, sicuti alio in loco dixim.

Democraticus status, seu magistratus est, quando populi,
in regni corpus consociati, seu regnolarum universalium
nomine, quidā ex iis alternatim & successivē, certis temporibus
ab universis electi, ceteris omnib. singulis, vel universalis impe-
rante, ita ut secundū iuris frigia populi universi, centuriarum, tri-
dui. i. n. sive curiarum collecta, iura maiestatis & summe potesta-
tis usurpet & administrent. vid. Bod. li. 2. c. 7. de Rep. & li. 6. c. 4.

In hoc statu politie, optimatū & ephorum si alii non sunt,
locum & vicem tenent prefecti collegiorum, curiarum, tribu-
um, centuriarum, collegiorum, aut classium, in quas populus
totius regni est distributus. Hinc eadem potestas, qua ephoris
in monachia, vel aristocracia competit data est. Ergo hic pre-
fectus cuiusque clavis, vel centuriz, vel collegii, loco ephori
est, quando alii à populo constituti non sunt. Populus vero
universalis totius regni, seu consociationis universalis corpus,
summus magistratus, cuius arbitrio iura maiestatis administra-
tur à duobus, vel plurib. populū representatibus, & omnia cō-
sensu & iussu populi agentib. Ideoq; Democratica administra-
tio recte instituitur & peragitur, quando populus instar unius,
iura maiestatis exercet, & quasi unū representat in imperando.

Hunc magistratum, quidam reiiciunt, ideo, quod universi simul impe-
rare & parere non possint sibi met ipsi, sed hoc eodem tempore quidem ad
idē & secundū idē & respectu eiusdem fieri non potest, cōtra securus. vid. Greg.
lib. 5. c. 2. lib. 6. c. 2. na. 12. de Repub. & Keckerman. in system. politico.

Natura democratię postulat, ut honorum equalitas & liber-
tas sit, qua in eo consistit, ut populares pervices imperent &
pareant, & sit Isonomia, seu iuris & qualitas, & sit vicisitudo
vitæ privata & honoraria, ut omnes singulis imperent, & sin-
guli omnibus obtemperent. Greg. lib. 4. c. 5. et lib. 5. c. 2. Melch.

Vvvvz

*Iuris lib. 1. polis. quæc. 4. Bodin. lib. 6. c. 4. ubi tia quidam imperant
sq̄ conditione, ut quandoque pareant, & ea conditione quidam obediunt,
ut vicissim quandoque imperant, hoc est, ut sine rives parendi & impre-
ranti. Danicus. lib. 6. c. 5. polis.*

Deinde postulat ipsius natura, ut suis specialibus preeminentiis gaudeat, quibus contra monarchiam & aristocratiā muniatur.

*Apud Romanos in statu democratico imperium erat in magistratis-
bus, auctoritat & consilium in senatu, potestas in plebe, & maiestas in
populo. Hinc illa Senatus decrevit, populus iussit, hoc est, populus iury-
matrii & caris immediate administrabat per senatum et intermedios suos
magistratus, qui tanguam vicarii populi, imperium, non proprium, sed
degnandatum sibi à populo usurabant, tanguam precarium. Hinc, quod
senatus statuit, legem faciebat, l. 9. non ambigitur de legib. l. item. §. pre-
sor. de petit. hered. & Senatus consulta omnes obligabant. vid. tir. ad S.
C. Maced. ad S. C. Vellej. Trebell. Tertullianum, & similia, quæ sunt ca-
pita & jura maiestatis. Politia Romana effecta est democratia, cum ple-
bis scita vim legis obtinere inciperent. §. 4. Inst. de jur. nat. gen. & civil.
Ante tempus illud politia erat ambigua inter Democratiam & Aristo-
cratiā, us recte Arniscus afferit.*

Populare est ergo, ait Gregorius sumi & creati magistratus
omnes, ex quovis civium ordine, seu ex omnibus, ac præcessere
omnes unicuique, & unumque vicissim omnibus.

Deinde per sortem tribuere magistratus, vel omnes peni-
tus, vel illos saltē, qui non peritia indigent, vel arte.

Populare quoque est à nullo censu esse magistratus, vel
saltē, à minimo, & non nisi semel eundem magistratum ab
aliquo geri posse, vel perrarò & annos paucos, exceptis hiscc,
qui versantur in bello.

Populare est, mutabiles & temporales esse magistratus, ut
evitetur invidia, si alii ob continuaitionem magistratus exclu-
derentur, & suspicio ne magistratus illecti dulcedine potestatis
continuata, ad innovandam Rempub. consilia capiant, Greg.
lib.

lib. 5. c. 5. nro. 35. de Repub.

Populare est, ut summa deliberationum sit penes populum, scilicet judicare omnes & ex omnibus, de omnibus, vel de plus rimis maximis & principalioribus, & concessionem esse dominam omnium rerum maximarum. Ideoque in hoc statu sapientes consilium dant, sed de eo inspicentes & rerum impe- ritu judicant, hoc est, populus. *Arist. lib. 4. c. 4. & lib. 6. polit. c. 2.*

Populare itaque est, superioribus comitius consiliisq; omnes cives regni inter esse & posse iudicare & decernere.

Populare est, omnes habere secundum numerum, cum nihil magis gubernant divites, quam pauperes; nec soli potestate habent, sed omnes ex quo secundum numerum. *Arist. polit. lib. 6. polit. cor. 2. Greg. ad. loco.*

In hoc statu est validè consultum, numero esse disparecō-
filiarios & senatores, ne qui numero pares sunt, si sententiis
dissent, actiones publicas impediunt, aut qui plures erunt,
ambitiosorum hominum vim frangere & conatus perturpe-
re possint, & dissententes concilientur à tertio, vel numero
májori.

Ideo democratico statui semper iniuriosa & validè exi-
tiosa fuit, civium potētorum & ditiorum & avarorū ambiti-
osorum continuata in honoribus gerendis perpetuaq; auto-
ritas. *Aristot. lib. 6. c. 2. & banc ob causam ostracismus Athenis, et Sy-
racusis petalismus fuit institutus, ut si qui nimia inter ceteros cives au-
toritate pollerens, eiicerentur.* Nam in hoc statu populus ipse timeri-
vult, monarcha esse & videri, eam summam efficiat libertatem, fa-
cere & precipere, quid videlicet volunt, adeo ut summa deliberationum
sit penes populum. *Aristot. li. 4. c. 4. li. 6. c. 2. polit. Melch. Iun. li. 1. quæst.
polit. quæst. 4. Bodin. li. 6. c. 1. & in eo dominari solent homines inquieti,
factiosi & facundi, qui lingue flabello populum varie concitant & in-
suas opiniones impellunt. Ita in politia Attica floruerunt oratores, Pe-
riicles, Alcibiades, Demosthenes, Lycurgus, Demades, qui fuerunt faces
multorum civiliū bellorum. In Republ. Romana Democratis, maximar-*

Vnu. 3.

maxima fuit potestas Tribunorum, qui senatus auctoritate lebofactae à plebis potentiam auferunt & eam contra Senatores saepe incitauunt. Unde dicitur recte democraticum statum obnoxium esse moribus & mutationibus. Nam qui auram popularem habent, vivis bonis graviores & difficiliores sunt, quam tyranni. vid. Rich. axi. 6. Bodin. lib. 6. c. 4. de Repub. Pet. Greg. lib. 22. c. 2. de Repub.

Electio hujus magistratus apud Romanos fiebat centuria-
tim, curiatim, vel quandoq; tributim. At mos patrius cuius-
que loci hic iuspiendus, vel lex cuiusq; regionis. vid. Bodin.
de Repub. lib. 2. c. 7. Greg. lib. 4. c. 5. num. 40. 41. de Republ.

Vtius est in hoc statu Reipub. ut sint magistratus tempo-
rales, non perpetui. Dana. lib. 6. c. 5. quest. 4. in pol. & Bod. de Rep. 4.
Nam civium potentiorum & dictiorum continuata in honoribus geren-
dis perpetuaque auctoritas, huic statui est primitiosa. Aristot. lib. 6.
politic. cap. 2. & 4. Unde oEratismus Athenis, ne dixi, inventus,
ut tradit Plutarchus in Aristotele, quamvis Respubl. illa, in quibus
singulis annis sic magistratus mutantur, ut novi omnes creantur, sine
finitimae confusione & anarchia. Iud. ca. 18. 7. & decedentes non possint
specimen exhibere eorum: que observarunt, & novi semper aliqua insis-
tuant, & ex prioribus quedam mutant. Greg. lib. 4. c. 5. num. 36. & seqq.
Ideoque in bene constitutis Democratis solent etiam quidam magistra-
tus esse perpetui. Sententia lob. Bodin. lib. 4. c. 4. de Republ. & in me-
thod. Eli Cor. c. 6. de perpetuis magistratibus praferendis, mutabilibus
& annuis, intelligenda est de monarchicis & aristocraticis. Melchior In-
nius lib. 1. polit. quest. 26.

Democraticis magistratibus videndum, non tam, ut placeat
aut multitudini, quam ut consulant utilitati cōmuni. Sunt n.
plures, qui cum id facere student, Remp. ad subversionem & interitum,
vel ad confusione revocant. vide Greg. lib. 4. c. 2. de Repub.

Nimia n licentiam popularibus magistratibus concedere,
non est consultum. Greg. lib. 22. c. 2. num. 4. de Repub.

Consultum est, ut temporib. periculis in hoc statu dicta-
tor ad tempus creetur, cū summa potestate, uti apud Romanos
fiebat.

fiebat. *Zuinger. volam. 28. lib. 2. tit. Alexand. Alex. lib. 1. c. 6. gen. dier. Arces vero & propugnacula & loca munita condere in Democratia periculoso in. Nam hac à rebellibus occupari possunt ad everendum Reip. statum Gregor. lib. 2. c. 3. num. 4. 6. 7.*

In Democratia hac quædam leges utilissimæ sunt & necessariae. 1. ut ratio gubernandi sit aristocratica, hoc est, pauci iūq; optimi & Remp. administrant. 2. ut pœna publicationis & cōfiliationis bonorum non obtineat. 3. ut publicæ accusationes sint rarissimæ, magna pœna constituta aduersus eos, qui falso accusarunt. 4. Magistratum intermediorum electio sit duplex, una per sortem, altera per electionem, illa popularis est, quæ libertas conservatur: hac et guntur meliores & idonei ad imperandum. *Vide. Petri. Greg. lib. 5. c. 2. de Repub. vgl ut quibusdam ex consensu populi ius eligendi detur. 5. ut collegia civium, quibus amicitia, concordia & pax conciliatur, fovetur & conservatur, sarta recta serventur. Bodin. lib. 1. c. 7. de Reg.*

Patiuntur & malum Democratis à magistratibus & consularibus, quod pauperum populi imminuit robur, & parat viam ad Aristocratiæ, quando magistratus, qmum indulgent popularibus, violant leges, dāmmodo rem suam agant. atq; hoc modo ex mendicis fiant divites, ex obscuris clari: unde non nulli privatas ædes, publicis substitutionibus, splendidiores compararunt, & quando Rēsp. plus detrimenti cepit, tanto res ipsorum factæ sunt ampliores. Hi magistratus repellendi sunt, ut salva sit Rēspubl. ne universi improbitatis huius pœnas luent.

Ut enim culpa delictorum, que in navibus committuntur inter navigandum, si quis nautarum deliquerit, communis calamitate vellores omnes involvit: Sic plebeiorum peccata, non in populi, sed in ipsorum damnum cedunt: at magistratum Rēspubl. gubernantium peccata, ad nos universos pertinent. Quapropter Solon plebeius careda, magistratibus & gubernatoribus velocia supplicia constituit. Oppressa enim libertate, qui pœnas repebat, fore neminem exsultimabat,

dixi supra et Latrius, Petr. Gregorius 4. c. ult. in fin. de Repub.

Status Democraticus in Iustitia polis fuit, quando ex convenientia & suffragio totius populi Israeletici, de summa rerum statu habatur, ut Ius dic. 20. Et 21. Et 1. Sam. c. 10. c. 12. 29 ex aliis locis colligitur.

Democratia autem maximè est obnoxia mutationibus. In hac enim multum potest ductorum populi & adulatorum pertulanta, qui divites calumniis onerant, & excitant populum contra potentes & nobiles. Exemplis illustrat Melchior. Iun. lib. 1. polit. quest. 5. Pet. Gregor. li. 22. c. 2. septem causas mutationis binae recitat. 1. est perfidia calumniatorum, qui conspirationem concitans. 2. est sedition & discordia civium. 3. nimia licentia à magistratu populo concessa. 4. Res prospere à gubernatoribus gestæ, qua inducunt populum ad principatum coquendum. 5. nimia indulgentia magistratus, qua siti gradum ad dominatum facit. 6. Mala gubernatio magistratus & negligencia. 7. Confusio & araxia exemplis illustrat. Gregor. & Richter. axiom. 63.

Deinde nimia lèpè potestas conceditur uni ductorum, ubi ambitio tyrannidem excitat. et quandoque effusa populi licentia & impotentia facit, ut egenorum magis, quam Reipub. seu utilitatis & salutis publicæ, ratio habeatur. qua est ὡχλο-
σπατεῖα. vid. Melch. Iun. li. 1. quest. 2. polit. Patricium de regno lib. 1. eit. 3. Richt. axiom. 62. Greg. lib. 22. c. 2. Quandoque populi licentia & audacia tanta est, ut amplius ab electis & deputatis non velit regi, sed omnes simul volunt regere, nemo patere, qua est Anarchia.

Deni que plebis inconstantia & levitas tanta est, ut mutationibus crebris delectetur & secum tandem pugnet in electionibus & aliis negotiis publicis, imperitia magna laboret & naturale odium adversus nobiles habeat. Iun. d. loco, vide denatura populi & vulgi, que supra cap. 23. diximus.

Acquis hæc sunt que de politica arte dicenda esse existimavi. Vi separatis de causis destruentibus confederationem, seu de eversione Rerum publicarum agam, ut omnes politici faciunt, adduci non possum. Nam ne retinam

et sum indicas obliquum, rizetus rizium, rizifam, sicut solis facie adirectante
 legitime confitutus est. Rizofa, sacerdos et regula. KA stardis regnum com-
 fessari et confessio sacerdotis rizifam, rizifam fabiungandus et ducimus
 mancur usq; precepit. Illustrenz prope et rizus de doce propositum est.
 Etu non alienum ab arte politica esse. judicor. Precepit vero de rizis, qd
 pectibus et ne riz confociatione, qd de mala symbiotica eradore, pectus.
 alienum est ab ea, quam etiam in arte politica. Nihil duplum illis artis po-
 litica, altera bona symbiotica, qd est rizatia, cuius rizifam duplique es-
 sere se contrarii finis. Quia de re Legi et methodi docente, dicit postea
 hic approbare Dr. Kockermann et Dr. Elzeanus sententiam, qui scribunt
 inquit post magistratus summi officios in politica et speciebus qd de rizis
 maximo, ex rizione illis speciebus quae dicitur compendiat. nimirum de per-
 vidius et turbibus, rizus enim rizie legi methodi. Non negant enim pa-
 rest ex rizis et turbibus proprietas, rizus vero. Res publica regulatur
 pilula. Sicut rizatia causa rizus rizatia, effectum rizatiorum
 et simplex, seu primum id quod componit, et rizatia prima est, rizat-
 edic ordine, ita quod rizatia rizaties et rizatiorum regne in rizatiorum et
 prius quam ea fuerunt. Licet enim rizatia ergo et rizatiorum rizatiorum
 seu confociatione domestica rizis et rizoribus supradictis et rizatiorum rizatiorum
 manu societas alicatur, et ex hac porta producentur confociationes rizatiorum
 sanguinorum et ad finium diuinorum, ex his rizatiorum colliguntur
 quorum conjunctio vel corpus compositum, quod pagans appellavint rizat-
 ditatem dicimus. Neque ha confociationes symbioticas rizatiorum prius
 per se subsistere possunt etiam sine rizatiorum regne, quam rizatiorum
 corpus confociatum universale symbioticum provincie vel. Regum, re-
 gis, rizatiorum conjugantur, multas commodis et necessariis rizatioribus
 destituantur. Necessario igitur doctrina de rizatia symbiotica conjugum
 propinquorum, coluborum, rizatiorum et rizatiorum rizatiorum sive quae sit
 a regno, vel universali confociatione, sive quae sit rizatiorum rizatiorum
 et rizatiorum, quam rizus rizus ad salutem communem singularem rizatiorum
 et rizatiorum symbioticarum conjuganda hanc doctrinam. Nam rizus publica confociatio
 sine privata domestica esse potest. Utique enim ad omnia pertinet et

convenientem sibi dependentem, scilicet et necessaria. Quod vero de provinciis amplius nihil de rationibus dicimus, sed quod antiquando aristocracie reges quaeque per voluntatem, et aliquando monachorum, la minus recte dicuntur. Deinde in secessione de principatu, confederatione cum versaliter regni. vel Republica quo, urbes & provincias tanquam membra unius corporis, regunt per unum, sicut pars de ministerio, prius membrorum illorum ne-
cessaria ut adire possint. Atque tales urbium, vel provincialium electores, qui electio principatus apud eorum suos ministros, sicut proprii habent, sicut per se mandatorem principalem utuntur. Ideoq; borum vicarii sum propositi, ut dominio suorum metropolitae esse ex liceo idem a quo eam illi accepere, ap quoniam representantur. SeQUITUR hoc mandans est princeps, rex, monarchia etiam vicarius rebus borum, quamvis plurimum administratio non aristocratica, sed potius monachica dictoria est. Si quidem in admini-
strando voluntate, consensu & factis suis unum, numerum suum principa-
tum dominium et regem, representare debent. I. 16. Iolus de iurisdict. I.
3. cap. ad officia eius cui est mand. jurisd. Lices i. curia plures vicarii, dele-
gati & ministri regni civitatem quandam gubernantes, similitudinem
ad quaevis administrationem aristocraticam, quod ad exercitium inferioris
potestus pluribus in aliis viis & revocabiliter concessum habeant, gubernan-
tiam suam & potestatem superiorum propriam aristocraticam mis-
sive habent; sed monacham suum ut dicimus, representat in iis que se-
cundum accepti mandatis fines agunt. Nequaquam ergo ex ratione &
nullo, voluntario, sed ex potestatis, quam quis habet, quaque regitur
conformitate, maiestate & forma species magistratus sunt constituta, pro-
ut supra capite hoc contra Bodinum probavimus. Sed nec de se atque
potestato particulari doctrinam specialem necessariam esse posse, contra qua
adversarii. Dicitur enim ars politica esse generalis, que omnibus etiam
provinciis & particularibus locis, temporibus vel populis semper & ubique
conveniens & accommodans potest, quamvis regna diversa & separata,
sunt propriae longitudinis alii discrepantibus in quibus da causis saepe atque
mutantur. Dicitur pars principatus dominatus, Dynastia, Comitatus, Legatus via-
bus, Marchionatus & similis, quos vocat quid aliquid sunt, aut esse possunt
quem

quam provincia membra, ordines, statuq; illius regni ad quod perirent.
licet & his suis legibus peculiaribus & à careceris regni diversis in qui-
busdam sapè uarent, ubi supra cap. 8. de provinciis diximus. Sed
nec species politice constitutore volui institutionem ejusdem, autio
nom & amplificationem, ac conservationem. Nam politia au-
genda, amplificanda, conservanda & instituenda eadem
plane est ratio. Iisdem enim artibus conservantur,
amplificanturque, quibus est constituta.

F I N I S.

କାନ୍ତିର ପଦମାଲା ପଦମାଲା ପଦମାଲା
କାନ୍ତିର ପଦମାଲା ପଦମାଲା ପଦମାଲା

三三三



De Utile, Necessitate & Antiquitate Scholarum,

ADMONITIO PANEGYRICA.

De literarum scabolis, gymnasii, vel Academias aperiendis, hanc bendis & conservariis, magnum nesci multorum sudetur esse silentium. Suam, quam quisque profiteretur, artem, si commendaret apud suos audatores, officio suo se defunctum esse existimat. Quod si etiam quis forte de scholis quid dicat, id tamen raro & quidem Laconice sit. Quasi argumentum hoc pre dignitatem & utilitatem sua, ubersorem commendationem & demonstrationem non desideret. Dolendum est, rem tamen proclaram, & generi humano necessariam, merita sualande carere. Nam nimirum vilescent nunc, & dixerim ferre sordecent nobis schola. Nam sicut natura comperatum est, ut quod nobis carnis & cordi, hoc perpetuo in ore & corde habeamus sic contra, quod non magni facinus, negligere solemus. Sed & facile eius rei, qua subinde in oculos nostros & manus incurrit, ex frequenti usu, satietas non capit. Quia in re idem, opinor, nobis, quod paucis, accidit. His cibo pomicis faciat & repleti, panem quem tenent, in quodvis obvium scamnum, sed le, vel terrans proyiciunt, de fuitura ineda & insigentia sua nihil solliciti. Bonus vero pater familias, cui utilitas & usus panis ad vitam hanc sustentandam est cognita, etiam in copia & abundantia illius, de fuitura necessitate cogitat, & de medius quibus eundem comparare & conservare et reponere posse, sollicitus est. Nota etiam est humana imbecillitas, ignorantia, oblitio, & socordia. Hac perpetua admonitione, vellicacione et calcaribus, nisi expurgeatur, facile in oblivione sita obdormiscait. Opera preciosa igitur facere mihi video bar, si huic negotio aliquid temporis tribuerem, et in amanissimos scholarum hirsus intrarem et quasi per transennam fructus scholarum præstantissimos. Iustificare. Nam si hisce studiis, que in scabolis excolantur et discunneur, Ecclesia D'E I et Resp. edificatur, continuatur et ad posteros transducatur, regnumq. Dei in hisce terris stabilitur, erigetur, et nominis divina gloria, missa jekas et ampliudo cognoscatur et celebretur, quis christianum non in ea omnes suas vires, facultates et operam libet conferre? Quis non intelligit hic votationis et creationis suo finem? Hoc nimirum studia, que colimus, a nobis existunt. Quae à Deo ab origine ad finem usq. mundi, bonis iocomendatae. De qua

re mihi quadam dictu[m], rogo, aures benignas prebeat[i]. Diccam brevius.
quam forte tantares posse. Quo nimirum tempore schola postar[et] & honesta-
tis & honestarum artium incepere, quomodo & qua de causa insisteres, &
que harum uesperas. Ties & causa est iucunda gravis & utilis, ad vocationem
nostram spectat[ur], in qua ideo, non opinor, mihi necessarium vestras aures ad
attentionem invitare. Distincte dicam, primo de scholarum uisitate & ne-
cessitate. Deinde de earundem antiquitate. Det DEUS, ut cum fructu &
profectu dicam.

Vitae & necessitas scholarum, que sunt pietatis & veritatis officina,
seminariorumq[ue] Ecclesia & Reip[ublica] projectio est, ut merito nos omnes ad ea-
rundem amorem, sustentationem & edificationem inflammare deboas. Hanc
necessitatem scholarum, Iesus (opinor) ostendere, quando nostram penitriam,
inopiam & miseriariam uulscarem, quando pulcherrimos & præstantissimos sa-
piens et omniumq[ue] virtutum fructus, quos schola cumulatè profundit, de-
monstravero. Ex sacris literis constat, hominem scientiam boni & imagine Dei
ornatum, eximia sapientia, justitia, & dignitate excalluisse. Sed cum hanc lu-
cem cognitionis & sapientie divinae, homines primi per lapsum, suâ culpâ, ma-
xima ex parte amissi[er]ent, praluce illa Dei, ignorantiam illius, & rerum di-
uinorum, maximam acceperunt. Atque hoc, prob dolor, miseria & inopia
nostra caput et insinuit est, unde scholarum inserviendarum necessitas, quibus
felicitate amissas præclaras hasce doles, quantum quidem fieri posse, recuperare-
mus. Nam scitis, animalem hominem post hunc lapsum primorum homi-
num, minime esse capacem eorum, que sunt spiritus Dei, & intelligentiam caro-
nis adversus Deum iniuriam esse: adeo quidem, ut nec idonus homo re-
manferit ad quidquam boni cogitandum, sed omne fragmentum cogitationis
& cordis humani, ab initio tantum ad malum sit propensum. Vide in repro-
bos etiamnum spiritus soporis, corporis efficacia, illusionis & tetra impuro-
ritas & sentina uisitorum, horror conscientia, impotencia, borrenda à tristia
& mors eterna. Enī, in quas deformitates & deformities nos lapsus ille conje-
ctus. Quomodo autem ex bisce misericordia & calamitatibus homo eludatur po-
nerus, hoc opus, hic labor. Plane suis viribus nunquam potuimus, scriptura re-
fertur. Quare igitur ipsius labore inanes omnia confusa eruntur. Misericordia
vero Domini illius misericordia, secundum post lapsum banc, usum, speda & modera
estendit. Primum ad expiandum nos dominus Salana, dulcis, per filium a-
parefactam cœnebrum nos liberare, & in regnum filii suorum forta. Deinde, si
quama doles corruptas & imaginem Dei in nobis instaurandam & reparan-
dam, uetus cum artibus & disciplinarum theoria & præceptis, cum imprimis
verbis Dei. Cogitare de voluntate Dei ex libertate redemptiore nostra ex lacro

Det

9

Dei verbo petitor, in scholis doceatur & discatur, sine qua cognitione & intellectu homo comparatur iumentis. Psalm. 49. 13. 14. 15. Psalm. 32. 9. Aresunt cognitionem peculiari D: beneficio, prius illi homines hauserunt ex immortis naturae principiis, sensu, observatione, inductione & experientia, ex quibus artes illi gennarunt. Unde praestantes illi, qui in Genesis c. 4 et seqq. predicator, primi artifices et inventores extiterunt. De quibus plura Poetryas Virgil. Harum artium inventarum scientiam idem inventores primi, postea institutione fidei juueniunt, & posterio sua commendarunt, & inculcarnunt, et quasi per manus tradiderunt, quod est Poeta inscellexit in hisce.

Vtique alios alii de religione docerent,

Contiguas pietas iussit habere domos.

Planè si natura nostra in ea paritate et integritate; in qua condita fuit, permaneficeret, euromones homines naturam perfecti Logici, Rhetoros, Theologi, Inquisidores, Medici, Ethics, et Politici, immo omnium virtutum viva exente pluria extitissent, nec schola, aut institutio nulla necessaria fuisse. Essent in solo terrarum orbe tanquam in refectoriis theatro, homines iusti, sapientes, pi, prudentes, temperantes, casti, immo etiam in pueris nulla stultitia, vel temeritas reperirentur. Essent, inquam, in hominibus clarissima pietatis, sanctitatis et iustitiae exempla. Vnde vero, proh dolor, horum omnium prudens et depravatio, lapsus hominis conscientia, rotius natura nostre vires affixit et penitus extinxit, quia nunc magno labore et studio descends, ex parte vix recuperare possumus. Nam facit ager, quantumcumque fertilis ab qz cultura fructuosus esse non potest, ita ut nunc postlapsum natura est compararum, animalium sine doctrina & disciplina, sine studio & labore, bonarum rerum cognitione excutius esse non potest. Unde et apud Ethnicos trita sententia erit: Dii dona sua laboribus vendunt. Nam anima, cum corpus intrat, est tanquam tabula rasa, cuius natura est omnium rerum ignorantia, & cui rerum notiones postea sunt inscribenda, ut scientia, plus à ignorantia, succedat, quia anima perficitur et sue primita conditione atq; bonitati, quam in creatione ante lapsum accepérat, aliquo modo restituatur. Unde recte Imp. in authent. habita. C. ne filius pro pat. dicis per scientiam mundum illustrari. Et Tullius de natura Deorum, nihil, inquit, est, per quod magis Deus immortalibus similes simus, quam per scientiam. Sed ut cognoscamus et per transversam quasi preclarissimam et prectissimam scholarum merces conspiciamus, passa quedam ex ijs, quae scolis docentur et discuntur, libelabo. Incipians de scientia legendi et scribendi. Hanc quis ex nobis non parvi pre reliquis aresibus astupat? sed ratiocinem illa necessaria, nescia et mirabilia maxime. Legenda enim cognoscenda et scripta nobis scripta, tant sacram profixa, absq; artes, quibus homines

nis vita informatur, & societas humana colitur, lectio scripturarum. ad
DEI cognitionem deducti sunt Borboenses, Act. c. 17, ii. Camerarii Can-
 dices regina. Act. c. 8. Et quoties Christus se referat ad scripturarum lectio-
 nem, ut scriptura est. Matth. c. 4. Rom. c. 15, 4. Legere vero qui potest ille,
 qui non in scholio didicis? Quomodo fructu lectio sine scientia legendi &
 scribendi consequi, immo quomodo cognitam simul memoria remanere possumus?
 Nam multa que sciuntur, ex humana infirmitate obliuioni traditum, exponen-
 tia testantur. Literis consignata vero semper permanet, & oculis & menti
 perpetuo subyici possunt. Hisce preclarorum virorum facta egregia, bissec DEI
 mirabilis consignamus, & quasi immortalis apud nos consecramus. Asperius
 rex insomnem noctem transgens, iubet sibi adferri & legi historias & annales
 priorum temporum. E St. cap. 6. Sic & annales regum & rerum gestarum
 objecerunt. Artaxerxi regi, Esd. c. 4. Idcirco, ajunt, misimus & nuncia-
 vimus regi, ut recenseas in libris historiarum patrum tuorum, & invi-
 nies scriptum in commentariis & scies, &c. Et quoties dicitur in libris ra-
 gum, nonne scriptum hoc extat in libro. Chronicorum? quacum se Apostoli re-
 ferunt ad scripturas veteris testamenti, Mosis & prophetarum? Literis
 animi tacita cogitata alijs etiam absentibus & remotissimis pere pistolas, vel
 scripturam patefacimus absentes, immo hisce & mortui loqui non definimus.
 Mirabile quid DEUS in arte scribendi & legendi in utilissimis chartis &
 scriptura omnibus conspicuum proponit. Quod tamen ob societatem & usum
 quotidianum parvifacimus. Audi, quid de hoc DEI beneficio & scriptura
 excellentia Americani iudicaverint, quibus hec ars scribendi & legendi usum
 ad nostrum seculum ignota fuse. Refert Benzo in historia novi illius orbis,
 cum gentiles homines illum orbis viderent Hispanos suos vultores & dominos,
 atimi cogitata per chartas leves, alijs etiam absentibus pagis agere, hoc ipsum
 ad stuporem & miraculum usq; admiracionis, & chartis ori, antiquis, oculis
 admotoris, cum vita nullam ysi inesse perspiccerent, concidebant, divinum quid
 in hisce hominibus esse, quos ideo quidam eorum, tanquam Deos coluerunt.
 Planè sine hac legendi & scribendo scientia omnes historie & artes septe- ja-
 cerent, nibilq; de plurimis DEI miraculis & operibus divinis constaret. Lite-
 ris hisce earumq; scientia sublatu, quid inter nos & inhumano ferog alios
 homines interesset. Litera lux temporum sunt & fideliissima regnum facto-
 rumq; custos. Et hec quidem comoda ex legendi & scribendi perissa in genio
 humanum profluant, que art inter alias infinitum locum sarcita est. Quid
 dicam de fructibus Arithmetice, Geometrie, Musice, & aliarn artium
 super omnia? Arithmetica & Geometria beneficio homo quasi in calum af-
 ecendit ad sidera & planetas, orbes celestes discutit, rerum quantitas, loco-

3

rum distantiam, longitudinem, latitudinem meritorum, describit, tota mundusq.
chinam percurrit, in eaq. suavissimā operū Des cognitione se oblectat. Hinc po-
stea de tempestatib. anni temporib. colligit, statuit, directioniq. suorum negotio-
rum utiliter adcommodat: locorum spacia, distantes, interalla indagat, alti-
tudinom, profunditatem, et profunditatem rerū describit. Sed quis enumeret hos
omnes & singulos matheos fructus? Extant integra volumina scripta, quo
loquuntur. Ex hujus matheos beneficio etiam Musica suam traxit originem.
In bac si non tanta necessitas, quanta in scribendi, legendi peritia, quanta in
Arithmetica & Geometria: major tamen ejus iucunditas & suavitatis, in dulci
illa sonorum diversorum harmonia. Hanc et oles & bodes magni Principes
magnis stipendis coluerunt & conducere solent. Hujus quoq. in Ecclesia presca
Iudeorum & in aulicis pierum regum, Davidis, Salomonis & aliorum, magnus
natus & dignitas fuit. Quid dicam de Rhetorica? quid de Logica, earumq. insi-
gni usu & necessitate in vita humana? Nihil tam est incredibile, ait Cicero,
quod dicendo non sit probabile, nihil iam horridum atq. incultum, quod non
splendet oratione. Hac populus furens reprimitur & metu perculsus, excla-
matur, ut Maro describit.

Ac veluti magno in populo cū sēpē coorta est
Seditio, sēvitque animis ignobile vulgus,
Iamque faces & faxa volant, furores arma ministrat;
Tum pietate gravem ac meritis si forte virum quem
Confexere, silent, arrectisque auribus altant.
Hie regit dictis animos & pectora mulcet.

Unde eloquentiam flexaminiam ψυχασθεντι vocat, quod animam in
quamcumq. partē velle, raperet. Eloquens ad Descognitionem ejusq. cultū
multis sunt iradūti: et ab atrocissimis facinorib. patrandū avocati. Eloquens
multe urbes sunt confusa & plurima bella res incta, pax conciliata & ami-
citia ac societates confusa. Plato ideo hanc artem peritiam incantandi, adu-
landi & fucandi vocat. Logica, quia rerum notiones & argumenta suppeditat,
& iudicium hominis informat atq. accit, quis non similiter necessaria diceret?
Occupatur circa id quod hominem à bestijs distinguunt; Rationem, que, cum
lapsu primorum hominum valde debilitata, obscurata & corrupta fuerit, en-
fatuante hac imprimis opus habet. Sed de hac logicarum artium usu nihil
amplius dicam. Hārum enim artium usu & necessitatibus ita apud omnes mani-
facta est, ut meo testimonio non sit opus. Encomia harum indies ferē audiri,
ita ut verear, se de hārū laudib. aliquid dicere vellem, ne autrib. uestris molesto-
sum, & parum dixisse videar, etiam si totū diem discendo consumere. Omisso sig-
natur sermone de hisce, ad altiora et magis necessaria humano generi veniamu-

Quuarto & prioribus modo inducere possumus, sine quibus ad reliquias
artes non patet accessus. Quid igitur de rerum naturalium scienzia, seu physica
dicatur? Hec rerum naturas & proprietates docet, que fit hominibus, queq[ue] bonis
& ceterarum rerum omnibus, que caelo, mari, terra, & continentur, natu-
ra a DEO illis induta, que virtutis, que operatio naturalis, que preternatura-
lis. Quæsio, nonne harum rerum consideratio etiam apud hebreos & atheos
cognitionem de DEO peperit, ut quod de DEO sciri potest, ex natura & rebus
conditis mundi, DEUS illis manifestaverit, ut docet Apostoli Rom. c. i.
ad eorum hanc cognitionem etiam illi inexcusabiles reddantur, quando omis-
serunt scientiam, vel fecerint omittenda, conscientia illius suggestente. Rom. c. 2.
Quid dicam de meteoris, de natura tot planetarum, tot animalium, tot popu-
lorum & regionum diversissimarum? Quid de causis, signis & generibus
morborum, de sanitate & maledictione, vel amissa recuperando? Quid de innumerabili-
bus artis, quibus tota scientia & ars physica & medica abnudat, & sine
quibus omnino vita nostra futura esset. Ob ejusmodi rerum crea-
tum excellentium & utilitatem necessitate conjunctum, regum propheta Da-
vid, Salomon & alijs sapientes Creatoris sapientiam & potentiam summatam,
cum summa administratione predicarunt. Sed & hoc, quia indies in scholis do-
centur & discuntur, quid opus est nunc dicere? Progrediar ad maiora hisce,
ad doctrinam theologicam & iuridicam, artis practicas. Quartum articulo
q[ui]s magis necessarium in mundo, quam solis & elementorum. Sane quibus
humana vita consistere nullum modo patet. & quibus nulla vita pars vacare
potest. De se sacrosancta & veneranda Theologia, metiori jure id quod Ciceru
olim de philosophia, exclamare possit. O vita Theologia dux, o virtus indae-
gatrix, expultrixque, vitiorum, quid non modo nos, sed omnino vita hominum,
finc te esse posuissest? Tu nos primam ad DEI culmen revocasti, tu ab animo
nostro, tanquam ab oscula caliginem disipulisti, tu virtus exstrabis, & preparas
animos ad sanctu percipiendos. Tu medioris animis, solicitudines derribis, cupi-
ditarib, liberas, tu pollius timores. Quis summam bonum, creatorum celi & ter-
ra, Domini Op. Max. omnipotentem, misericordem, yedemprofero, sanctifican-
tem & justificantem nos, sine te unquam cognoscere posuissist? inquit quis perio-
dus se ipsum & sue natura pravitatem, malitiam & reatum absque tuo du-
gen inveniret? Unde merito scientia theologica, omnes alias longissime ex-
cellit & scientia scientiarum & regina merito dicitur. Hec scopum ostendit
ut quomodo omnes alias artes collimare debent. Hec viam una & lucernam pe-
nitibus nostris ostendit, ut celebrat propheta, in Psalm. 119. Te ducit & comite,
p[ro]p[ri]o homines & probi reddituntur, qui Rempub. etiam malam tanquam fulcro
sustinent, quo minus justa DEI pena corruiat. Ela. c. 6. 13 & c. 1. 9. Et enim

2

qui vir pretiosus thesaurus Reip. qui se existit Reipub. opposit. ne Reip. per-
datur a DEO, ut docet exemplum Ibrahimi. Genes.c.18.23. & seqq.
Samuel.1.Sam.c.12. Mosis. Exod.c.33. Pauli. Act.c.37. & scriptura
testatur. Ierem.c.5.1. Proverb.c.11.1. cum contra impi & injusti DEO
traham. etiam Reip. in qua vienit, a Ibraham. 1.Sam.c.12.17. Deut.c.33.
29.c.28. Esa.c.60.12. de qua re theologia. 'De te verò Politica & In-
risprudentia, quam vocant, quae ait acme logia? Tu urbes peperisti, tu dissipatos
homines in societatem vita convocasti. Tu eos inter se primo domos alios, deinde
conjugis, cum literarum & vacua communione junxisti. Tu inventrix le-
gum, tu roagistrorum & discipline fuisti. Tu vita tranquillare am largita
nobis es. & terrorum hominum malorum sustulisti. Tu premium uerius et
penas maleficis statuisti, et suum cuique tribuisti. Tu amore uirtutis et premio
bonos ad bene agendum invitau, et terrore suppliciorum malos a cœlunquendo
deverres. Tu misericordia et necessaria ad socialem hanc vitam inuenis, iuramenta ore
dinas et constituis. Tu omnia incommoda et nocitura removes. Te mensio ve-
teres donum et invenitum Deorum dixerunt. l.2 de legibus. Tu primis in-
uictis et aliis bonis, et malis contra penitentias et supplicios coeres. Tu regna fan-
cis, ut sine pulsa iniusta et non sicut laetitia. Tu sum iniqui tribus, et
facis ne honeste uiramus, neminemq; ladamus. Quam obcausim, Cicero
ro, nihil, dicit in civitate diligentius retinendum, quam jus civile, quo
sublati exploratim esse nemini potest, quid suum, quid alienum, quid
a patre accepturus, & quid liberis porro selecturus esset, nihil deinde
inter mortales & quabile, nihil concors remanceret. Proinde qui jus
contemnit, non judiciorum modò, sed & publicæ utilitatis vitæque
coram unis vincula refellit. Nam ad ciuium salutem, ciuitatis incolumento
rem hominumq; beatam et quietam, leges inuentas esse testatur Cicero de le-
gibus 2. & Iuriscons. in l.2. de legib. l.2. v. posthac deinde, de orig. jur.
Legisperit sunt, qui dirimunt ambigua facta causarum, suaq; defensionis
tribus sepè publicis in rebus ac propositis lapso erigunt, fatigata reparans,
non minus providens generi humano, quam si prædictis ac vulneribus patriam
parentemq; defenderent, at dicit Imp. in l. Advocate. C. de advot. div. jud.
Magna sunt hec beneficia barum artium et excellens bona, quae nec
eineis, nec erosioni, nec furibus sunt obnoxia, et sine quibus vita et societas hu-
mana non quoniam sit. nec im posterum, ne per momentum quidem stare po-
test, felicissimam et beatissimam vitam ducimus eam, in qua DEO Met nos
met ipsos nostros et vocations nostra congruenter vivimus. At vero quo-
modo cognitio hec et vita, quam dixi, sine scholis & sine fidelis institutio-
& informatione haberi potest? Siracid.c.6. c.10. c.15 & c.39. Scimus nobis

cum illam cognitionem non nasci, & dicit scriptura, fidem esse ex audita, alia dicunt verò ex predicatione & institutione. Rom.c.10.14. Et ante dixi, quìus miseris & vacuòs nos natura in lucem hanc protrudat. Necesse igitur est, ut ex fidei institutione & verbo Dei hanc discamus. Aliunde enim quo modo baberi potest? Liberi Christo sunt adducendi, Marc.10.14. si ex institutione verò quomodo possumus. Colos.c.3.16. Sermo Christi, ait Apostolus, inhabitet in vobis copiose cum omni sapientia docendo & admonendō vos mutuo, &c. Hec quomodo sine scriptura loctione & scienza fieri possunt? Namque scripta sunt in sacris literis, ad doctrinam nostram sunt scripta, Rom.15.4. Necesse igitur est, ut scriptura sacra legatur & decatur, quod utiq; sine institutione fieri nequit. Tota scriptura divinitus est inspirata & utilis ad doctrinam, ad redargitionem, ad correctionem, ad disciplinam in justitia, ut perfectus sit homo Dei ad omne bonum opus perfectè instructus, ait Apostolus, 2. Timoth. c.3.16.17. & 2. Pet. c.1.19. dicitur lux in tenebris, & in Psalm. 119.145. lux & via vita. Hisce bonus, si frati cupimus, necesse est scholas ad eam, & salutari illa DEI cognitione nos imbuendos & informandos tradamus. Eò, huius rei causa, Christus remisit divitias epulonens, Luc.c.16.29. & adolescentem, Luc.c. 10.16. Paulus dicit, 1. Tim.c.3.2. oportere episcopum esse fiduciarium hoc est, idoneum ad docendum, & 2. Timoth.c.2.19. qui sermonem veritatis fecare possit. & Titum c.1.9. qui possit exhortari per doctrinam sanam & convincere contradicentes. Ierem.c.3.10. daturus sum vobis pastores ex animi mei sententia, qui pascent vos scientia & intelligentia. Sine fidei institutione scholastica & artium cognitione quis pretor & Apostolos illud facere potuit? Discenda sunt lingue vobes, in quibus deo doctrina de DEO traditur. Addenda est philosophia cognitio, quam DEI donum veteres Theologi etiam dixerunt. Addenda ratio differendi, tropica locutiones à proprijs cognoscendi & distinguendi, nostra historiarum & antiquariorum conjangenda, cognoscenda iudicia aliorum doctorum, & ethnicorum scriptarum legendam, quibus Apostolus haec laudem tribuit, quod illic cognoverint id, quod de DEO scripsi potest, quanquam ut DEUM non glorificariint. Rom. c.1. conferenda & examinanda omnia, & quod bonum est resendum, exemplo Pauli citantis quedam ethnicorum dicta: exempla Augustini & aliorum veterum eximiorum Theologorum: exempla Moses, Josephi, Salomonis, Danielis, qui mundanam eruditioem cum divina conjunxerunt: Et Christus dicit scribam doctum preferre nova & vetera. Multa etiam ingenia prava inveniuntur, que petulantia, ambitione, & phalacria & orationem defensionem & corrumpunt, quantum in se est. Hisce os obstruendum est, et veritas ab hominib;

ab horū injurijs vindicanda, & ad posteros transmittenda. Qui verò id sine ar-
tium cognitione, que in scholis hauritur, fieri potest? Nisi superior atus, majores
se uice nostri, homines in omni scientiarū generē doctos & excellentes habuissent,
quoniam hæreticorū fallacia, tecknau fraudeq; aperire, explicare, quomodo
sine differendo persita eversore possent? Egregia illa lumina seculi sui, qua iē-
pore, hæreticorum vixerunt, tollite, tollite suo seculo Avgustinū, Ambrosium,
Hieronymum, Athanasium, Lactantium suo seculo, Cyprianum, Chrysostomū,
Bernhardini, aliosq; omnī genere doctrinārū excutissimos viros, acerrimos
veritatis propagatores, quoruē egregiā eruditio et doctrinā magno cum cō-
modo usq; ē Ecclesia primis rūa. Hocce collise, quomodo illa se contra Arianos,
Pelagianos, Sabellianos, Donatistos, aliaq; monstra hæreticorum defendere pos-
suisset? Quomodo parām doctrinā ad nos propagare et transmittere? Tolle suo
seculo Papirianum Iurisconsultum, tolle Ulpianum, Scavolam, Paulum A-
fricanum, Modestinum, Pomponium, aliosq; complures, Iurisconsultos et
seculi sui lumina, quam multis utilibus et necessarijs scriptis careremus hodie,
et quomodo turbulentissimis temporib; sine ejusmodi hominib; Rēspub. con-
servari et continuari posuisset? Tolle Galenū, tolle Hippocratem, quomodo
medica facultas salutaris tam exulta ad nostras manus pervenire posuisset?
Omissis aliis doctos plurimos, quos enumerare esset prolixum et fastidiosum.
Ex quibus omnibus hoc contendo et conclusio, non posuisse doctrinam peratis,
iusticie, sapientie, aliarumq; virtutum, sine scholis et fidelis institutione doceri,
nec posuisse propagari ad posteros, conservari et defendi sine scholis. Atq; haec
causa extorxit concilio Tolocano & Viennensi olim decretum de Academis
& bonarum artium studijs diligenter conservandis & promovendis. In scholis
enam homines ad pietatem veram, vita integratorem & morum honestatem
formantur. Ex scholis homines docti, sapientes, excellentes & erudi sunt
ad ministerium Ecclesia & ad Reip. gubernationem. Sic in politia Indiaica
ex tribu Lobi, qualiteris operam dabant, & scholas in toto territorio Reip. He-
breorum aperiebat sumebantur judices & reliqui magistratus. 1. Chron. 18.
14. I 5. c. 23. s. c. 26. 29. 30. & sacerdotes & omnes ministri Ecclesia, 1. Chro-
n. 23. & c. seqq. Eze. c. 7. 24. & seqq. Num. c. 27. 20. & seqq. Quod etiam
animadveries ille philosphus, recte dixit, cum demum fore beatas Rēsp. quādo
sai docti, vel philosophi gubernarent: & sapientis indicat, Prov. c. 29. 18. cū
non est viuio, nudatur populus, qui aut̄ observat legem, & beatū illum.
Unde bene idem a. b. dixit, multitudinem sapientū eje orbi sanitatem. Impe-
rator similiter in Anth. habita. C. ne fil. pro patre, experientia rerum ma-
gistra edocet, præclare docet, doctorum hominum scientiā totum mundum illo
luminari, & ad obediendum DSO & magistratu informari, publica & pre-
vicia commoda promovere & procurari. Nam quod oculū in corpore, hoc

gymnasia & schola in regione aliqua; Et quod ratio & anima incorpore, hoc docti & sapientes in Republ. Ex hisce, statutus in Repub. ecclesiasticus & politicus constituitur, & hi soli ad hoc munus idonei. Sine quibus columnis dubius, uti vocat David Psalm. 75. regnum confistere non posset, sed omnia confusa & turbata erunt. Soli intelligentes & in scholis bene informati ad Recip. gubernacula apti sunt. Unde propheta ignorantiam iuri obiecit & exprobrat primoribus & ducibus politia Iudeice. Mich. c. 3. 1. audite primores Israe- cob & ductores domus Israëlis, an non vestrum est scire ipsum jus. Ierem. c. 5. 5 ibo ad magnates ipsos. Nam ipsi norunt viam Iehovæ jus Dei sui, &c. Et Psalm. 82. 5. ignorantibus (magistratibus) & non an- madvertentibus in tenebris ambulantibus illis dimoventur omnia fundamenta terræ. Sed preter statutis optimates & principes idoneos, utiles & bonos, schola etiam alios in societate politica homines utilissimos & maxi- mè necessarios nobis prebet. Morbo quis afflititur, quis est, qui morbi canfas scit, & agrotum a morbo curare posset, nisi doctus medicus, qui talis in scholis est factus? Hippocrates medicus, cum pestis universam Greciam absumereret, patriam Greciam incolarem servavit, vastissime silva inflammatione, quæ aërem infectum purgavit. Consilium in rebus ardoris & gravibus opes est, quic est qui illud praeior doctos & sapientes dare posset? Aristoteles patriam suam consilio suo ex Macedonum hostium manu eripuit. (sicero patriam suam ex Carolina fuscibus exceptam, contra coniurationem infenissimam defendit, dum patefecit & opprescit coniuratores, atq; ideo pater patris dicebatur. & certe parva foris arma, nisi domi consilienti). Melior sapientia, quam robur & vires. Sapient. c. 6. imò & quam fortitudine. Eccles. c. 9. Greciam tempore Xerxis regis, solus Themistocles philo, ophus ab imminentie periculo liberavit, & potentissimum hostem in Persam suam redire coegerit, re infecta. Quia de causa Xerxes dixisse legitur, se non posse gravissima malum optare, nisi hostibus, quam ut dementia capi, sapientes viros a se alienarent & expellerent. Nam, uis Salome ait. Proverb. 11. 14. ubi non sunt prudentia consilia, ibi cor- ruit populus. Salus in amplitudine consiliarii. Læs & controvechia est in- ter partes dissidentes, quis est, qui jus dicere possit, nisi iurisperitus? Ita Moses Deut. c. 17. 8. 9. 10. 11. recte præcepit, dicens: Si occulta res sit tibi in judi- cio, adibis eruditos in lege Domini sacerdotes & judices: ut consulas eos. Hi tibi indicabunt statutum causam, à quorum sententia tu ne rece- dito. Quis est qui solide ex verbo DEI nos instruere, in calamitatibus nos consolari, conscientia scelerum & sensu ire divina prostratos erigere posset, nisi Theologus. Hic est, ex cuius ore requiremus consilium & doctrinam pro ans- wabus nostris. Hic animarum pastor & DEI interlocutus. Hic causa DEUS populum suum solaciat apud Eli. c. 3. 9. v. 20. ubi propheta ait, Da- big

bit quidem Dominus vobis panem angustias & aquas oppressionis, verum non includetur angulo ullus docentium te, sed oculi tui videbunt doctores tuos, & aures tuæ audient verbum à tergo tuo dicendum; Hæc est illa via, incedite per eam. &c. & tum dabit pluviam segmentis tuæ proventus, adeò ut panis terra sit uber & pinguis & in omnibus Deus tibi benedicet, &c. ut sequitur in seqq. *Sicut jacerdos Ios. jadu 2. Reg. c. 11.* cum regnante Athalia fœmina improba, miserrimus Reipub. Ita esset omnis religione pura contaminata & delecta, suæ eruditione, pietate & zelo, afflittiissimam Remp. restituist, culumq; diuinum purum, prius reduxit, collegia Levistar. m. in modo ipsum regem ejectum & suppresum in regno collocavit. Ita restans ut omnes historie quando Deus Korp. alios benedicere voluit, eamq; florere, adiret homines doctos, sapientes & in scholis bene instrutos & informatos. Contra quando punire voluit populum, prius bonos & doctos viros illi ademit. Unde Iosaphat *2 Chron. c. 27.* ex scholarum in regno suo restitutione consecutus est regnum padatum. Factus enim pavor super omnia regna terrarum, quia, ut dicit texius, 'DEUS patria sui requirerbat, & non mouebatur factum Israëlitarum', sed in omnes regni sui partes misit doctores, qui subditos in lege DEI informarent. Ideo hunc regis confirmavit Iehova regnum in manu, & metu Iehova omnia regna pervasisit, ut non gererent bella contra Iosaphatum, & ipse crevit valde. Sic & rex Ezechiel *2. Chron. c. 30.* & *c. 31.* Suni hac egregia comoda, que ex scholis & à sapientibus viris in scholis institutis, in omnes Rep. partes dimanant. Dat enim sc̄hola Reipub. gubernatores peritos, consiliarios bonos & ministros idoneos & utiles. Ecclesia eximios episcopos, doctores, pastores, & prophetas. In Act. c. 7. legitur propheta Moses in omni sapientia Aegyptiorum institutus fuisse, & Daniel propheta in scientia eruditus. Daniel, c. 1. & Apostolus Paulus ad pedes Gamalielis informatus. Philippus rex Macedonum pater Alexander magnus, ad Aristotelem, nato Alexandro filio, scripsit & sibi gratulatur filium hunc genitum sibi, atque dix gratias agit, non quia natus sibi esset filius, sed quia suis temporibus fuerit natus. Spero enim, dicit, ut a te edictus & eruditus, dignus regno fieri possit. Gell. lib. 9. c. 3. Ab hoc preceptore aristotele Alexander magnus postea etiam institutus, talis evaserit, qualis exxit, hoc est, ut dicit Curtius, ut in toto regno nihil pulchrius, nihilq; præclarius ipso rege Alexandro existiterit. Ita omnes suos subditos sapientia, prudencia, iustitia & fortitudine atque alijs virtutibus, quibus a precepiente erat informatus, superabat. Si igitur in Rep. & Ecclesia bonos duces, gubernatores & ministros capimus, necesse est, ut scholas, in quibus tales informantur, conservemus. Ex scholis David rex pīns & sapiens sibi ministros tales delectat, ex quibus item periculis periculosis secum sacerdoles consiliariosq; doctos habuit, se legitur,

1. Chron. c. 27. 32. 33. c. 13. 1. 2. &c seqq. Iosaphat horum beneficio regnum florentissimum habuit. 2. Chron. 17. item Ezechias. 2. Chron. c. 30. Quam diu etiam Iosas rex consilio Iehojaade usus est in regni sui administratione et hunc ille docuit, fecit rectum coram leboua. 2. Reg. c. 12. At hoc moreno defecit, et miserere pojica, et servus propriis interfectus, periret. Quamdiu etiam Zedcharias regem Hyscam informauit et inserviuit, recte et pie vivit: et leboua eundem secundariu[m] ut habetur. 2. Chron. c. 26. 4. s. 6. Quamdiu rex Salomo viros doctos, pios et sapientes habuit, eorumque consilio uisus est, regnum florissantissimum habuit, sed conversus postea ad idola, regnum filio Rehabeam turbatum et afflitum reliquit. Esdras post reditum e capiuitate Babylonica Tempore et Ecclesiam Iudeorum restaurauit, quid agit? Primò omnium sacre scriptura libros inquisivit et colligit, poeta scholas et synagogas instruit et aperuit. Sed exemplis quoque aliorum rem illustremus. Carolus magnus, quod collapsas Scholas et Aedem eius erexerit, magni nomen est consecutus. Sarion Gallorum rex, cum ferociam Gallorum compescere non posset et in officio concinero, publica gymnasia introduxit, quibus ferocia ingenui mitigavit, et ad humanitatem traduxit. Schola enim est inservit liberalis, qua emolue mores, nec finit esse feros. Ideo Cicero alibi, nihil, ait, hominum virtute datum melius, quam illa mysteria, quibus ex agresti immanique vita exculti ad humanitatem eructi sumus. Bonarum enim artium mater philosophia, urbes pergit & belluinos dissipatoisque homines conjunxit in unum locum: atque inventrix legum, morum & disciplinæ magistra fuit. Iulus Caesar ex Egypto insignes mathematicos in Italiam adduxit, et Augustus Octavianus hujus successor, juventuti preceptores optimos constituit. De Nerua et Trajano idem refert Dio. Hadrianus etiam Scholas et Bibliothecas plures etiam inservit. Quos omnes tamen in eadem causa superant Constantinus et Theodosius, ut refert Nicephorus libro 10. capite 52. & libro 14. capite 3. Carolus IV. Romanorum Imperator in Scholam Pragensem aliquando in grecus, cum disputantes Philosophos per horas quatuor audiuerit, et purpura si cena tempus adesse dicarent, respondit: Mihi tempus minimus: Nam cœda mea hæc est, ut restatur Crantzius libro decimo Vandaliæ. Alphonius Arragonum rex sepiissime lectoriibus professorum interfuit, ut restatur Panormitanus lib. 1. de rebus gestis ipsius. Ludovicus XII. Gallicus rex potentissimus, Ticini Iasonis juris consulti auditorum ingrebas, scholasticis silentium induxit, atque ipsi immixtus confedit et docentem Iasonem per horam audiuit. Post electionem vero sibi a Luere comitem Iasonem ebo voluit recto capite, quem toga aurea donavit. Narrat Bodinus, quod Selimus Turcarum imperator, commentaria Cæsaris primus in vernacula lingua transferti curaverit, ex usque bellandi arte instructus, magnam Africæ

23

frica et Asia minoris partem, cum majorum imperio conjunxerit. Ar-
taxerxes rex Periarum. His et pfecto Heresponti scripsit, ut Hippocra-
tem medicum, quibuscumque posset fieri, premis, in familiam suam invita-
ret. Et alia exempla plura refert Chassan in Catalog. glor. mundi,
considerat 7. parte 10. Quid dicimus de eximis privilegiis, quibus stu-
dia bonarum artium ob insignem eorum utilitatem imperatores ornarunt?
De hisce privilegiis & immunitatibus licet videre titulo C. de profess. &
medic. tot tit. C. de piscopis & Clericis. titul. de tacrolaneta Eccles.
Novell. 5.6.7.8.9.11.46. Imprimis vero de docentium & discendentium pri-
uilegiis Imperatorum constitutiones extant in l.3 l.5 l.8 C. de profess. &
medic. l.8.5.4.l.6.1.11. de muner. & honor. Novell. 131. apud Hos-
sat. Luc. de privilegiis studiosorum. Petrus Gregorius lib. 3. cap. 7. lib.
13. c. 20 lib. 18. c. 7. de Republ. que privilegia etiam in sacra scriptura ap-
probata viderelicer. Exod. cap. 30. 22. & seqq. Num. cap. 1. 47 49. 5. lib. 3.
Exdr. cap. 8. 24. 25. Hec ex m. & magna privilegia a to: Imperatores & pig-
magistratus, docentibus & discendentibus nunquam tribuerint, nisi scholae con-
servare Ecclesia & Reipubl. maxime interesset. Rem enim magnam ob uit-
liuam & necessitatem suam, homines sapientes in pretio habere solent.
Ideoque Ecclesia inter gravissimas calamitates privationem scholarum & sy-
nagogarum in Republ. refert, cum ita conqueruntur p. in Psalmo 74. 7. im-
miserunt ignem in sanctuaria tua, dejicientes in terram profanarunt
tabernaculum nominis tui. incenderunt omnes synagogas D e i
fortis dejicientes in terram: insignia nostra ratione videmus. Non est
amplius propheta, neque est apud nos, qui sciat usque quod. Ezechiel
propheta cum paenam & iram DEI declarare vellet, c. 7. 26 dicit: Errumna
superveniet & errumna: desiderabunt visionem & propheta, & lex per-
ibit a sacerdote, consiliumque a senibus. Salomo Prov. c. 19. Vbi non
est propheta, inquit, dissipabitur populus. & Isa. c. 3. 2. 3. & seqq. mi-
serimus Reipubl. status describitur, ubi nulli doctores & praesides 2.
Chro. c. 15. 3. dies multi aguntur Iraelitis sine Deo vero, & sine face-
dote docente ac sine lege. Amos. c. 8. 11. 12. 13. c. 9. 1. 2. & seqq. Funda-
menta terre dimoveri ignorantibus & non animadverentibus malis & impis:
magistratus conqueruntur Psaltos Psa. 82. 5. Sed ad nostra secula nos conver-
zamus. Quando Ecclesia Romana ad tamiam defecit barbariem doctrine, mo-
rum & religionis? Numquam, postquam schola aut penitus negata fuerunt,
aut sunt barbaris sapientiarum literis corrupta. Qui preterea maxime Eg-
glestie & Reipublice noverint? Illi sunt, qui scholas honestarum artium
deleverunt; sicuti Iulianus Apostata, cum maxime noverit se legitimus, quan-
do scholas bonarum artium clausit Christianis, & Antiochus quando

scripturam sacram veteris testamenti abolere voluit. *I. Macchab. c. I. 49.*
Contra, qui optimè de Ecclesiæ & Republ. meriti sunt? Omnis non iudicio ulti,
qui hospitia ecclesiæ & scholis præbuerunt. Ad hanc est ob oculos et templum
Germanie: in hac simul cum bonis artibus & disciplinis, patrum nostrorum
memoria studium sacrarum litterarum etiam restituimus & integras cultus
divine & veritas, quæ sub Papato in regno tenebrarum per multos annos pref-
sa corruptæ erat. Non nrum, ut deletis, vel neglectis scholis, nulla Resp. dies
stetit, aut stare posuit, sic exultis illus regna florentissima plurima extinerunt.
Quid alius diluvium induxit in primo illo seculo, quem quod nulla cura ha-
beretur institutionis & scholarium. Unde homines profani, impy, aches, & ob-
brutescentes, paucis bascibz attraxerunt. Quid alius Iudei perniciem &
deportationem Babyloniam attulit? quid clades & alias calamitates illis pe-
perit, nisi quod Lev. et sacerdotes, & totus populus officium suum in docen-
do & descendo neglexissent? Nam si sapientum & doctorum hominum multo
endo est orbis sanitas & oculus: horum defectus & adempio, quid aliud,
quam morbus et cecitas? Si doctrina scholarum est officina pieatis & virtutum,
seminarii Recip. & Ecclesiæ, quid aliud privatio harum, quam atheismus,
epicureismus, & regnum tenebrarum? Homo sine literis & scientia, juvento
comparatur. Psalm. 49. & 32. Unde Diogenes uidens divitias literarum
ignarum, sednem super lapidem, dicit: lapis super lapidem. Si enim docto-
rum hominum scientia mundus illustratur, quid aliud imperitorum igno-
ranzia, quam mundi obscuratio? imperito hominie nihil iniquius. Et cecus
cæci dux se est, nonne ambo cadent in fine m? sed non est opus, ut rem manu
efestam ob oculos possum amplius declarar.

Venio igitur ad antiquitatem scholarum, de qua secundo loco dicere con-
 stitueram. Hinc cum ex fide dignis testibus probare cupiam, eam nullo
 alio ex fundamento melius & certius, quam ex sacra scriptura, que omnium
 historiarum antiquissima & certissima est, demonstrari posse arbitror. Vide-
 mus ergo, quid de schola sacra scriptura nobis tradidit: *Hoc, ut dilucidius*
fiat, tres temporum periodos mihi hac in causa observandas esse existimo.
Namrum quisnam scholarum status fuerit a tempore roundis condit, usque
ad tempore Iudicum & Regum. Deinde, qualis sub Iudicibus & Regibus
politia Mosaicæ, usq; ad Christi adventum. Et deniq; qualis sub Apostolis
& primis vero Ecclesiæ ad hec nostra usque tempora. Nam, non eadem in his
omnibus scholarum ratio fuit, & status ideal. In prima periodo, quæ dixi,
schola & exercitii pieatis & benarum artium pars eaq; magna ex parte pri-
vata fuerunt. Nam cum exigens hominum numerus illo tempore esset, ex q; p-
anici studiis pieatis, iustitiae, literarum, virtutum, quorundam scholarum plures
caſq; publicas aperire & constitutre necesse fuit, aut etiam plures consimili pos-
erant?

tueruntur postea hominum numero aucto & mundo replete? Sed videamus
 tamen, que illo tempore primi seculi pietatis, iustitiae aliarumq; virtutum ex-
 ercita, quoq; illarum officina existerint. Schola prima domestica & privata
 fuit in domo Adamo, in qua de fide et nasciture Christi Abel institutus fuit
 sis colligitur ex c. 11. ad Hebreos, et post hunc frater eiusdem Seth, quo tem-
 pore (testante scriptura) nomen Iehova publicè predicari et invocari ceptum
 ejt. Gen. c. 4. 26. Abel verò, de quo dixi, quāmodo sine fide meliorem hōstiam
 DEO offerre potuisse, quam Cain? Et Seth cum familia DEV M incogitum
 qui invocare potuisse? cognoscere verò eundem DEV M sine privata domesti-
 ca institutione ex scholis pietatis, quāmodo homines naturā caci potuisse? Fides enim non nobiscum nascitur, sed ex auditu verbi DEI et institutione ge-
 neratur. Rom. c. 10. 14. nec animalis homo est capax eorum, qua sunt spiri-
 tui. Fuisse ergo scholam tempore Sethi duntaxat in familia illa colligimus.
 De posteris Sethi idem legimus. Nam Noah post diluvium holocausta et odo-
 rem gratum DEO exhibuisse, constat ex c. 20. 21. Postea et Abraham in sua
 familia scholam habuit. Nam ex patria sua Ur-Chaldeorum profectus, cir-
 ca Bethel Iehova legitur altare adificasse et nomen Iehove aliquoties invoca-
 se. Gen. c. 12. 8. c. 13. 4. 18. &c. c. 15. 9. 10. 11. De hujus Abrahami institutione
 'DEUS testimonium ferens in c. 17. Genes. dicit, Ego sum Deus omnia
 potens. indesinenter coram me ambula, & esto integer. Quo tempore si-
 gnatum fœderis circumscriptiū accepit, et præclarum illud testimonium, quod
 legitur c. 18. 19. Nam ego, dicit Iehova, agnovi Abramum, ut cùm
 præcepterit filiis suis & familiæ post se, etiam obseruent viam Iehovæ,
 exercendo iustitiam & jus, utique præsteret Iehova Abrahamo id quod
 promisit. Quid hic apertius de juventutis fideli institutione dici pos-
 tur? quid expressius de institutionis hujus propagatione ad posteros?
 Scio, inquit Iehova, quod præceptor sit filiis suis & familiæ fute post
 se, etiamq; iustitetur in viis domini. Nam solebant patres totam suam fa-
 milia erudiere ut colligeret ex Ioh. c. 4. 53. Act. c. 10. 2. 24. 33. c. 16. 33. Tem-
 pore Adam et Sethi scholam fuisse et necessariis causis colligimus: hic verò
 tempore Abrahami exiisse scholam et juventutis institutionem, aperio testi-
 monio evicimus. Hec Abrahams institutio pia familias domesticonrum, repe-
 nitur. cap. 20. 17. c. 21. 33. c. 22. 14. 15. &c seqq. c. 24, et commendatur ite-
 rum in c. 26. q. quam hujus filius Isaac à patre acceptam, continuavit et po-
 steris ius tradidit, ut videre licet Gen. c. 25. 2. c. 26. 25. c. 28. 1, 2, 3, 4. Quid
 nunc dicam de Iacob, Isanci successore et filio? Hic similius exercitia pietatis
 à patre accepta, toto vte sua tempore coluit et liberis suis tradidisse legitur.
 Gen. c. 28. 18. et seqq. c. 31. 11. 12. 13. 13. 54. c. 33. 20. c. 35. 1, 2, 3, 4. et seqq.
 ubi prolixè Jacob liberos et uxores totamq; familiam suam de DEO ipsiusq;

cultu docuit eamq; institutionem repetit, c. 46. l. 2. c. 48. c. 49. ubi liberos suos congregatos docuit de rebus gravissimis futuris. Atq; hec privata domestica schola & institutio in familia Abramam coniuncta & quasi per manus transmissa fuit ad posterorum eiusdem per annos quadragesitos, & usq; ad nativitatem Moses & liberationem a quo migrationem populi ex Egypto duravit. Atq; sicut ex Iacobi schola, posteriorum Iacobi scholam, que fuit in Egypto, ingrediamur, que nos deducet in secundam periodum temporum, schola scilicet popularis Israëlitici antiqui & viventis sub iudicibus & regibus. Quis ergo scholarum status fuit in hac periodo? In Egypto quidem schola fuerunt private & domestica, quas quilibet in familia & domo sua exercuit. Post Jacobum quidem Joseph in Egypto, fratres suos & totam familiam de voluntate & exire populi Israëlitici ex Egypto docuit, ut habetur Gen. c. 1 o. 23. Post Josephum quilibet tribus in sua familia scholas habuit, eo usq; quo DEUS Moses & Aaronem legis & voluntatis sue interpres & internuncios publicos excitauit, qui postea docendi munus ex mandato DEI suscepserunt. Nam cum populus Israëlicus mirum in modum antiquus esset, quomodo prior domestica privata institutione sufficere potuerit? Ergo ipsa populi Iudaici antiqui scilicet necessitas & DEI gloria institutionem publicam desiderauit. Hac ergo publica institutione primo, ne dixi, Mesi & Aaroni a DEO ipso fuit commendata. Postea vero, cum nec hi duos sufficerent, toti tribui Levitica, utt; apparet ex Exod. c. 9. c. 4. c. 5. & seqq. c. 13. c. 28. & seqq. Moses igitur & Aaron primi populi doctores publici, suos discipulos & totum populum instruerunt & docuerunt de agno paschali, ut habetur Exod. 12. Deut. c. 4. 14. de manna, Exod. 16. de consecratione primogenitorum, c. 13. de liberatione facta, c. 15. de iustitia et de iudicis, c. 18. de Decalogo, c. 20. Praescripsent quoq; leges ceremoniales, de cultu divino, Exod. c. 28. &c seq. similiter leges iuridicæ politicae & iura docuerunt. Hoc est, ut summatim dicam, Theologiam & Iurisprudenciam tradiderunt. Hoc leges, quas dixi, & precepta, quae litteris consignata nobis reliquerunt, luculentè docent. Que, o enim, de quibus rebus alijs, quam de theologicis & iuridicis loquuntur? Sed andiamus de hac re qua extant testimonia sacra. Deut. c. 4. 14. mihi ait Moses, præcepit Iehova tempore illo docere vos statuta & iudicia, ut exerceatis ea in terra, quod mox transfuturi estis & c. 5. 1. Hac est lex illa, quam proposituit Moses filiis Iudaicis, & vers. 7. & passim alicubi. Qui igitur amplius, cum mandatum DEI de docendis & instituendis Israëlis exeti, deq; doctrina ab ipsis tradita constet, de scholis eorumdem publicis dubitabui? Quasi scilicet institutione sine schola, docentes sine discentibus, præceptor sine discipulo esse, aut intelligi posse? Expressiora Dei mandata de domesticis scholis instituendis requiriuntur? Exempli Deut. c. 6. 6. & erunt, ait Iehova, præcepta ista quæ ego præcipio tibi

tibi hodie, in corde tuo: ea quae acutè ingeres filii tuis, ac loquieris de
iis cùm sedes domi tuæ, cùm ambulas per viam, cùm cubas, cùm sur-
gis, & seqq. & c. 4. i. c. ut, ait, discant illi timere me, quibusunque die-
bus victuri sunt super terram: & doceant filios suos. & cap. 6, 20. dicit
Moles, cùm interrogaverit te filius tuus post hac, dicendo: Quid sibi
volunt testimonia, statuta & judicia illa, quæ præcepit Deus Iehova
noster vobis? Dices filio: Servi eramus in Ægypto, &c. & præcepit
nobis Iehova exercere omnia statuta ista, timendo Deum Iehovam
nostrum, & quod Exodi cap. 12, 24, & seqq. & Deut. c. 11, 19, repeti-
tur. Præterea, ait, docebitis ea filios vestros, loquendo de eis, quum
sedes domi tuæ, cum incedis per viam, & cum jaces, & cum surgis.
Publica igitur Schola Israëli ue, primi doctores fuerunt Moses & Aaron,
cum inservire private schole domestice ab ysdem non sublata, sed confirmata
fuerint. Sed cùm hi duo publici doctores, in tanta populi frequentia & turba
sufficere non posset, suscit utilitas & necessitas, ut plures cum schole publica
diversis in locis, tum doctores & scholarache plures constituerentur. Doctorum
illorum quidam ordinarij fuerunt, ut Levite, seu tota tribus Levi, uti dixi.
Quidam etiam extraordinaryj à DEO excitati, quando Levite non faciebant
officium. Tales fuerunt prophetae. Designatorum horum officio docendi in
scholis & synagogis & ecclesijs extat, Levit. cap. 10, 11, ubi DEUS de Levi-
tis præcipiens, ait, Vinum, vel potum inebriantem ne bibito, tu aut filii
tui, quando ingressuri estis tentorium conventus ad discerendum
inter lacrum & profanum, ad docendum filios Israëlis omnia illa sta-
tuta, quæ edixit Iehova per Mosen. & Ezechiel. cap. 44 & Malach.
c. 2. Sacerdotis labia, ait, custodiens scientiam, & legem requirent ex
ore ipsius, quia angelus Domini est. & Agg. c. 2. & Deuter. cap. 18, 5.
Quia eum selegit Iehova ex omnibus tribubus, ut constanter admi-
nistraret in nomine ipsius, ipse & filii ejus omnibus diebus. Deut. c. 17,
8. Si occulta res erit tibi, &c. Surges & ascendes ad locum quem ele-
gerit Iehova Deus tuus, & adibis sacerdotes, Levitas, vel summum
judicem, qui erit diebus illis, ut consulas eos, & indicent tibi statum il-
lii sui, & observabis, ut facias secundum ea, quæ te docuerint. Levi-
ta bi, ut melius & majori cum fructu docere possent, passim in tota terra & re-
gno Israëlis suas urbes cum suburbanis habuerunt. Num. c. 35. Ios. c. 21, 3,
41. in quibus urbibus, quarum erant quadraginta octo, suas scholas, & Acadé-
mias & synagogas Levite habebant, & publice docebant: postea vero in sin-
gulis civitatibus, in Synagogis Levite Mosen & prophetas docebant, Aitor:
85, 21, & c. 13. Signis & Christum postea totam Galilam & Iudeam trans-
iisse & in synagogis illarum docuisse constat, Matth. c. 4, & c. 9, c. 12, & c. 13.

Amplissimos quoq; proverbiis, decimas, censusq; à singulis tribubus Levite habebant, ut nimis rurum liberatioris & mundi negotijs, liberius & commodius docendi muneri & studiose juventutem vacare possent. Siquidem nemo quis milie tate, vita hujus negotijs implicatur, 2. Tim. c. 2. Levitarum horum quidam discebant, quidam docebant, hoc est, quidam discipuli, quidam doctores erant. Discipuli & theoreti incumbebant theorie & studijs legis, usq; ad annum vige simum: ab hoc usq; ad trigesimum etatis annum, erant intermedii: post trigesimum vero annum sibi ne praktici & ad munus docendi in synagogis & scho lis, vel officia illa ecclesiastica admittebantur, ut patet ex Num. c. 4. 3. c. 8. 24. 1. Chro. 23. 26. ubi lun. Esd. c. 3. 8. Quidam etiam ex ijs populo publice pre legebant scriptoram eamq; interpretabantur, Nehem. c. 8. 3. & seqq. c. 9. 3. 4. Matth. c. 23. 1. 2. & seqq. 2. Chron. c. 17. 7. 8. 9. ubi pius rex Iosaphat anno tertio imperij suilegitur missi per uniuersitatem Indeiam, qui in singulis civitatibus docerent & erudirent populum in synagogis. Sed cum Levitarum horum docentium in synagogis & ecclesiis ingens esset numerus tempore Davidis, ideo David, & postenio Salomo, ordines horum ministrorum & docentium constituit: eosq; in classes 24 rededit, atq; distincta eorum munera tradidit in synagogis & templo Hierosolymitano, ut constat ex 1. Chron. c. 23. c. 24. c. 25. c. 27. 2. Chron. c. 8. 26. c. 23. 8. c. 29. 25. & seqq. quae classes & ordines Levitarum, usq; ad adveniendum Christi remanserunt, ubi apparet ex Luc. c. 1. 2. 8. 2. Macch. c. 1. 0. 6. 7. 1. Esd. c. 3. 4. 5. 6. c. 6. 18. Neh. c. 12. 44. etiam in captivitate Babylonica, Daniel. c. 1. & post redditum in patriam Hierosolymam, Hesr. c. 1. 1. 2. c. 3. 2. 4. c. 5. 2. c. 7. 6. 10. 25. c. 9. Nehem. c. 5. c. 7. c. 8. 9. 10. Sed quid de extraordinariis doctribus, propheticis dicimus: Hoc est etiam ecclesiarum synagogarum & scholarum doctores & moderatores fuisse, constat argumento illorum que dicuntur in Act. c. 13. 1. &c. 1. Cor. c. 14. ubi Apostolus dicit, qui prophetat, hominib. loquitur ad adiunctionem & exhortationem & consolationem, 1. Cor. c. 12. 28. Eph. c. 4. 12. 1. Cor. c. 14. 1. 3. 29. 30. Esa. c. 1. 1. Sic Samuel propheta ex institutione summi sacerdotis Heli 1. Sam. c. 1. 25. 26. c. 3. 1. 2. scholarum & ecclesiarum egregius doctor suo tempore excitit sub primore rege iudeico, ut habeatur in 1. Sam. c. 3. 20. 21. c. 7. 2 & seqq. c. 14. 15. 16. & filios a se eruditos judices constituit, cap. 8. 1. 2. & seqq. atq; schola prophetarum, hoc est, discipulorum, instruit & habuit celebre, cuius p se prefuse in Nazareth, 1. Sam. c. 19. 20. 21. & seqq. Hoc tempore, nimis sub regibus, alia plurima collegia prophetarum & discipulorum discentium extitit, probari potest ex 1. Sam. c. 10. 5. ubi dicit Samuel ad Saulum, fieri, ut occurras turba prophetarum discentium de illo excelso, & versu 11. & seqq. & il. c. 19. 20. & sequentibus, cap. 18. 9. capite 22. 11. 12. 2. Sam. capite 7. 3. 4. 5. & seqq. c. 12. 1. Regum c. 13. 1. 2. Prophetarum vero si spirituales, quid

quid alia ad quam studiori legio Dei, Theologia & iuris, seu legis moralis, cere-
monialis & forensis, seu judicialis fuerunt? Hoc enim aperie colligitur, imo
probatur ex 1. Corinth. c. 12. c. 24. Act. c. 2. 17. Atq. eo tempore vnlgo di-
cebatur; Etiam Saul inter prophetas, hoc est, inter discipulos? 1. Sam c.
10. 11. 12. Post Samuel eme a/dem scholas, collegia synagogasq; rereneras fuisse
sub sequentibus regibus constaret ex 1. Regum c. 18. 13. ubi thobad a ad El-
iam prophetam et collegio prophetarum prefectus n. Nonne inquit indica-
sum est domino meo, quid fecerim, cum occideret Iesobel prophetas,
ut occultavi e prophetis Iehovæ centum quinquagenos viros in una
spelunca? Egregium Jane/ tuam pessimum hujus Habadie in scholis earumq;
discipulis ad seminarium Ecclesie & Reipublica conservandum, occultandis et
defendendis? Exempla plura alibi legantur: imprimis vero 2. Regum c. 2. 5.
accedentes filii prophetarum, qui agebant herichunte, &c. & versu 7,
quinquaginta viri e filiis prophetarum cunctes constituerunt e regione
populi & versu 15. 16. 17. & rurum capite 4. 1. 2. & sequentibus 38.
39. capite 6. 1. Dixerunt ait textus filii prophetarum (qui scilicet dis-
cendi causa Eliæ adhærebant & discipuli erant, quales etiam ab A-
postolo tibi dicuntur ad Galatas & Corinthios, & Esaiæ capite 8. 16.
18.) Ecce, iam hic locus, ubi nos consideremus, coram te angustior est,
(hoc est, auditorium, in quo nos doces, est angustius) quam ut nobis
sit satis. Abeamus quæso ad Iordanem, ut accipientes inde quisque ti-
gnum unum, paremus illic locuni, ubi habitemus, &c. o. Elysa vocato
uno ex filiis prophetarum, dixit &c. & versu 4. Abiuit itaque puerille
propheta Ramotus Gilhadis. Quid Amos de se dicat, ex capite 7. 14.
costat; Non eram, inquit, propheta, neque filius prophetæ: sed bu-
bulcus eram, perquirens sycomora, cum adsumpsit me Iehova. & di-
xit mihi, Abi prophetato apud populum meum. Extant exempla
plura. 1. Chron. c. 15. c. 16. 22. 1. Regum c. 2. 26. 27. Esaiæ c. 4. 9. 23. &c.
8. 16. 17. c. 14. 15. & psalmi alicubi. Porro in Leviticum Synagogis,
collegijs & scholis, quid aliud a doctoribus et professoribus illis sanctis, quam
artes liberales discendentibus traditas fuisse ducemus? et quid aliud illo tempore
scholas, quam officinas piecatis et virtutem et seminarium Ecclesia et Reipubl.
fuisse existimatimus? Mandatum siquidem Moysi DEUS dederat, de docenda
lege, que est moralis, ceremonialis, vel judicialis. Fuerunt ergo Schola et Syna-
goge illa Theologica et iuridice: in quibus etiam quæ nunc philosophica voca-
mus, tradebantur. De hac doctrina testantur omnes libri Moysi iudicium et
Regum et Prophetarum, in quibus partim theologica, partim iuridica, partim
politica, partim philosophica tradentur et discendentibus inculcantur, et de qua-
bus consolare Doctores dubitantes jubebanur. Sic enim babetur Deut. cap.

17,8. Si(dicit ibidem Moses) occulta res erit tibi in iudicio ferendo inter cædem & cædem, inter item & item plagam et plagam, rebus cōtroversis intra portas tuas; tunc surgens ascendens ad locum quem e-legerit Iehova Deus tuus, et adibis sacerdotes Leviticos, vel ad sum-mum iudicem (scilicet prout causa ecclesiastica, vel civilis est) quid erit diebus illis, ut consulas illos: et indicent tibi statum illius iudicii, et observabis ut facias secundum omnia, quæ docuerat te. Faculta-tatem quoque interrogandi placide et verecunde de ijs que intellexisti jatis non e-rant, et respondendi, omnibus qui volebant datam in hisce Synagogis, appareat ex Luc. c. 2. 46, et 1. Corinth. c. 14, et tot locis, in quibus discipulis Christi uns interrogasse dicuntur. Ex Scholis igitur Hebreorum probabant Theologi, juris-consulti et alijs viri doctri. Politicos quoq; suos egregios illam acarem habuisse conflatiori testimonij, quod in politicis pro preceptorum illustratione adducimus. De egregijs Ecclesia judaica doctoribus, qui illo tempore floruerant et jureconsultis, qui lues et controversias inter disceptantes litigantes dirime-bant, res est notior, quam ut exemplis probem. Nec dubium est, atatem illam suos medicos physicos, aliosq; doctos viros habuisse, quod tot locis probatur quod Danicus in suis commentarijs ethycis et physycis ex scriptura adducit. Nam li-cet veteres illi propheticarum audidores precipue discobat oracula coelestia et le-gem moralem, ceremonialem et iudicialem, tamen alias quoque artes adjun-gebant. Discabant et aliquid de naturarum, quarebant historias, musica et medicina studiosi erant, ut exemplis excellentissimorum medicorum et musico-rum illius seculi comprobari potest. Theologos et jurisconsultos ex hisce Scho-lis ad officia publica sumptos constare ex 2. Chron. c. 19. 8. 11. 1. Chron. c. 18. 14. 15. 16. Psalm. 122. 1. Reg. c. 4. 1. 2. 3. & seqq. 2. Sam. c. 9. 2. 3. 4. c. 20. 23. 24. 25. Ezechiel. c. 7. 24. & seqq ubi Iun. Num. c. 27. 20. 20. 22. Po-steriori seculo, tempore Christi, Theologi pharisei, Iurisconsulti vero scriba, u-triq; legisperiti & legis interpretes (Lucæ c. 11. 45) appellabantur, ut paßim apud EU angelicas viderelicet. Ut igitur concludam hanc periodum, qua fuit sub regibus usq; ad Christum, certum est ex sacris, scholis ordinariè prefuisse Levitas, quorum successio perpetua & continua fuit, prefuisse etiam extraor-dinariè a DEO excitatos prophetas plures, ex quibus prius (quod sciam) fuit Samuel, post quem floruit Nathan: deinde Abias Silonites, sub Salomone & Ieroboamo. Hunc sequens est Anania, Aſa tempore. Sequenti tempore ex-citatus fuit Elias, qui cum diuers maximas gestis, antequam a DEO in ce-lum evectus est, successorem Elisaum delegi. Elisaus annos septuaginta circiter docuit, & scholas apernit in populo DEI. Hunc Elisaum vidit Iesus adoles-cens: Esaiam Ieremias: Ieremiam Daniel: Danielem Zacharias: Zachariam Esdras & Nehemias: Nehemias Onias, celebratus in ecclesiastico. Aliquanto

post hunc securas sunt tempore Macchabaeorum. eorumq; bella: quo tempore
vixit Matathias sacerdos, qui legis divina assertor existit. Aliquamq; posse
fuerunt Simeon & Zacharias, quorum mentio fit in Luc.c.1. Deinde Iohannes
Baptista, qui suos discipulos ad Christum misit. Iohan.c.1,28. Matth.
c.11,2. Post quem Christus docere coepit & discipulos habere, in quo pervenio
ad penultimam periodum, scilicet, ut d. cam, qua schola pietatis & justitiae offi-
cina extiterint tempore Christi & Apostolorum. Hoc igitur tempore, duorum
generum schola fuisse leguntur: una Iudeorum, que erat Pharisaeorum, in qua
Mosis scripta & prophetæ explicabantur, quamvis non semper dextre. ut
constat ex Christi refutatione, Matth.c.5. Luc.18,c.6,14, Iohan.c.5,7,9.
Matth.c.9, c.23, c.12, & passim aliis in locis, qui legis Doctores & Scribe
vocabantur. Luc.c.5, c.7. Matth.22. Altera Schola erat Christi & post hunc:
Apostolorum. De Pharisaeorum scholis & discipulis, extat testimonium apud
Matth.c.22,15,16, ubi Pharisæi suos discipulos e scholio suis mittunt ad
Christum, & apud Iohan.c.3,10, ubi Nicodemus dicuntur fuisse & octo in
hunc Pharisaeorum scholis, sicut & Gamaliel Actor.c.22, Paulus furetur,
se in schola Gamalielis condiscipulos suos superasse, Galat.c.1, & Timotheus
Pauli discipulus dicitur, 2.Timo.c.3,1. De Zacharia & Simeone, Lucæ.c.
2. In hunc utrisq; scholis Moses & Prophetæ, hoc est, lex moralis, forensis, ju-
dicialis & ceremonialis, una cum historijs legebantur & explicabantur a Chri-
ristis & scribis, doctoribus, & Apostolis, ut liquet ex plurimis testimonijis;
Matth.c.4,23, c.6,2,5, c.23,6, Actor.c.13,14, & seqq. ingressi, dicit, sy-
nagogam, die Sabbathorum secebant: Post lectio nem autem legis &
prophetarum miserunt principes synagogæ ad eos, dicentes, Viri fra-
tres, si quis est ex vobis sermo exhortationis ad populum dicite, &c. &c.
c.15,21. Moses inquit, a temporibus antiquis, habet in singulis civita-
tibus, qui cum prædicent in synagogis, ubi per omne sabbatum legi-
tur, c.19,8. Ingressus Paulus synagogam, cum fiducia loquebatur per-
tres menses, disputans & suadens de regno Dei, Actorum c.20,7, V-
na sabbathorum cum convenissemus ad frangendum panem, Paulus
disputabat in medianam noctem, &c. Quid dictis hinc clarissimis scholis doc-
poteris? Quid gravius, quid melius? Num irum pījissimi & doctissimi homines
scholas frequentarunt, ibique in pietatis studio exercuisse, disputasse, aliosq; do-
cuisse, vel didicisse leguntur. Fecit hoc Christus salvator noster. Fecerunt hoc
Apostoli. Fecerunt hoc pīj omni tempore. Quo ius exemplo, quid aliud docere
voluerunt, quam scholas pietatis honestarumq; artium omni studio nobis fre-
quentandas esse discendi causa? De Christo adolescenti 12, annorum legit. us
Lucæ c.2,4,6, inveni: um illum sedentem & docentem in medio doctorum. au-
diensem & interrogantem eos; sicuti & alibi, in scholis hinc docuisse, Matth.c.

4.c.9 c.12 Luc.6. & Luc.c.4.15. 16.17. legitur, ubi Christus docuisse in sy-
nagogis ipsorum et die sabbathi in synagogâ ingressus dicitur, & surrexit, ut le-
geret, datumque ei fuisse librum prophetarum Iesaiæ, ex quo multa egregia, magna cum
admiratio auditorum explicata dicitur. Quod alibi Christus de Phare-
seis & Scrisbus testatur? Dicte hodie in cathedra i. Iohannes, hoc est, in scholis & sy-
nagogis sedere & docere, Matth.23.1.2.3. Habet in i. n. in scholis cathedralibus
superiores et inferiores, quas discentes & docentes & conferentes inter se occu-
pabant, ut iconstante Matt. d. c. 23.6. Era: & Archisynagogi, Matt.c.5. Ergo
mos ille docebat et discendi in scholis illo tempore usitatus, etia & Moyse ante ob-
servatus fuit. In hisce scholis Iudeorū, sicut in templo legitur etiam alibi Christus
docuisse. Matt.c.26.55. Marc.c.4.49. c.6.2. Ad hasce scholas fratres epulo-
nius dicere cupientes, Abram remittit. Habent inquit, Luc c 16. Moenies
prophetas, ab hisce inserviantur, ne veniant in hunc locum. Ceteriorum ales-
bi Iudei commendant ob hoc quod synagogam ipsius adiscaverit. Luc c.7.9.
Matth.c.4 23. c.6. 2.5. c.23.6. De schola et discipulis Christi et Iohannis
Baptista quid dicemus: De Iohannis schola et discipulis exeat Iohan. c 1.28.
Matth.c.11.2. De Christi discipulis testatur Iohannes Iohan. c 4.1.2. Nam
dicit: Ut ergo cognovit Dominus, Phariseos audivisse ipsum plures
discipulos facere & baptizare, quam Iohannes: quanquam Iesu ipse
non baptizabat, sed discipuli ejus. Nec duo decimuntur Apostoli: Contra
stidiscipulos fratre purandum est, ac quibus testimonium extat apud Mattho-
c.10.2. c.4.18. & seqq. c.16.1. Marc.c 2.14.15 23. sed plures alios eundem
habuisse testatur Lucas c.10.1. Post haec autem (dicit) designavit Domi-
nus etiam alios 70, misitque eos binos ante faciem suam in omnem ur-
bem & locum, quo futurum erat ut ipse veniret, & seqq. & vers. 17. Sed
prolixus estem, si omnia que existant, de scholis Christi et fidelium institutio-
ne, vellent adducere. Videreluges Matthæ. c.11.1. c.12. c.13. 10.11. 16.36.
Marc.c.7.17. Luc.c.9.45. Ioh.c.2 19.22. c.12.16. c.13 7.33.36. c.16.12
17. et totam historiam vice Christi. Atq; hoc docendo officium, hoc est, Scho-
las, Christus post ascensionem suam, discipulis Apostolis demandavit, ut
habetur Marci capite 16.14.15.16. & sequentibus. Matth. capite 28.19
Quod egregie quisque: Apostolos prestitisse, paucim in actis corundem proba-
tur: imprimis Actorum capite 15. Moses ab antiquis xeratibus ha-
bet, qui ipsum predicent in synagogis in singulis civitatibus. capite
13. cap.15. ccap.20.7. cap.6.9. cap.22. cap.18. cap.14. & tequantur ab-
undè etiam Apostolorum horum scripta nobis reticita. Constat ergo hunc
docendi & discendi morem antiquum à majoribus per manus posteris tra-
dicum, sicut & Matthæi cap.23. dicitur. Proferam unum atque ali-
orum locum explicitissim. Actorum cap.17. vers.2. dicit Lucas: Venerunt
Thessa-

Thessaloniam, ubi erat synagoga Iudeorum; secundum consuetudinem autem (ubi rursum observandum quod dicit per contuetudinem,) Paulus introivit ad eos & per Sabbathum tria differebat eis de scripturis, aperiens & insinuans, quod Christum oportuit pati. Formam vero & modum discendi, accendi et communicandi in synagogis de lege et verbo DEI, describere videretur. Paulus 1. Corinth. cap. 14. 5. & Actorum cap. 13. 14. & seqq. & cap. 17. Disputabat igitur in synagoga cum eis, & cap. 17. veri 11. Quotidie scrutantes & discenientes scripturam, an ita se haberent. & cap. 2. Erantque perdurantes in doctrina Apostolorum. Ex quibus, in verbis quotidianis scrutantes et in verbis perdurantes in doctrina innatur mos et recepta consuendo discendi et discendi in scholis. Similiter in capite 19. 8. 9. Actorum & c. 6. 9. ubi schola et synagoga Liberto rum, Cyrenaorum, Alexandrinorum et aliorum fit mentio. et c. 13. 2. 3. in schola Antiochenorum doctores fuisse leguntur, Barnabas, qui postea Apostolus factus, & Simeon Niger, Lucius Cyrenaeus & Manaebus. Hanc Antiochenam scholam & Alexandrinam, cuius paulo ante fuit facta mentio, etiam Constantini magni tempore extitisse, Eusebius & alijs restantur. Sic Paulus se Timotheum docuisse restatur. 2. Timoth. c. 3. 2. Timoth. c. 2. quod audivisti a me, haec communica, seu commenda fidelibus hominibus, qui erunt idonei, ut alios quoque doceant. Imo plures eundem discipulos habuerunt, ex epistolis illius constas, sicut et reliquos Apostolos, vide cent. 1. lib. 2. c. 10. historice eccles. Magdeburg, Iohannem Evangelistam ab aliis habuisse discipulos plures, et inter hys Polycarpum ex historiis constat. Ex hisce omnibus, scatis, ut opinor, demonstravimus, scholas ex instrumento DEI in populo ipsius a principe et p. ure Iudeorum Abrahamo, usq; ad Iudices et Reges, a Regibus, quod post Hierosolymorum eversionem in captivitate, et post eam usq; ad Christi adventum, et postea sub Apostolis fuisse usitatas, conservatas, rectas, iustas, incolentes et gravissimos atque celeberrimis doctoribus et preceptoribus ornatas, quibus tanquam instrumento DEI ad regnum sui inter nos conservationem et propagationem uestrae, et quibus pura, pinta et sana religio conservata ad nos propagata fuit. Nam etiam paucis demonstrabimus, quas scholas post Apostolos in primitiva ecclesia fuerint, usq; ad nostra tempora, que est ultima periodus, de qua dicere constitueram. Primitivam ecclesiam suas quoque scholas habuisse, restantur omnes historici ecclesiastici. In hisce pueris prima religionis elementa dicebant, et deinde libros sacros explicari audiebant, et artes liberales, ut restarentur historici ecclesie, cent. 2 c. 7. & in cent. seqq. eodem cap. qui hac religionis elementa docebant, Catechisia et doctores dicebantur. Constat etiam nobis ex historiis Eusebii, de schola Cesariensi in palastina, in qua docuit Origenes. Item constat ex eodem Eusebii et N.

& Nicephoro, Socrate, Ruffino, Sozomeno, de schola Alexandria, toto orbe ce-
leberrima, item de Antiocheno, Ephesina, Nicomediensi, Tarsensi, Byzantina,
en qua Nazianzenus docuit, item de Atheniens, Corinthisca, Rodiana &
pluribus alijs. Nam nulla fuit ecclesia metropolitana, vel cathedralis (quame
vocant) cuius non esset adjuncta schola: quo in igitur ecclesie (cathedralis erant, tot
etiam schole & officine pietatis erant. Refert Clemens Alexandrinus in libro
Strom: se per uagatum fuisse totam Asiam. & de singulis doctrinae articulis
consultus esse iudicos ubiq[ue] sed postquam venerit Alexandriam, fuisse se contem-
nere in iudicio Pantani, quem si sunt (dixit) eruditiores & pietate eximia prede-
sum fuisse & ornatum testimonio Spiritus sancti, seu miraculis. De cuius do-
ctriis: & celeberrimi viri Panteni schola, vide Euseb. lib. 5. c. 9. 10. 11. &c.
lib. 6. c. 3. Nicephor. lib. 5. c. 18. & c. 10. Porro de Doctoribus Cretensisibus,
Antiochenis, Atheniensibus, Corinthiis, Romanis, Illyricis & pluribus aliis,
datè cent. 2 c. 7. & c. 10. hist. ecclesiastice et in eodem cap. cent. seqq.
Nazianzenus scholarum Palastino meminit, in quibus se Rheticam didi-
cisse scribit. Sozomenus meminit schola Plotiniana, lib. 1. c. 5. Laodicensis scho-
lam habuit Epiphanius sophista, quan frequentavit Apollinaris. Socrat.
lib. 2. c. 4. Nicomediensis Laetantius clara fuit, quem Rheticam in ea do-
cuisse traditum est. Sed ut dilucidius de scholis primitiva ecclesia, uj[ue] ad no-
stra tempora conpetet, de doctoribus earum excellentioribus continua serie di-
cam. Duxi supra, post bella Macchabearum docuisse Simeonem & Za-
chariam, quorum fit mentio in Luca capite 1. Hosce secundus est Iohannes Ba-
ptista, & hunc Christus, ut ex historia evangelica constat. Post ascensionem
Christi Thomas Apostolus Osroenos docuit & regem Abgarum. Eusebius
lib. 1. c. 13. Andreas Apostolus Scytes docuit, Eusebius libro 3. c 1. qui
dicitur etiam in Greciam pervenisse & Byzantum docuisse. Simon Zelotes do-
cuit in Africa. Nicephor. lib. 2. c. 4. 9. qui etiam in Britanniam venit. Ni-
cephorus d. lib. 2. c. 4. Marcus docuit in Aegypto & Lybia, & predicavit
Cyreneis & Pentapolitanis. Nicephorus lib. 2. c. 4. In Europa docuit im-
primis Paulus Apostolus, per Greciam, Italiam & Hispaniam, ut & Iacobus
Apostolus, cuius sepulchrum adhuc in Hispania ostenditur. Barnabas docuit
Mediolani & infinitima Lombardia. Ravenna docuit Apollinaris, ut scribit
Naucerus. Ratisbona docuit Laciis (yrenensis, de quo in Actis c. 13. Ioh-
annes Apostolus Ephesi sios domesticos audatores habuit, inter quos & Polycarpus
fuerit, ut restatur Irenaeus libro 3. contra haereses. c. 3. qui Polycarpus
postea in Ecclesia Smyrnæa circiter quin decaginta annos doctorem a Iohanne
traditam, feliciter propagavit. Hujus Polycarpi andeas eius discipulus legimus
fuisse Irenaeus, qui hoc ipsum de Polycarpo restatur, d. libro 3. contra haere-
ses capite 3. qui Irenaeus doctrina juxta rivos in Pannoniam & Galliam ad-
duxu.


33


duxit. Illusit EUangelium et artes liberales tradidit per pios doctores etiam
alij populis, scilicet Argentoratensi, Agrippinensi, doctore Petri Cateno, qui
Petrus Apostoli fuit discipulus. Testatur quoq; Eusebius, Trophimum Are-
latis fuisse ibiq; discipulus. Clementem, testantur historia. Melenses ad Christi
agitationem vocasse et docuisse, qui Pauli commilito legitur. Philipp. c. 4. 3.
(rescentem, qui Pauli dicitur discipulus. 2. Timoth. c. 4. 10. referunt Mo-
gunciam venisse. Testantur quoq; historia, Marcum, quid dicere discipulus
et filius Petri. Petricap. 5. 13. et Pauli Apostoli adjutor, Actor. c. 12. 25.
c. 13. 5. 13. concionatum fuisse et docuisse ad Danubium in urbe Iulio bona,
qua Vienna in Austria nunc dicitur. Idem Marcus Pauli comes, etiam
Beduri legitur docuisse: Cle ne. 15 Meri: Nathanael Treveris & Colonia ab
Apostolo Petro ad hoc emisi. Mauricius in Valesia, Ursus ad Iuram &
Solodori, Felix Tiguri, persecutionibus acti docuerunt & fidem sanguine suo
conservarunt. Py Imperatoris Constantini & aliorum leges de scholis eo-
rumque professoribus videre liceat in tit. C. de profess. & medic. tit. C. de stu-
diis liberalibus urbis Romae. Post hanc doctores & egregia lumina, &
se tempora exulceratissima sunt secuta ex barbarie Vandorum, Hunnorum
& Francorum, totam ferè Europam vastantium, remanserunt tamen reli-
quia apiarum Scholarum & Ecclesiarum. Illis igitur temporibus paulatim
collegia Canonicorum & monasteria fuerant condita, in quibus doctrina pie-
tatis & bonarum artium tradebatur illo tempore. Hisce monasterijs Abbaies
prefuerunt, ut liquet ex Euagrili lib. 4. c. 38. & Turonensi, lib. 5. c. 47.
Scholis Virgenum Abbatis praerant. Balzus cent. 1. c. 80. & c. 83. Eccl.
histor. cent. 8. c. 7. & seqq. cent. Colegiis autem Canonicorum praerant
prepositi. Totti vero regioni & diecasi, seu multis ecclesiis provincie alicuius,
praerant Episcops. Sed cum postea in collegiis Canonicorum, hec literarum stu-
dianegligenterentur, quod scilicet illi Canonicis essent occupati Regum & Anla-
rum & alijs politicis negotijs, immo regnis & bonis que acceperant ex Regum li-
beralitate, bellis etiam & legationibus impediti: manus docendi in monasteria
est translatum, vide cent. 2. c. 10. historiæ eccles. & cent. 12. c. 7. Testimo-
nium Scholarum in collegiis Canonicorum, & monachorum monasterijs habi-
tarum, amplissimum nobis prebente officiorum & munitione nomina imposta
Canonicis & monacib; que adhuc hodie ab illis retinentur. Vocantur enim
Canonici, qui libros Canonicos explicant: Cantores, qui Musicam docent, Dia-
coni, Archidiaconi, Lectores, Decani, & plures alij; ex officio injuncto, que nos
minis sane stulte imposta à majoribus fuissent, nisi officio & rei veritati re-
spondere deberent. Testantur hoc etiam amplissime facultates, quibus ab Imp.
alij divisib; pro honesta doctrina et studiorum sustentatione, talia collegia
fuerunt donata. Testantur id ipsum historici, præsertim Balzus ex Chrysost.

lib. 3. contra vii imperatores monasticie vita, Euagrius lib. 4. c. 38. cen.
 14. c. 26. Zuing. volum. 26. libro unico. Testantur etiam historici ex hisce
 caenobitis, monasterijs & collegijs, tanquam ex equo Trojano & armario infern-
 etissimo, viros doctos, pios, ad Ecclesias & Reipubl. munera publica quovis tem-
 pore olim adsumpos & adhibitos. Vide Sozomenum lib. 3. c. 14. Ruffin.
 lib. 2. c. 8. c. 9. & cent. 4. hist. Eccl. c. 6. & c. 7. in omnibus cent. seqq. sed
 postea cum hec collegia monachorum, ad quos a canonice munus docendie e-
 rat translatum, emerarentur multitudine ceremoniarum, & brevijs pluribus
 a pjs bona intentione distarentur: accedit, ut filia matrem degluteret, &
 docendi labor molestus & difficilis redderetur, & tandem pro suis ex monasterijs
 ejacerentur & ijs arcerentur omnes, qui non vellent se per totam vitam mona-
 sterijs curiung, servisq; innatisibus supersticosis & impis mancipare. Talia
 enim hodie sunt illa vetera Canonicorum & monachorum vel caenobiorum
 collegia. Quid si veteres illi, qui fuerunt monachi, & Canonici, in sua bec pri-
 stina caenobia, vel collegia hodie redirent, quid priuatis hoste dicturos? sane
 porcos nostros saginatos in hisce latribulis, pro suis fraceboribus non agnoscen-
 rent. Tanta rerum onerium hic mutatio. Tanta Antichristi depravatio, &
 tam segregie abusus monasteriorum, collegiorum & caenobiorum usum verum
 es primevum hodie sustulit. Quasi scilicet hec omnia otiosorum hominum, non
 ecclesia, scholarum & Resp. nomine, a pjs Imp. & magistrat. effenterint con-
 stritura, & quasi horum otiosorum munus suo nomini respondere non deberet.
 Collegia priuata canonicorum & monachorum, schole juventutis fuerant, ex
 quibus seminarium Ecclesie & Reipubl. constituebantur, hominesq; docti, pjs &
 idonei ad Rempubl. & Ecclesiam, non secus quam apud Iudeos ex Synagogis
 & Scholis prophetarum sumebantur, ne restarent omnes histore. Pro talibus
 hodie ex hisce collegijs prodeant, tanquam ex equo Trajano, ignorantie &
 Bacchi fratres porci saginati, pinguis vituli & boves Bajan, epicurei, magi,
 necromantici & Baalstici sacerdotes, strenui regni Antichristi prosugnato-
 res. O domus antiqua, quam diffari dominis domino & modo. Hi sunt illi
 qui clavem scientiae et cognitionis sustulerant priori suo seculo; qui ipsi non
 introierunt, et alios introierunt longo tempore impedierunt, Luce c. 11. v. 52.
 Sed DEUS misericordia nostri, alias Scholarum doctores sibi quasi extraordina-
 riè, hisce Canonicis & monachis sternentibus elegit. Nam enim posteriori
 hoc seculo schola, qua Canonicorum collegijs & monasterijs commissa erant, ne-
 gligerentur ab iisdem effecti DEUS, ut necessitate & utilitate scholarum sua-
 dente. Academia publica ab Imp. pjs aperirentur, in quibus patrum nostros
 rum memoria literarum studia, imprimitur vero nostro seculo fuerant excitata.
 In qua re hic peccatum est maxime, quod non simili facultates illae & bona ec-
 clesiastica, qua scholarum & docentium & discentium causa largiter fuerunt.


alma


officio, quod in quib[us]que conficitur c. 10.





SCHEMA POLITICÆ.





olim monasteriis & collegijs collatae, fuerint ad hanc Academias & Scholas
translata. Ita satis fecissent illi intentioni & voluntati primorum fundatorum
borum Collegiorum, & bona hac non fuissent athonachis profanata. Acadé-
mie vero ejusmodie Schola posteriores haec partim in Italia, Germania, An-
glia, Gallia, Hispania, partim in alijs regionibus et terris fuerunt deversis tem-
poribus, etiam hodie quedam aperiæ et constituta à p̄s magistratibus, de qui-
bus latè Iacobus Middendorpius in libello de Academiis Zeing. vo-
lum. 26. theatri, & historia ecclesiast. Magdebur. cent. 6. & seqq. ca. 7.
Omitto plurimas Scholas alias, quas Triviales, Clasicas, Pedagogicas, Parti-
culares inferiores vocant. Omitto quoq; aliorum populorum Scholaras Asce-
demias plurimas. Sed in hisce referendis prolixior sum, quod fecit singularis et
summa Scholarum utilitas et necessitas et antiquitas gratia. Amatus et vene-
ramus egregias prestantissimorum hominum virtutes. Sceleræ perditissima-
rum et audacissimorum detestamur, et ferro atque igne vindicanda judica-
mus. Regnum Satane et tenebrarum aborinamur: Schola igitur nos exco-
lendos traadim. Hac medetur v̄tys, cupiditates tollit, v̄tia extirabit radicia
tūs et animos preparat ad satus percipiendos, ignorantiam et errores pellit.
Ab hac sanari nos patiamur, si bonis et beatis esse volumus: ab hac omnia adi-
menta et auxilia bene beatèq; vivendi experamus. Scholis à D̄O genere hu-
mano nihil melius, nihil prestatibius, nihil florentius datum est. In Scholaris
enim una nos, tum ceteras res omnes, tam quod difficultatum, didicimus, ma-
nos metus pos nosceremus, imo et ipsum D̄U n̄ nostrum creuorem, conserva-
torem, redemptorem et sanctificatorem. Hec Scholarum studia adolescentiam
alunt, senectutem oblectant, nobilitatem et secundas res ornant, adversis perfu-
gium ac solatium prebent, delectant domi, non impediti foris, per noctem no-
biscum, peregrinantur, rusticantur. Quare recte Bias philosophus olim cum
capta ab hostibus patria, alijs fugientes priores, quia habebant, aportarent, et
ipsum ut similiiter faceret invitarent, respondit: etiam omnia mea tecum por-
to. Nihil enim suum putabat, nisi scientiam et virtutem. Recte etiam Apulejus,
si laudas, ait, virum, quia diues, hec fortuna debet: si, quia fortis, agitudo
debilitatur: si, quia nobilis, non ipsum, sed parentes ejus laudas. Sed si scientia
et virtus preditum laudas, tunc ipsum virum laudas. Sunt igitur hec bona
vera bona, sunt tales divitiae et opes, quas non India, neq; Egyptus, vel A-
merica, imo ne totus quidem mundus dare potest. Quantio enim animi bona
sunt prestantiora bonis corporis, tanto etiam Scholaris sunt prestantiores, et re-
bus omnibus ceteris excellentiores. Breuiter dicam, si Reppubl. si Ecclesia et re-
gnum D̄EI ejusq; gloria nobis cordi est, si vita honesta, pia, justa, grata, si co-
gnitio D̄EI ejusq; voluntatis, seruum creatarum scientia, si temperantia, for-
titudine, iustitia et osusq; gloriosum virtutum, si artes omnes et singula, utiles ac uae-

sofferis; si deniq^{ue} benedictionem divinam et successum in rebus et actionibus nostris desideramus; immo se regnum DEI ejusq^{ue}, gloriam et cognitionem querimus; scholas, scholus, inquam, harum omnium officinam et portam, quae Christus ad nos ingreditur, aperiamus et conservemus, atq^{ue} hunc bisce rosos nos excolendos et sanandos tradimus, et hec omnia consequemur, ut extat promptio 'DEI. Deut. c. 11. 19. 20. 21. &c seqq. Esaie cap. 30. 21. &c seqq. Luc^e cap. 12. 31. Vide quae diximus in politica cap 27. Nam qui proprietam in nomine proprio; a, hoc est, eo quod talis est, recipit, morcedem proprie^te accipiet. Matth c. 10. 41. Marci c. 9. 41. Atq^{ue} hoc modo tantum divina gratia ex uestitorum sordibus eluctantes, piorum, sapientum et iudiciorum hominum multitudinem, qua (ut sapiens inquit) est orbis sanitatis, c. 6. 26. et quorum inopia et defectus mundi scelerita et paroxysmus, habentur iumentis. Te ictuq^{ue} omnium potens et misericors DEUS rego, ut qui de disti animum et voluntatem piam illos in tribus magistris, ut scholas et officinas doctorum et piorum hominum ad regni tuoi amplificationem aperirent, idem easdem officinas conserves, auctoritas, defendas et protegas. Ita imago tua per lapsum Adamsi corrupta refaturabitur, et regnum tuum amplificabatur. Ne permittas in hac ultima mundi senectute, furore et rabi hostium tuorum, ut sublatâ clave cognitionis, scholas, prius, puras et salutaris doctrina de Christo filio tuo, erroribus et tenebris involvatur, licentia peccatorum et regnum Diaboli vigeat. Fac potius, ut per haec omnes officinas, in vito Diabolo et hostibus tuis, seminarium Ecclesie et Reipubl. que illius hospitium est, conservetur. Da etiam, ut Plantula in scholarum harum horunt, et auctore plantata erigatur, per fidos et diligentes informatores et doctores, qui tui sunt ministri, et instrumenta, tua benedictione incremente ac capiant, ut quandoq^{ue} salutaria organa et fortissimi propagatores, defensores et propagatores veritatis et justitia esse possint ad nominis cui gloriam sempiternam.

F I N I S.

18096

